Digitized by Google

RALE - FIRENZE
IONAMICI
516

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCI ANTONII ZACHARIÆ

SOCIETATIS JESU

Sereniſſimi Mutinenſium Ducis Bibliothecæ Præfecti

ITER LITTERARIUM PER ITALIAM

Ab anno MDCCLIII. ad annum MDCCLVII.

ALEXANDRO BORGIÆ

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

FIRMANORUM ARCHIEPISCOPO

INSCRIPTUM.

VENETIIS MDCCLXII.

EXCUDIT SEBASTIANUS COLETI

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

Bibliotheca S. P. Dominici Ferrariæ

Buon. 516

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

ALEXANDRO BORGIÆ

ARCHIEPISCOPO, ET PRINCIPI FIRMANO

FRANCISCUS ANTONIUS ZACHARIAS SOCIETATIS JESU

Sereniſſimi Mutinenſium Ducis Bibliothecæ Præfectus

FELICITATEM.

EX quo Diœceſim tuam cum optimo, animarumque ſtudioſiſſimo P. Johanne Baptiſta Cancellotio ſacris exercitationibus excolenti mihi licuit anno MDCCXLII. TE coram agnoſcere, & de qua apud plurimas gentes omnium ſermonibus percrebuerat fama, humanitatem tuam, eruditionem, ſanctimoniam ſpectare, ac prope dixerim deguſtare; laudabilis quædam me cupiditas tenuit obſervantiæ in TE meæ ſcriptis teſtificandæ, ut quanti maximas illas clariſſimaſque virtutes, quibus excellis, amoremque TIBI omnium concilias, non tam ipſe facerem, quam fieri merito ab aliis gauderem, poſteritas omnis intelligeret. Atque illud quidem feliciter tandem, & ex mea ſententia cecidit, ut alterum hoc meorum per Italiam litterariorum Excurſuum vo-

 lumen

lumen TIBI inſcriptum exire in lucem benigniſſime patereris. Quid enim ad vetus illud æquiſſimumque deſiderium meum explendum potuiſſet mihi aptius, quid adcommodatius adcidere? Nam ut laudes a me tuas commemorari hoc loco pudor tuus non ſinat, dubitandum mihi non eſt, quin quod teſtatum vehementer cupio, & meum in TE obſequium palam omnes agnoſcant, & cauſſas nomini tuo utique perhonorificas, cur id voluerim, fuiſſe mihi perſpiciant. Verendum illud potius mihi eſt, ne quis me reprehendat, quod quum ſub nomine tuo librum quempiam meum emittere conſtituerim, eum potiſſimum delegerim, qui MSS. Codicum recenſionem, Inſcriptiones, idque genus antiqua monumenta comprehendat. Quid nempe iſthæc ad egregium, ſanctiſſimumque Pontificem, qui in egeſtate pauperum largiſſimis ſumptibus ſuſtentanda, in xenodochiis curandis augendiſque, in luſtranda, & rite inſtituenda Diœceſi, in ſacris ædibus aut Deo O. M. dedicandis, aut pretioſa ſupellectile ornandis, aut reficiendis, atque a veteri ſqualore vindicandis, in cogendis Synodis tum Diœceſanis, tum Provincialibus Nucerinæ primum, deinde Firmanæ Eccleſiæ ſe ſe ita probarit, ut in ipſo priſcorum Antiſtitum, quorum memoriam non ſine admiratione, deſiderioque repetimus, virtutes omnes revixiſſe gratulemur? Equidem intelligo, ALEXANDER præſtantiſſime, ſi tuos integerrimos mores, ſi tuam in Deum, hominesque pietatem, ſi tuum Divinæ Gloriæ amplificandæ ſtudium, ſi dignitatem ipſam ſpectare voluiſſem, aliud omnino lucubrationis genus offerendum a me TIBI fuiſſe, quales ſcilicet ii libri ſunt, quos Viri Clariſſimi Antonius Franciſcus Gorius ὁ μακαρίτης, & Johannes Baptiſta Faure e mea Societate aliquot abhinc annis nominis tui titulo inſcripſere. Verum eſt aliud in TE quiddam illuſtre ſatis, atque ſpectatum, quod conſilium hocce meum ab omni reprehenſione defendat; tua, inquam, illa excellens ſcientia, ac ſingularis, quam Colonienſes, & Batavi ipſi ſuſpexere, quo tempore inter ipſos Johannis Baptiſtæ Cardinalis Buſſii Auditor, *tum etiam (quod ajunt)* Internuncius *verſabaris, ac ſacris per Boreales plagas expeditionibus præeras; quam CLEMENS XI. eo loco habuit, ut a Tournonii Cardinalis obitu TE ad ampliſſimum Sinarum Imperium, extremaſque Orientis Indias Legatum ſuum, diſcordiarumque magno illic Catholicæ rei detrimento graſſantium extinctorem delegerit; quam denique edita a TE multiplicis, exquiſitæque eruditionis volumina, Veliterrarum hiſtoria, Commentarius de rebus a BENEDICTO tertiodecimo*

geſtis,

geſtis, Homiliarum Nuceriæ, ac Firmi habitarum libri, deque Eccleſiaſtica Feſtorum dierum diſciplina adverſus Quirinium Cardinalem doctiſſimum lucubrationes declarant. Non ergo jam metuo, ne quis mihi ſuccenſeat, quod eruditiſſimo Antiſtiti librum exhibeam veterum monumentorum, quorum nempe ille delectetur ſtudiis, interque graviſſimas ſacri muneris curas ſummopere recreatur. Ceterum ut aliqui ſint, quibus aliter atque ego ſentio, videatur, non eſt, quod querar: fructum certe mihi videor uberrimum conſequutus, qui TIBI minime diſplicere conſilium hoc meum intellexerim. Quem igitur tuum eſſe voluiſti, librum placidus excipe, familiamque Ordinis mei univerſam, qua hactenus conſueſti, benevolentia ac benignitate fovere perge, ac tueri.

Dabam Mutinæ ex Sereniſſimi Ducis FRANCISCI III. Bibliotheca Kalendis Decembribus Anno vulgatæ Æræ MDCCLVII.

PRÆ-

PRÆFATIO.

EDidi a. MDCCLIV. *Excurſus litterarios per Italiam* ab anno MDCCXLII. ad annum MDCCLII. nunc *Iter litterarium* per eamdem Italiam exhibeo, paullo aliter diſpoſitum atque illi, non tamen minus utile, Lectoribuſque, uti ſperare audeo, jucundum. Quum enim in longiora quædam incidiſſem opuſcula digna quæ lucem adſpicerent, duas in partes volumen tribuendum eſſe intellexi, quarum altera itinerum meorum rationem, Codices MSS., Inſcriptiones, ac breviora monumenta compleEteretur; altera prolixiora illa commentaria contineret. Præterea (quod a pluribus in priore illo opere deſiderari acceperam) in calce libri aptiſſimos indices ſumma diligentia, ac nova quadam ratione concinnatos collocavi. Qui *Excurſus litterarios* habent, *Iter* hoc noſtrum veluti illorum continuationem ſibi propoſitam intelligant; qui illis carent, & ab innumeris, quibus in veterum præſertim monumentorum editione ſcatent, typothetarum erratis, ut in epiſtola ad Cl. Seguierium querebatur eruditiſſimus Hagenbuchius, ne in ſuas eos Bibliothecas inſerant, graviſſime deterrentur, ii norint, hocce opus non adeo cum illo conjunctum eſſe, ut alterum ab altero ſeparari non poſſit. Quamobrem & alio donatum titulo, & ordine, uti ajebam, nonnihil immutatum damus. Ceterum ubi *Excurſus* decennio ipſo continentur, quinque tantummodo annorum itinera in hoc volumine ut deſcriberemus, materiæ amplitudo poſtulavit. Quæ deinceps in Excurſibus noſtris digna, quæ in litteratorum hominum notitiam veniant, deprehendemus, ea non ſingularibus libellis enarrabuntur, ſed vel in *Annalibus litterariis Italiæ*, vel in *Bibliotheca variæ præſertim tranſalpinæ eruditionis* opportune excudentur.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

In prima voluminis parte contentorum.

CAPUT I. *Lucenſe iter. Felini Mariæ Sandæi Bibliotheca, quæ Capitulo principis Lucenſis Eccleſiæ Sandæi ipſius teſtamento obtigit. Codicum in ea ſervatorum ſpecimen. Index MSS. Codicum, qui exſtant in ædibus PP. S. Mariæ Curtis Orlandigorum. Bibliothecæ virorum Clariſs. Bernardini Baronii, & Franciſci Mariæ Florentinii. Inſcriptiones veteres, aliaque ejuſmodi monumenta. Aſceterium Sanctimonialium S. Juſtinæ, & diplomata, aliæque antiquæ Chartæ in ejus tabulario lectæ, cumque editis exemplis diligenter collatæ.* pag. 1.

CAPUT II. *Reditus Luca Florentiam Piſtorienſi urbe reviſa, & Jaccherinenſis conventus MSS. codicibus aliquot adnotatis: Florentinæ Bibliothecæ S. Marci codices Latini recenſi, ad Carthuſienſium ædes excurſus; eorumdemque Archivum, unde quarundam chartarum veterum notitia eruitur.* 45.

CAPUT III. *Auctor Regium Lepidi a* CIƆIƆCCLIV. *proficiſcitur. Archiva principis templi, Ædis S. Proſperi, & Benedictinorum ab eo luſtrata. Bibliotheca Minorum Obſervantium, & codices aliquot ibi inſpecti. Inſcriptionum a Ferrarinio collectarum MS. Codex apud PP. Carmelitas. Alia in privatis ædibus adnotata.* 75.

CAPUT IV. *Cæſenam poſt feſtos Paſchales dies excurſus. Plura de Bibliotheca Malateſtia.* 90.

CAPUT V. *Bibliotheca, quæ Florentiæ eſt, S. Crucis, ejuſque aliquot codicum recenſio. Kalendis Auguſti Auctor Ripolenſe PP. Vallumbroſanorum Monaſterium adit.* 95.

CAPUT VI. *Menſe Auguſto Mutinam adcerſitur Auctor a Sereniſſimo Duce* FRANCISCO III. *ut Atteſtiæ Bibliothecæ præſit. Antequam eo migret, Septembri menſe Romam adit: quæ ibi in adverſaria retulerit. Ubi Mutinam deinde advenit, Mutinenſis Collegii MSS. Codices diligentius luſtrat, qui etiam heic recenſentur.* 111.

CAPUT VII. *Brixiam a.* CIƆIƆCCLV. *proficiſcitur Auctor. Bibliothecæ Quiriniana, PP. Theatinorum, PP. Societatis Jeſu, atque Mazzuchelliana. Monaſterium S. Juliæ, ejuſque antiquitates. Veronam excurſus. Cl. Marchionis Scipionis Maffeii funus.* 118.

CAPUT VIII. *Anno MDCCLVI. Mantuæ concionatur Auctor; codices aliquot, vetereſque Inſcriptiones in ea urbe adnotatæ. Veronam profectio.* 122.

CAPUT IX. *Taurinenſe iter a. MDCCLVII. MSS. Codices Bibliothecæ domeſticæ. Vercellarum Urbs, & vetera, quæ ibi adſervantur, monumenta.* 137.

CAPUT X. *Bononiam, & Ferrariam excurſus Auguſto menſe ejuſdem anni MDCCLVII. Albornotianum archivum, deque eo commentarius. Perpiniani epiſtolæ duæ nondum editæ. Codices MSS. apud Ferrarienſes adſervati; antiqui lapides in Ferrarienſi Lycæo exſtantes.* 145.

Digitized by Google

INDEX OPUSCULORUM

In ſecunda voluminis parte comprehenſorum.

I. *Variæ lectiones ex vetuſto Codice Lucenſi ad Evangelia Hieronymiana Vallarſianæ editionis.* pag. 173.
II. *Teſtimoniorum libri duo ex codice membranaceo vetuſtiſſimo ſæculi X. Veronenſis Capituli num. LIV.* 187.
III. *Expoſitio Fidei Athanaſianæ ex codice V. C. Franciſci Mariæ Florentinii.* 214.
IV. *Chronicon ex Capitulari Codice Veronenſi ſub n. 158. Loculo R. ab anno 709. uſque ad annum 912. quo Codex fuit exaratus.* 220.
V. *Chronicon Suſſanum ex MS. Codice Bibliothecæ Domus Profeſſæ Romanæ Societatis Jeſu.* 227.
VI. *Johannis Garzonis Bononienſis de Johannis Bentivoli ſenioris geſtis ad Johannem Bentivolum Juniorem libellus, ex codice MS. Brixiani collegii Patrum Societatis Jeſu.* 241.
VII. *Belli Belgici Commentarius ab Antonio Poſſevino ſcriptus ad Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem.* 260.
VIII. *Animadverſiones in Hiſtoriam Thuani P. Antonii Poſſevini Soc. Jeſu. Ex MS. exemplo quod in Bibliotheca S. Luciæ PP. Societatis Jeſu Bononiæ ſervatur.* 264.
IX. *Defenſio Fratris Johannis Pratenſis, & Libellus ejuſdem contra Guarinum de non legendis impudicis Auctoribus ex Mutinenſis Collegii Codice Manuſcripto.* 325.
X. *Lini Colucii Pierii Salutati Cancellarii Florentini Carmina. Eruta nunc primum ex Codice Bibliothecæ Abbatiæ Florentinæ Monachorum S. Benedicti Ad Nobiliſſimum virum Andream Palmerium Palm. F. Pandulphinium Patricium Florentinum.* 337.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova

Avendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. F. *Serafino Maria Maccarinelli* Inquiſitor General del Santo Officio di *Venezia* nel Libro intitolato *Franciſci Antonii Zachariæ S. J. Sereniſſimi Mutinenſium Ducis Bibliothecæ Præfecti Iter Litterarium per Italiam ab anno 1753. ad annum 1757.* M. S. non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro niente contro Principi e buoni coſtumi concediamo Licenza a *Sebaſtiano Coleti* Stampator *di Venezia*, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 1. Decembre 1761.
(Marco Foſcarini Cav. P. Ref.
(Polo Renier Ref.
(

Regiſtrato in Libro a Carte 108. al Num. 424.

Giacomo Zuccato Segr.

Digitized by Google

ITER LITTERARIUM PER ITALIAM

PARS PRIMA.

CAPUT I.

Lucenſe iter. Felini Mariæ Sandæi Bibliotheca, quæ Capitulo principis Lucenſis Eccleſiæ Sandæi ipſius teſtamento obtigit. Codicum in ea ſervatorum Specimen. Index MSS. Codicum, qui exſtant in ædibus PP. S. Mariæ Curtis Orlandigorum. Bibliothecæ Virorum Clariſſ: Bernardini Baronii, & Franciſci Mariæ Florentini. Inſcriptiones veteres, aliaque ejuſmodi monumenta: Aſceterium Sanctimonialium S. Juſtinæ, & diplomata, aliæque antiquæ Chartæ in ejus tabulario lectæ, cumque editis exemplis diligenter collatæ.

I. LUCA Etruriæ nobiliſſima Urbs eſt, omnique ævo percelebris. Non ſemel illac tranſieram; numquam tamen in ea urbe fueram commoratus, ut quem non exiguum ſervat litterariæ ſupellectilis theſaurum, diligenter inſpicerem. Obtigit id mihi ſingulari humanitate præſtantiſſimorum Canonicorum *S. Michaelis*, qui ad habendas in ipſorum templo anno cIↃIↃCCLIII. conciones officioſiſſimis litteris invitarant. Nam ut verni Jejunii tempus imminere illo anno cœpit, Florentia illuc contendi, & quincto Nonas Martii Urbem ingreſſus ſum, duobus me Canonicis in concionatoris ædes comiter deducentibus. Porro ipſo illo die ad Virum Clariſſimum, mihique longe amiciſſimum *P. Johannem Dominicum Manſium* e Clericis Regularibus Sanctiſſimæ Dei Matris advolavi, ut coram viderem, qui e periculoſo illo, ac pæne mortifero morbo, quocum fuerat præterita æſtate colluctatus, ſenex optimus convaluiſſet. Et vero ſummam Lucenſium in me expertus ſum humanitatem, atque incredibile quoddam ſtudium antiquariæ ac librariæ rei univerſæ, quæ quidem ibi exſtat, oſtendendæ mihi, inque meos uſus convertendæ. Verum, ut veritatem gratus aperiam, id ego cum primis debeo doctiſſimi *Manſii* officiis; ille enim exemplo, atque auctoritate ſua effecit, ut Bibliothecæ, Archiva, Muſæa mihi paterent, & quæ vellem, referendi in adverſaria copia fieret.

II. Et quoniam Bibliothecas commemorabam, primum de illa aliquid dicendum, quæ ſane ob MSS. Codices ceteris præſtat, quamque *Felinus Maria Sandæus* Capitulo Canonicorum principis Eccleſiæ moriens legavit. Codicum ibi adſervatorum, qui ſane nec pauci ſunt, nec parvæ utilitatis, indicem contexuerat vir in hoc ſtudiorum genere exercitatus *Bernardinus Baronius*, cujus mentio non ſemel heic a me facienda perhonorifica. Apud *Manſium* vero, qui tum in illuſtranda, corrigendaque *Johannis Alberti Fabricii Bibliotheca Latina mediæ*, *& infimæ ætatis* verſabatur, exſtabant Baronianæ illæ Schedæ. Quum eas perlegiſſem, atque ex illis non pauca excerpſiſſem, Bibliothecam ipſam adii, ut Codices, quorum notitia ſalivam mihi maxime moverat, attentius luſtrarem. Hæc autem fere in iis digna quæ hoc loco commemorentur.

Codex membranaceus Sęculi XII., ſed initio mutilus, in quo libri aliquot Scripturæ Sacræ. Horum primus *Machabæorum* liber ſecundus, cujus tamen ultima tantummodo quatuor capita habentur. Hunc ſequitur *Ezechiel* Propheta, tum liber *Danielis*, XII. *Prophetæ minores*, Liber *Job*, Liber *Proverbiorum*, *Eccleſiaſtes*, *Cantica Canticorum*, Liber *Sapientiæ*, *Eſaias*, *Hieremias*, *Actus Apoſtolorum*, *Epiſtolæ Canonicæ*, *Liber Apocalypſis*, *Epiſtulæ B. Apoſtoli Paulli*.

Pſalterium brevibus notationibus explicatum continet codex XV. Sæculi membranaceus in fol. Hæ in fures diræ ſub initium Codicis leguntur: *hic liber eſt B. Martini Lucenſis Epiſcopatus, quem ſi quis furatus fuerit, aut fraudulenter retinuerit, ex auctoritate matricis Eccleſiæ, & conſenſu Canonicorum anathema ſit in perpetuum, niſi reddiderit Amen, Amen: fiat, fiat, fiat.*

His præſtat XI. ſæculi Codex membranaceus in fol. min. Quatuor in eo Evangelia ſunt, eaque ſequuntur *Capitula Evangeliorum de anni circulo*. Egregium iſtud Sacræ antiquitatis monumentum, capitulare inquam, alio in opere edendum erit; in appendice hujus voluminis varias, quas ex hoc codice cum Vallarſiana Hieronymianæ verſionis editione collata excerpſimus, lectiones proferemus.

Pſalterium in alio Codice exſtat ſæculi XII. membranaceo in fol. min. non tamen ſolum, quemadmodum in illo, quem nuper recenſuimus; nam præterea in eo continentur Cantica Canticorum, *Athanaſii* Symbolum, ac Litaniæ, a quibus abſunt *SS. Franciſcus*, atque *Dominicus*. Pertinuit olim hic codex ad Monaſterium *Putheolanum* Lucenſis Diœceſeos, quod infra iterum occurret, ut docet adnotatio extremæ paginæ adſcripta. In eadem pagina alia quædam leguntur recentius ſcripta. In his Hymnus ſequens

Ave Corpus Salvatoris
Vitæ Panis, & amoris
Salvans a periculis
Ave Sanguis veri Dei
Per quem ſalvi fiunt rei
A culparum maculis
Hæc ſunt dona magna nimis,
Que mittuntur de ſublimis
In ſalutem Populi
Hæc ſunt dona gracioſa
Ad ſalvandum virtuoſa
Virtute miraculi

Item *miraculum apparuit in* Aragonia *de verſibus infraſcriptis; quia quidam Scholaris truncato capite mori non potuit niſi habita prius peccatorum Confeſſione, & fuit* A. D. MCCXCI.

Digna mater Dei veniæ via luxque diei
Sis tutela rei, duxque, comeſque mei
Nata Dei miſerere mei lux alma diei
Digna coli, Regina Poli me linquere noli

Me

Me tibi Virgo pia genitrix commendo Maria
Fili Chriſte Dei tu miſerere mei.

III. Præter hos, alioſque, quos percenſere non vacat, Bibliorum libros non pauci Codices ſunt, in quibus Sanctorum Patrum opera legimus. En aliquot.

Codex Membran. 4. ſæculi x., in quo *S. Ambroſii* Epiſcopi *de Fide* lib. v. & *de Spiritu Sancto* lib. iii. Mutilus erat Codex, ſed recentiore ævo ſuppletus fuit.

Alia ejuſdem S. Ambroſii opuſcula, quæ *de Patriarchis* inſcribuntur, habemus in alio membran. Codice in 4. ſæculi xi. Sunt autem *de Abraham* lib. i. *de Iſaac & anima* lib. i. *de pœna mortis* lib. i. *de Jacob*, *& vita beata* lib. i. *de Joſeph* lib. i., *de benedictionibus Patriarcharum* lib. i., *de apologia David* lib. i. *de Nabuthe*, *& Achab* lib. i. *de teſtimonio in Salomone* lib. i. Accedunt *Paſſionis S. Sebaſtiani*, *& aliorum* libri ii. Fuit hic liber *Eccleſiæ S. Donati*; quod quidem diſcimus ex adſcripto primæ paginæ juramento, quod ejuſmodi eſt

Ego promitto ſtabilitatem in hoc loco ad obedientiam Domini, *& B. Martini & Epiſcopi R.* (forte Rangerius is eſt, ſi tamen litterarum forma xi. ſæculo, quo reliqua ſcripta ſunt, recte reſpondet, quod non memini) *qui nunc eſt*, *& eorum qui canonice ſucceſſuri ſunt*, *& promitto bona Eccleſiæ*, *& quæ per officium Eccleſiaſticum acquiſiero in comuni ſine fraude haberi*, *& Præpoſito obedire Canonice ordinato*. ✠ ✠ ✠ *Hæc fecerunt in Sancto Donato Martinus Presbyter*, *& Henricus*, *& Maſcaclus*.

Ejuſdem xi. ſæculi videtur Codex alius membran. in fol., quo xxii. *S. Auguſtini de Civitate* libri continentur. Hos excipit ſpuria *epiſtola præceptorum S. Clementis Papæ Romani miſſa* Jacobo *Fratri*, quæ quidem mutila eſt. Ejuſdem *S. Auguſtini* libri xv. *de Trinitate ac de Spiritu*, *& littera* ad *Marcellinum* exſtant in codice membran. Sæc. xi. in fol. min. Duobus autem voluminibus optimæ notæ ſæculo xii. exaratis comprehenduntur *Explanationes Pſalmorum* traditæ ab eodem S. D.

Multa occurrunt in Codice membr. ſæculi xiii. Ac primum *S. Paterii* liber *Teſtimoniorum Veteris Teſtamenti*. Num autem genuinum id opus *Paterii* ſit, quale a *Maurinis* editum, an aliud *Paterio* ſuppoſitum, atque ab *Alulfo* Monacho elucubratum, videbunt qui Codicem cum editis contenderint. Deinde *S. Paulli expoſitio* ab incerto auctore profecta. Hoc ejus initium: *Paulus ſervus Jeſu Chriſti. In Sancto Evangelio ſecundum Johannem* jam non dicam vos ſervos, ſed amicos. *Interrogatur, quod Magiſter Chriſtus in alio loco Apoſtolos non dixerit ſervos* &c. Hæc autem extrema ſunt verba: *Alexander duri cordis ad dominum nunquam converteretur*, *& aliis agentibus veram pœnitentiam anteacta non imputarentur*. Sequitur *S. Auguſtini de conſenſu Evangeliſtarum* liber. Tum exſtat ſermo Ven. *Bedæ* Presbyteri ex *Hiſtoria Anglorum* decerptus: *Solemnem obſervantiam hujus feſtivi diei* a ritibus Gentilium! Subjungitur huic, *Expoſitio in Cantica*, ac tandem legitur *Hildebrandi* Cardinalis Tit. xii. Apoſtolorum epiſtola *de inventione corporis S. Apollinaris* Ravennatis Epiſcopi. *Hildebrandi* hujus, qui tum Apoſtolicæ Sedis legatus erat, juſſu exquiſitum B. Epiſcopi corpus, ac porro inventum narrant ex *Spicilegio Ravennatis Eccleſiæ*, quod Cl. *Muratorius Tomo I. Rerum Italicarum parte* ii. *col.* 540. *ſeqq.* emiſit in lucem, Bollandiani ſocii *Tomo V. Julii*; at neque hi, nec *Muratorius* epiſtolam *Hildebrandi* ipſius proferunt. Quamobrem ineditam illos latuiſſe crediderim. Placet igitur heic illam exſcribere, etſi a *Manſio* nunc divulgatam *Tom. III. Biblioth. Fabric. p.* 96. cui adſentiri omnino non poſſum Hildebrandum hunc eumdem eſſe, qui poſtea Gregorius vii. fuerit, atque adeo totam hiſtoriam, Epiſtolamque commentitiam adfirmanti, ut quæ in *Spicilegio* perhibentur, *Hildebrandi* confirmentur auctoritate.

Hildebrandus Dei Gratia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus omnibus in Chriſto fidelibus in domino æternam ſalutem. Cum de corpore Beati Apollenaris Martyris inter Monachos S. Apollenaris novi, *& dilectos*

Digitized by Google

filios noſtros de Claſſe non modica contentio diutius agitata fuiſſet, præfati Monachi de Sancto Apollenare novo in ſui erroris argumentum, & apud nonnullos conceptæ dubitationis robur clamculo, quamdam, quæ in jam dicta fuerat Eccleſia, lapideam Arcam temeritate nimia inlecti auſi ſunt nocturno tempore violare; Inventas vero ibidem non paucas reliquias per falſum Epitaphium nomine memorati Martyris intitulabant, & ejuſdem Sanctiſſimum Corpus ſe inveniſſe publice prædicabant. Nos autem ut falſæ opinionis ſeminarium removeretur, quod latius ſpargebatur in populum, pro indaganda Sacri Corporis veritate, juxta mandatum Reverentiſſimi Patris Noſtri Alexandri Summi Pontificis ad famoſiſſimum ſæpe dicti Martyris Templum Claſſim devenimus. Ceterum præſentibus dilectiſſimis fratribus noſtris venerabilibus admodum viris Teodino S. Vitalis Cardinali Presbytero (fuit is dein Epiſcopus Portuenſis, de quo Ciacconius Oldoini T. I.), *& Ger.* (Gerardus ſcilicet, qui a. 1171. Ravennatem ſedem conſcendit) *Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo ejuſdem aſſiſtentibus Epiſcopis ſuffraganeis, & immenſa Cleri, & populi, & multitudine Sacratiſſimum corpus multo labore effodi fecimus, & magna cum reverentia univerſis ſpectandum, adorandumve in altum levavimus. Sed & laminas argenteas tres invenimus Sanctis membris appoſitas Martyris hiſtoriam continentes, ita. Ortus ab Antiochia Beatus Apollenaris a ſummo Apoſtolorum Principe Ravennæ miſſus eſt prædicare baptiſmum pænitentiæ in remiſſionem peccatorum, ibique per eum dominus virtutes multas operatus eſt. Nam cæcos illuminavit, Paralyticos curavit, mutos loqui fecit, dæmones fugavit, mortuos ſuſcitavit, leproſos mundavit, Simulacra,* & *idolorum templa diſſolvit. Hic fuſtibus cæſus eſt, diutius ſuper prunas ſtetit nudis pedibus. Eculeo appenſus, denuo umbratus* (lege *verberatus*) *ſuper plagas aquam ſuſcepit* (editum in Spicilegio, ubi hæc eadem recitantur, *recepit*) *fervidam, cum gravi pondere* (*ferri* addit Spicilegium) *in exilium religatus, ore ſaxo contuſo defunctus ſub Veſpaſiano Cæſare Auguſto die* (hæc vox in Spicilegio omittitur) X. K. *Aug. Regnante Domino Noſtro Jeſu Chriſto cum Patre, & ſpiritu Sancto in ſæcula ſæculorum Amen.*

Hic requieſcit Sacratiſſimum (deeſt in Spicilegio hoc adiectivum) *corpus Beatiſſimi Apollenaris.*

Codex Membranaceus in folio Sæculi xi. continet Expoſitionem *Beati Gregorii PP. Urbis Romæ in Exechiel Prophetam incohata in Baſilica Lateranenſis Epiſcopii, quæ appellatur aurea.* Clauditur his verbis: *Expliciunt Omeliæ B. Gregorii Papæ in Ezechiel Propheta num. 22.* Porro intimæ tegumenti parti adſcripta hæc ſunt.

In Nomine Domini Amen. Breve recordationis qualiter actum eſt intus in clauſtro S Martini præſentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt. Mag. Ung. Archi. (ideſt Archipresbyter), *& P.* (Presbyter) *Tolomeus Cantor, & Mag. Hermannus Primicerius Magri precibus intervenientibus, & multis promiſſionibus Cenami amiciſſimi Canonicorum de conſenſu, & voluntate ſociorum ſuorum conceſſerunt ſupradicto Cenamo, & permiſerunt ſepelire uxorem ſuam intus in ſepultura ſua, quam habet in Clauſtro Sancti Martini & ſuo ſpeciali amore in eorum converſam receperunt tali modo ut numquam aliqua alia femina ipſius ſupraſcriptæ domus poſſit, & debeat ibi ſepelire, teſtes P. Defacius, P. Caro, P. Cambertus, Tho. Diaconus, Ubertus, & Balgarinus ſubdiaconi* A. MC. *nonageſimo quinto. vx. Kal. Julii.*

Codex alius Membranaceus in fol. ſæculi xi. exhibet *Tractatus ſive explanationes* S. Hieronymi *in omnes prophetas Minores.*

Eſt præterea editus liber ſermonum *S. Leonis PP. Lucas Venetus* Dominici *filius librariæ artis peritiſſimus impreſſit Venetiis anno Salutis* 1482. *Septimo Idus Auguſti.* Additæ huic ſunt Epiſtolæ & Tractatus aliqui *B. Cæcilii Cypriani Carthaginenſis Epiſcopi* Venetiis impreſſi per eundem *Lucam Venetum* 1483. pridie nonas Decembris. Compacta in eodem volumine eſt *Hiſtoria Eccleſiaſtica Rufini Presbyteri ad Chromatium*, quæ hoc dechaſtico clauditur.

Tran-

Tranſtulit Auſonias iſtud Ruffinus ad aures
Euſebii clarum Cæſarienſis opus
Schallus Johannes celebri Germanicus arte
Ære premit. Mantus Principe Fœderico
Quom datus eſt finis. referebat Julius annos
Mille quatercentum ſeptuaginta novem
Hunc eme qui docti nomen, qui limen Olimpi
Quæris. habet præſens munus utrumque liber
Hinc cœleſte bonum. Sanctoſque docebere mores
Et prodeſſe magis lectio nulla poteſt.

Non ignoti hi libri fuere *Orlandio*. Verum ea de cauſſa horum meminimus, quod his adjutæ ſunt *Juliani Apoſtatæ* epiſtolæ *Ecdicio Ægypti Præfecto* latine redditæ, quemadmodum etiam ejuſdem *Juliani* Alexandrinis edictum. Scripta eſt hæc pars voluminis Sæculo xv.

Codex Membranaceus in fol. Sæculo xv. nitidiſſime exaratus, in quo *B. Remigii Epiſcopi in Paulli Apoſtoli Epiſtolas Commentarii*. Quis deſcripſerit, docent extrema hæc Amanuenſis verba: *Explicit Tractatus S. Remigii Epiſcopi ſuper Epiſtolas B. P. Apoſtoli Scriptus per me Johannem Magiſtri Lamberti de Rhoda alias de Brabantia in Sancto Monaſterio Caſſinenſi Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo penultima Decembris*. *Felinus* autem *Sandæus* hæc ſub initium Codicis adnotavit: *Die corporis Domini, quæ fuit 18. Junii 1500. Presbyter Bernardinus de Sandonnino Nepos bonæ memoriæ Nicolai Epiſcopi Lucani prædeceſſoris mei* (obierat is anno 1498.) *donavit mihi hunc librum, quem ex teſtamento ſibi reliquerat Epiſcopo, & hoc fecit præſentibus teſtibus Presbytero Bartholomæo Fridiani de Luca Capellano meo, & Johanne de Baſchenis de Brixia Camerario meo, & Presbytero Johanne Clerico Lucenſi Capellano ipſius Bernardini in Plebe Decimi Menſæ meæ Epiſcopalis*

Felinus Epiſcopus Lucenſis Manu propria

Codicem qui ſequitur Membran. in fol. Sæc. xiii. exaratum *P. Nicolaus Tegrimus* Archidiaconus a. 1514. emendavit. Exhibet is *Ambroſii Autperti Presbyteri Tractatus in Apocalipſim Johannis libros quinque ex parte prima ſpeculi parvulorum*.

Sæculo xii. Scriptus videtur Codex Membran. in fol. qui continet *Collationes Patrum lib.* xii. Hic Codex, ut ex prima pagina conſtat, fuit *Monaſterii S. Petri de Putheolis Lucanæ diœceſis*. Atque hinc Epiſtolam Monachorum *Monaſterii de Sexto ad Henricum* Imperatorem in cauſſa *Sabaraitarum*, in notis ad *Thomaſinum* primus edidit Clariſſ. *P. Jo. Dominicus Manſi*; hæc enim ſub codicis finem adſcripta legitur.

Nec prætereundus codex membran. in fol. Magno ſæc. xi. ubi legere eſt *S. Gregorii Turonenſis* libros quatuor *de virtutibus, & Miraculis B. Martini Epiſcopi*.

Codex membran. MS. in fol. magnæ molis continet *Caſſiodorii Explanationes ſuper Pſalmos*. In fine autem Pſalmi centeſimi hæc epiſtola legitur: *Dilectiſſimis mihi nimiſque amandis, & amatis ſenioribus* L. *& cæteris* I. *vix aliquo nomine vigens omnis devotionis vocale obſequium. De hoc veſtro opere, quod mihi injunxiſtis non quod volui, ſed quod potui feci. Scriptorem acquiſivi ut aſſerebatur bonum, ſed fraude me circumvenit, dum non tale opus quale propoſui fecit, ſed poſt compulſus reddidit particulam quamdam, unde coloratus, & illuminatus eſt. Correxi ſtudioſe per memetipſum ſecundum exemplar etiam amplius. Quaterniones ſunt* 41. *viginti ſolidos & dimidium dedi in cartis, & viginti ſeptem, & dimidium ſcriptori. Alius labor fuit meus. Remittite, quo ante poteſtis, librum S. Donati. Putavi venire ad vos, ſed nullatenus potui. Commendo autem memetipſum vobis, ut ſi quando meum exitum audieritis Charitatis officium in me expendere vos non pigeat. Valete.* Sæculo xi. deſcriptus eſt ad paginam 329. hinc ad finem ſæculo xii.

Age de Codice membranaceo alio in 4. diſſeramus. Initio Codicis exſtant

Con-

Conſtitutiones Monialium S. Mariæ de Pontetecto Etruſco ſermone exaratæ. Has excipit Regula *B. Benedicti* cum expoſitionibus in 70. capita diſtributa, ſed Italice reddita, cui adſcripta hæc notatio: *Domina Abbatiſſa fecit fieri hoc opus pro anima ſua, Sororumque ſuarum, & parentum ſuorum Anno Domini* MCCLXXVIII. Additur promiſſio quam ſub ipſum in Monaſterium ingreſſum edebant Moniales. Ea autem hujuſmodi erat. *In nomine ſummæ, & individuæ Trinitatis Ego ſoror N. promitto ſtabilitatem meam, & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum regulam S. P. Noſtri Benedicti in hoc S. Monaſterio, quod eſt conſtructum in honorem Beatæ Mariæ Virginis & aliorum ſanctorum in præſentia Abbatiſſæ noſtræ reverentiſſimæ Dominæ N. & hujus Sanctæ Congregationis, ut poſt deceſſum vitæ præſentis, ſocietatem ſanctorum percipere merear in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hanc, precatio ſequitur contra febrem quartanam: *Omnipotens ſempiterne Deus per interceſſionem Sanctorum tuorum ſeptem Dormientium ✠ Marſiani ✠ Maximiani ✠ Dionyſi ✠ Johannis ✠ Seraphionis ✠ Conſtantini ✠ Emelciadis ✠ libera famulam N. de febre quartana & de omnibus malis ✠ fiat fiat fiat ✠ Amen.* Adiecta his ſunt breviaria homiliarum in Evangelia a Dominica prima de Adventu uſque ad anniverſarium dedicationis Eccleſiæ. Tandem compactum ſimul eſt antiquiore manu deſcriptum *Martyrologium Bedæ Presbyteri* ſed mancum, ac plane lacerum. Quæ licuit excerpere hæc ſunt.

Incipit Martyrologium B. (1) Bedæ Presbyteri

Januarius habet dies XXXI. *Luna* XXX.

Kal. Jan. *Circumciſio Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Ravennæ S. Severi Confeſſoris. Romæ S. Concordii Martyris.*

IV. Non.	*S. Martinæ, & S. Euphroſinæ*
III.	*S. Macarii Abbatis*
II.	*S. Genovieſæ Virginis*
Non.	*S. Simeonis*
VIII. Id.	*Epiphania Domini Noſtri Jeſu Chriſti*
VII.	. . . .
VI.	*S. Severini Presbyteri*
V.	*S. Baſilii Confeſſoris*
IV.	*S. Pauli primi Eremitæ*
III.	*S. Felicitatis*
II.	*SS. Rogati, & Modeſti*
Idus	*Octava Epiphaniæ Domini*
XIX. Kal.	*Febr. S. Felicis Presbyter.*
XVIII.	*S. Mauri Abbatis*
XVII.	*S. Marcelli Papæ, & Martyris.*
XVI.	*S. Antonii Monachi*
XV.	*S. Priſcæ*
XIV.	*Sanct. Marii, Marthæ, Audifax, & Abacuch.*
XIII.	*SS. Fabiani, & Sebaſtiani*
XII.	. . . .
XI.	. . . .
X.	. . . .
IX.	*S. Timothei Apoſtoli*
VIII.	*Converſio S. Pauli, & S. Projecti. Obiit Rangerius Epiſcopus Lucanus.*
VII.	*S. Polycarpi, & S. Theclæ*
VI.	*S. Julianæ Virginis*
V.	*Romæ Agnetis ſecund.*

IV.

(1) *Venerabilis* paſſim inſcribitur, ut in Martyrologio, quod nos edidimus Excurſ. Litter. T. I. p. 371.

Digitized by Google

IV.	. . . .
III.	. . . .
II.	*SS. Eugenii, & Vindemialis* (1)

FEBRUARIUS.

Habet dies XXVIII. *Luna* XXIX.

Kal. Febr.	*S. Geminiani Epiſcopi, & S. Brigidæ Virg.*
IV. Non.	*Purificatio Sanctæ Mariæ*
III.	*S. Blaſii Epiſcopi, & Martyris*
II.	*Aquilinæ Virginis*
Non.	*In Sicilia S. Agathæ Virginis*
VIII. Id.	*Romæ S. Dorotheæ Virginis*
VII.	*S. Guillelmi Epiſcopi & Martyris*
VI.	*SS. Alexandri, & Ammonis*
V.	*S. Savini Epiſcopi*
IV.	*S. SCHOLASTICÆ*
III.	. . . .
II.	*S. Simphroni Epiſcopi*
Idus	. . . . . .
XVI. Kal. Mart.	*S. Valentini Preſbyteri, & Martyris*
XV.	*SS. Fauſtini, & Jovitæ*
XIV.	*S. Julianæ Virginis*
XIII.	. . . .
XII.	*S. Barbati Epiſcopi*
XI.	*S. Publii, & Juliani*
X.	. . . .
IX.	. . . .
VIII.	*Apud Antiochiam Cathedra S. Petri Apoſtoli*
VII.	*S. Polycarpi*
VI.	*S. Matthiæ Apoſtoli*
V.	. . . .
IV.	. . . .
III.	*S. Antigoni*
II.	. . . .

MARTIUS.

Habet dies XXXI. *Luna* XXX.

Kal. Mart.	. . . .
VI. Non.	*S. Simplicii Papæ*
V.	*S. Felicis*
IV.	. . . .
III.	. . . .
II.	*SS. Victoris, & Victorini*
Non.	*SS. Perpetuæ, & Felicitatis*
VIII. Id.	. . . .
VII.	*SS. Quadraginta Martyrum*
VI.	*S. Felicis Preſbyteri* (2)
V.	*S. Heraclii* . . . . (3)
IV.	. . . .
III.	*S. Macedonii Preſbyteri*

II.

(1) Hos Sanctos alii Martyrologi recolunt Kal. Februarii

(2) Forte & *Philippi Martyris*. Certe *Felicem* & *Philippum Martyrem* exhibent hoc die Auctaria *Uſuardi* apud *Sollerium* (p. 148.)

(3) puto & *Sociorum MM.*

Digitized by Google

II.	*S. Leonis Epiſcopi*
Id.	*S. Longini*
XVII. Kal. Apr.	*S. Cyriaci Mart.*
XVI.	. . . .
XV.	. . . .
XIV.	. . . . . .
XIII.	*In Antiochia S. Joſeph*
XII.	*Depoſitio S. Benedicti Abbatis*
XI.	*Romæ* . . . . (1)
X.	*S. Proculi*
IX.	*S.* . . . . *ci* (2) *Martyr.*
VIII.	*Annuntiatio S. Mariæ*
VII.	*S. Petri Epiſcopi*
VI.	. . . .
V.	. . . .
IV.	*Ordinatio S. Gregorii Papæ*
III.	*SS. Domnini, & Victoris*
II.	*S. Balbinæ Virginis*

APRILIS.

Habet dies XXX. *Luna* XXIX.

Kal. Apr.	*S. Agapiti*
IV. Non.	*Quiriacæ, & Proculę*
III.	*S. Theodoſię Virginis*
II.	. . . . . *onis Diac.*
Non.	*SS.* . . . . . . *& Hirenęi* (3)
VIII. Id.	*S. Epiphanii Epiſcopi*
VII.	*SS.* . . . . . (4) *& Succeſſi*
VI.	. . . .
V.	*Antonii Confeſſoris*
IV.	*S. Danielis Prophetę*
III.	*S. Leonis Papę*
II.	*S. Julii Epiſcopi*
Id.	*S. Euphemię*
XVIII. Kal. Jun.	*SS. Tiburtii, & Valeriani*
XVII.	*S. Lucii Martyris*
XVI.	*SS. Petri Diaconi, & Hermogenis*
XV.	*S. Marię Heremitę*
XIV.	*S. Caloceri*
XIII.	*SS. Rufi, Vincentii* . . . . .
XII.	. . . .
XI.	. . . .
X.	*S. Launomari*
IX.	*Natale S. Georgii Martyris*
VIII.	*Sidrach, Miſach, & Abdenago*
VII.	*S. Marci Evangeliſtę, & Letanię Majores*
VI.	*S. Cleti PP.*
V.	*S. Antonii Presbyteri*
IV.	*S. Vitalis Martyris*

III.

(1) Grevenus *Romę* S. *Theodolam* Martyrem hodie celebrat.
(2) Forte *Seleuci.*
(3) Forte *Irenis.*
(4) Forte *Ammonii.*

Digitized by Google

III.	*S. Torpetis Martyris*
II.	*Romæ Cyrini Epiſcopi*

MADIUS.

Habet dies xxxii. *Luna* xxx.

Kal. Mad.	*Romæ Natale Apoſtolorum Philippi, & Jacobi*
VI. Non.	*S. Sigiſmundi, & Athanaſii Epiſcopi*
V.	*Inventio S. Crucis, & SS. Alexandri, Eventii, & Theodoli, & Juvenalis*
IV.	*Sancti Sineſii Martyris*
III.	. . . .
II.	*S. Joannis ante Portam Latinam, & S. Victoris.*
Non.	*Flaviani Epiſcopi*
VIII. Id.	*Apparitio S. Michaelis Archangeli*
VII.	*S. Quirilli Confeſſoris*
VI.	. . . .
V.	*S. Victorini, & S. Antimi*
IV.	*Romæ SS. Nerei, & Achillei, & Pancratii*
III.	*Romæ S. Mariæ ad Martyres*
II.	*S. Bonefatii*
Id.	*S. Simplicii*
XVII. Kal. Jun.	*S. Peregrini Epiſcopi*
XVI.	SS. . . . .
XV.	*Sanctæ* . . . . . .
XIV.	*S. Theodori Epiſcopi*
XIII.	*S. Euſtaſii M.*
XII.	. . . .
XI.	. . . . . .
X.	*Depoſitio Deſiderii Epiſcopi*
IX.	. . . .
VIII.	. . . .
VII.	*Rufini*
VI.	*Mediolano Aquilini M.*
V.	. . . .
IV.	*S. Maximi* . . . .
III.	*S. Marinæ*
II.	*Romæ S.* . . . . .

JUNIUS.

Habet dies xxx. *Luna* xxix.

Kal. Jun.	. . . .
IV. Non.	*S. Marcellini* . . . .
III.	*S. Blandi Quir.* . . . .
II.	*S. Amandii*
Non.	*SS. Vincentii & Benigni*
VIII. Id.	. . . .
VII.	. . . .
VI.	. . . .
V.	Nullus in Codice adſcribitur Sanctus. Cetera plane obliterata ſunt.

JULIUS.

Habet dies xxxi. *Luna* xxx.

Kal. Jul.	*S. Gregorii PP.*
VI. Non.	*SS. Proceſſi, & Martiniani*
V. Non.	*S. Ruſticolæ*

Quæ ſequuntur, ita ſunt miſere habita, ut niſi magno, atque improbo ſtudio quidquam ex fugientibus litteris exſculpi poſſit. Martyrologium hoc Necro-

Digitized by Google

logium etiam vocari poteſt ; nam adſcripti ſunt defunctorum plurium nomina , ut ſupra in *Rangerio* Lucano Epiſcopo vidimus. Pridie autem Nonas Auguſti legitur: *Obiit Navilia Monacha noſtræ Congregationis Mater Domini Papæ* . Fuit hic haud dubie *Lucius* II. Nomen igitur Matris ejus hinc diſcimus; diſcimus prætereа & illam apud Moniales S. Mariæ de Ponte tecto, ad quas ſpectabat Manuſcriptus hic Codex, Benedictinæ familiæ nomen dediſſe.

S. Iſidori Hiſpalenſis Codices non memoro, nam opportunius de illis differendi locus erit in nova, quam paro, ejuſdem Sancti operum editione.

IV. Liturgicos inter libros unus eſt, quem commemorem . Codex eſt *Ritualis Eccleſiæ Majoris Lucenſis* Membranaceus in fol. paullo poſt medium ſæculum XIII. deſcriptus. Hinc quæ ſingularia viſa ſunt, excerpam , quæ licet Cl. *Manſius* Italice exhibuerit in *Diario Sacro Lucenſi* , non injucundum tamen erit eruditis Viris latino, quo perſcripta ſunt, idiomate legere .

Ritus feriæ V. *in Cœna Domini*.

In mane Fratres Eccleſiam ingreſſi ad orationem ſe proſternentes & ſurgentes pſalmos ad primam videlicet Deus in nomine tuo *cum reliquis ſuaviter cantent. Gloria Patri non dicitur, ſed tantum Pater noſter & Credo in unum Deum continuatim dicunt. Interim a Laicis ſervientibus præparatur aqua & cetera, quæ ad illud officium pertinent ; & introductis pauperibus in clauſtrum , & in ſedibus per ordinem diſpoſitis Canonici ad inſtar Domini Jeſu linteo præcincti exemplo illius humiliter , & devote pedes pauperum lavent, linteo tergant, & dum ſingulis denarios offerunt , cujuslibet manus ſimiliter oſculentur. Ante horam tertiam debet fieri novus ignis , & paretur altare S. Martini, & B. Reguli, & B. Jaſonis* (erat enim ibi altare erectum in honorem S. Hilariæ, Jaſonis, & Mauri, quorum tunc , & nunc etiam corpora ibidem requieſcunt.

In hora III. *vel* VI. *ſonetur cornu*

Ad III. *dicuntur Pſalmi tantum Pater noſter, & Miſerere*

Ad VI. *&* IX. *eodem modo per ſingula , & ſic finiuntur horæ cum oratione Reſpice quæſumus*.

Hora VI. *ſacris veſtibus indutus cum Diacono ſolemni ante fores Eccleſiæ veniat , & Pœnitentibus in terra proſtratis primo dicantur ſeptem pſalmi pœnitentiales . Poſtea dicatur hoc R. peccata mea &c. cum verſu* . . . . (abraſa eſt linea in Codice) *deinde ſequuntur orationes Præſta , & aliæ quæ ſequuntur . Deinde facit ei confeſſionem, & antequam dicatur indulgentiam, dicat hanc orationem , Domine Jeſu Chriſte, qua finita ſequitur Indulgentiam, & reliqua*.

His finitis tradit Diaconus pœnitentes in manus Epiſcopi, & Epiſcopus incorporet eos Eccleſiæ ita dicens : Reddo Matri tuæ Eccleſiæ , ad quam (ſic.) *peccando deviaveras*.

Ipſa die neque Gloria Patri ad Introitum, nec Gloria in excelſis Deo, neque Credo in Deum, niſi Epiſcopus præſens fuerit Chriſma devotiſſime confecturus.

Hora igitur VI. *Pontifex Capitulum ingreditur, & indutus ſolemnibus veſtibus procedit ad Altare cum* XII. *Presbyteris &* VII. *Diaconibus , & totidem Subdiaconis ſolemniter indutis , qui Subdiaconi portent* VII. *cereos in manibus accenſos præcedentibus eos Miniſtris cum tribus crucibus , & thuribulis , & incenſo Miſſam ſolemniter celebraturus. In qua Miſſa hac die S. Chriſma conficitur per ſingulos annos in jam dicta die innovandum, & vetus in Eccleſia concremandum*.

Introitus ad officium Nos autem gloriari , quod Cantor pluviali indutus debet ſolemniter incipere cum Gloria Patri pro reverentia S. Chriſmatis , & Epiſcopus ante altare dicat Adjutorium noſtrum, ſicut mos eſt. Kyrie eleiſon; Sanctus; & Agnus Dei, & Gloria in excelſis Deo feſtive debent cantari.

Interim dum epiſtola cantatur, deſcendat Archidiaconus, & vadat cum XII. *presbyteris, &* VII. *Diaconis, &* VII. *Subdiaconis, qui Subdiaconi portant* (eraſæ ſunt tres lineæ). *Deinde cantatur* R. Chriſtus factus eſt. *Deinde Evangelium cum crucibus*

cibus & incenſo. Deinde Credo in unum Deum. Dominus vobiſcum. Oremus. *Deinde Offertorium.*

Antequam dicatur Evangelium, miſceat Epiſcopus balſamum cum oleo de criſma eum tribus ungulis.

Tantæ hac die conſecrentur hoſtiæ, ut ex iis poſſint ipſo, & ſequenti die ſufficienter habere ad communicandum. Notandum autem, quod de Corpore Domini integræ oblatæ ſervandæ ſunt uſque in die Paraſceve, de quibus communicent. Sanguis vero Domini ipſo die penitus abſumatur. Cum vero Epiſcopus communicet, & cantor dicit, Agnus Dei, *& communio abſque oſculo. Quidam non cantant* Agnus Dei. *Interim populus communicet. Reportentur ampoletæ in Sacriſtia cum magna reverentia, ut ſupra dictum eſt.*

Ad veſperum dicat cantor An: Calicem Salvatoris. *Pſal:* Credidi *cum aliis*, *Verſ:* Chriſtus factus eſt. *In Evangelio Ant:* Cœnantibus autem *ad* Magnificat, *Antiphona finita ſequitur* Oratio *ad complendum, & Diaconus dicit* Ite Miſſa eſt. *Hac die debemus comedere cum Epiſcopo, cum familiaribus, & Scholaribus noſtris. Benedictio Menſæ*: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem. Pater noſter *occulte: Deinde faciat Crucem. Poſt cœnam eadem Antiphona*: Chriſtus factus eſt pro nobis. *Poſtea pſalmus* Miſerere mei Deus. *Deinde* Pater noſter. *Deinde oratio* Reſpice quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam. *Eadem quoque die poſt refectionem communem Epiſcopus tamquam Chriſti Vicarius linteo præcinctus fratrum ſuorum veluti diſcipulorum lavat omnium pedes, & bibit cum eis Clero cantante has Antiphonas Mandati:* Mandatum meum do vobis &c.

Ritus de die Sancto Paſchæ.

Cantatur Miſſa. Sacerdos Hebdomadarius de hoſtiis in eadem Miſſa ſufficienter conſecratis habens Calicem præparatum cum ſanguine argenteo calamo infra calicem poſito, populum, & neophytos communicet. Datur etiam mulieribus intus Eccleſiam agnus benedictus, & viris ſimiliter in clauſtro per ordinem ſedendo.

Finito Evangelio a Diacono annuntiatur ſtatio ita dicendo: Craſtina die ſtatio erit apud Eccleſiam Sancti Martini ad m. . . . . unde ad Eccleſiam conveniatis, *& eodem modo in omnibus Eccleſiis quas in his* VII. *diebus proceſſionaliter viſitamus, illius Eccleſiæ, ad quam altera die cum proceſſione ituri ſumus, a Diacono dicto Evangelio Craſtina die dicendo denuntiatur Statio.*

Ritus diei transfigurationis Domini.

Nota quod ea die conficitur Sanguis Chriſti de novo vino ſi inveniri poteſt ſic aliquantulum de matura uva; & eliquatur in calice ſaltim, & benedicuntur racimi, & communicant inde homines. Quare autem hoc fiat hæc ratio eſt. In die cœnæ dixit Dominus Apoſtolis, & aliis qui cum eo cœnabant: Amen dico vobis non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illum novum in Regno Patris mei: *quare ergo dixit* novum, *& transfiguratio pertinet ad illum ſtatum, quem habuit poſt reſurrectionem, ideo quæritur in hoc feſto vinum novum.*

V. Multi quoque Codices in capitulari *Sandæi* Bibliotheca ſunt, qui canones eccleſiaſticos complectuntur. Quo loco in primis de præſtantiſſimo *Carolino* Codice eſſet mihi non paucis diſputandum, niſi hanc antea Spartam ornaſſet doctiſſimus P. *Manſius* egregio ea de re ſcripto commentario, quem habes in XIV. *Calogerianæ* collectionis volumine (*p. 72. ſeqq.*). Itaque inſignem hunc Codicem, quo etiam ad *Iſidorianam* meam editionem uſus ſum non inutiliter, ſatis ſit indicaſſe. Ad alios progredior. Ac primum inſpexi membranaceum codicem ſæculi XI., cui præfixus eſt Romanorum Pontificum Catalogus, canonum collectionem continentem *Iſidori Mercatoris* nomine prænotatam. Catalogus porro ille hujuſmodi eſt.

Domnus Petrus ſedit annos 25. *m.* 2. *dies.* 8.

Linus ſedit annos 11. *m.* 3. *dies.* 12.

Cletus ſedit annos 12. *m.* 1. *dies.* 11., *& ceſſavit Epiſcopatus dies* 20.

Digitized by Google

Clemens ſedit annos 9. *m.* . . . *dies* x. *& ceſſavit epiſc. dies.* 22.
Anacletus ſedit annos 12. *m.* x. *dies* 7. *& ceſſavit epiſc. dies.* XIII.
Evariſtus ſedit annos XIII. *m.* 6. *dies* 2. *& ceſſavit epiſc. dies.* 19.
Alexander ſedit annos x. *m.* 3. *dies* 2. *& ceſſavit epiſc. dies* . 35.
Xiſtus ſedit annos x. *m.* 2. *dies* 31. *& ceſſavit epiſc. menſes* 2.
Thelesphorus ſedit annos 11. *m.* 3. *dies* 22. *& ceſſavit epiſc. dies*. VII.
Iginus ſedit annos 4. *m.* 3. *dies* 8. *& ceſſavit epiſc. dies* . 4.
Anicius ſedit annos XI. *menſes* 4. *d.* 3. *& ceſſavit epiſc. d.* 17.
Pius ſedit annos XI. *m.* 4. *d.* 21. *& ceſſ. ep. d.* 14.
Soter ſedit an. IX. *menſes* 6. *d.* 21. *& ceſſ. ep. d.* 22.
Eleutherus ſedit annos 15. *m.* 6. *d.* 5. *& ceſſ. ep. d.* 16.
Victor ſedit annos 10. *m.* 2. *d.* 10. *& ceſſ. ep. d.* 12.
Zepherinus ſed. an 18. *m.* 7. *d.* 10. *& ceſ. ep. d.* 6.
Caliſtus ſed. an. V. *m.* II. *d.* X. *& ceſ. epiſc. d.* VI.
Urbanus ſed. an. IX. *m.* X. *d.* XII. *& ceſ. epiſ. d.* XXX.
Antheros ſed. an. XII. *m.* I. *d.* XII. *& ceſ. epiſ. d.* XIII.
Pontianus ſed. ann. IX. *m.* V. *d.* II. *& ceſ. epiſ. d.* X.
Fabianus ſed. ann. XIV. *m.* I. *d.* X. *& ceſ. epiſ. dies* VII.
Cornelius ſedit an. II. *m.* II. *d.* III. *& ceſ. epiſ. d.* XXXV.
Lucius ſed. ann. III. *m.* III. *d.* III. *& ceſ. epiſ. dies* XXXV.
Stephanus ſedit ann. VI. *m.* V. *d.* II. *& ceſ. epiſ. dieſ.* XXII.
Xiſtus ſed. ann. II. *m.* X. *d.* XXIII. *& ceſ. epiſ. an.* II.
Dioniſius ſedit annos II. *m.* III. *dies* VII. *& ceſ. ep. d.* V.
Felix ſed. ann. IV. *m.* III. *d.* XXV. *& ceſ. epiſ. d.* V.
Euthichianus ſedit ann. VIII. *m.* X. *d.* IV. *& ceſ. epiſ. d.* VIII.
Cajus ſed. ann. XI. *m.* IV. *d.* XII. *& ceſ. ep. dies* XI.
Marcellinus ſedit ann. VIII. *m.* II. *d.* XXV. *ab eodem die ceſſavit epiſcopatus annos* VI. *m.* VI. *d.* XXV. *perſequente Diocletiano Imperatore Chriſtianos*.
Marcellus ſedit ann. V. *m.* VI. *d.* XXI. *& ceſ. ep. d.* XX. , *Luciana vero ſcriptione damnata eſt*.
Euſebius ſedit ann. V. *m.* I. *d.* III. *& ceſ. epiſ. dies* VII.
Melchiades ſedit ann. IV. *m.* VII. *d.* VIII. *& ceſ. epiſ. d.* XVII.
Silveſter ſedit annos XXIII. *m.* X. *dies* XII. *& ceſ. ep. d.* XV.
Marcus ſed. ann. II. *m.* VIII. *d.* XX. *& ceſ. ep. d.* XX.
Julius ſedit annos XV. *m.* II. *d.* VI. *& ceſ. ep. d.* XXV.
Liberius ſedit annos XVI. *m.* VII. *d.* III. *& ceſ. ep. d.* VI.
Felix ſedit annos I. *m.* III. *dies* II. *& ceſ. ep. d.* XXXVIII.
Damaſus ſed. an. XVIII. *m.* II. *d.* XI. *& ceſ. ep. d.* XXXI.
Siricius ſedit an. XV. *m.* XI. *d.* XXV. *& ceſ. ep. d.* XX.
Anaſtaſius ſed. an. II. *d.* XXVII. *& ceſ. ep. d.* XXI.
Innocentius ſed. ann. XV. *m.* II. *d.* XX. *& ceſ. ep. d.* XXII.
Zoſimus ſed. ann. I. *m.* VIII. *d.* XXV. *& ceſ. ep. d.* X.
Bonifatius ſed. ann. III. *m.* VIII. *d.* XXV. *& ceſ. ep. d.* VIII.
Celeſtinus ſedit ann. VIII. *m.* I. *d.* IX. *& ceſ. ep. d.* XXI.
Xiſtus ſed. annos VIII. *m.* I. *d.* IX. *& ceſ. ep. d.* XXI.
Leo ſed. ann. XXI. *m.* I. *d.* XXVII. *& ceſ. ep. d.* XII.
Hilarus ſedit ann. VI. *m.* III. *d.* X. *& ceſ. ep. d.* X.
Simplicius ſedit annos XV. *d.* VI. *& ceſ. ep. d.* VI.
Felix ſedit an. VII. *m.* XI. *d.* XVIII. *& ceſ. ep. d.* V.
Gelaſius ſed. ann. IV. *m.* VIII. *d.* IX. *& ceſ. ep. d.* VII.
Anaſtaſius ſed. an. I. *m.* XI. *d.* XXIV. *& ceſ. ep. d.* VII.
✠ *Symacus ann.* XV. *m.* VI. *d.* XXVII.
Hormiſda ſed. ann. XIX. *d.* XVII. *& ceſ. ep. d.* VII.

Digitized by Google

Johannes ſed. an. II. *m.* IX. *d.* XVI. *& ceſ. ep. d.* L. *&* VIII.
Felix ſed. an. IV. *m.* II. *d.* XVI. *& ceſ. ep. d.* III.
Bonifatius ſed. an. II. *d.* XXVI. *& ceſ. ep. d.* XV.
Johannes ſed. an. II. *m.* IV. *d.* VI. *& ceſ. ep. d.* VI.
Agapitus ſed. m. XI. *d.* XVIII. *& ceſ. ep. d.* XLVII.
Silverius ſed. m. V. *d.* XI. *& ceſ. ep. d.* . .
Vigilius ſed. an. XVI. *m.* VI. *d.* XXV. *& ceſ. ep. m.* III.
Pelagius ſed. an. IV. *m.* X. *d.* XVIII. *& ceſ. ep. m.* III. *d.* XX.
Johannes ſedit an. XII. *m.* XI. *d.* XXVI. *& ceſ. ep. m.* III. *d.* X.
✠ *Benedictus ſed. ann.* IV. *m.* I. *d.* XXIX.
Pelagius ſed. an. X. *m.* II. *d.* X. *& ceſ. ep. m.* VI. XXV.
Greg. Dialogus ſedit an. XIII. *m.* VI. *d.* X. *& ceſ. ep. m.* V. *d.* XVII.
Sabinianus ſed. an. I. *m.* V. *d.* VIII. *& ceſ. ep. m.* XI. *d.* XXVI.
✠ *Bonifatius ſedit m.* IX. *d.* XXI.
Bonifatius ſed. an. VI. *menſ.* VIII. *d.* XIII. *& ceſ. ep. m.* X. *d.* VI.
Deus dedit ſed. an. III. *d.* XX.
Bonifatius ſed. an. V. *m.* X. *& ceſ. ep. d.* XIII.
Honorius ſed. an. XII. *m.* X. *d.* XVII. *& ceſ. ep. an.* I. *m.* VII. *d.* XVIII.
Severinus ſedit ann. II. *d.* IV. *& ceſ. ep. m.* IV. *d.* XXIII.
Bonifatius ſedit an. V. *m.* VIII. *d.* XIII. *& ceſ. ep. m.* VI. *d.* VI.
Johannes ſed. an. I. *m.* VIII. *d.* XVIII. *& ceſ. epiſ. m.* I. *d.* XIV.
Theodorus ſed. an. VI. *m.* V. *d.* XVIII. *& ceſ. ep. d.* LII.
Martinus ſed. an. VI. *m.* I. *d.* XXVI.
Eugenius ſed. an. III. *m.* IX. *d.* XXIV. *& ceſ. ep. m.* I. *d.* XXIX.
Vitalianus ſed. an. XIV. *m.* VI. *& ceſ. ep. m.* II. *d.* XIV.
Adeodatus ſed. an. IV. *m.* II. *d.* V. *& ceſ. ep. m.* IV. *d.* XV.
Donus ſed. an. 7. *m.* V. *d.* X. *& ceſ. ep. m.* II. *d.* XV.
Agathon ſed. an. II. *m.* VI. *d.* IV. *& ceſ. ep. an.* I. *m.* VII. *d.* V.
Leo ſedit m. X. *d.* XVII. *& ceſ. ep. m.* XI. *d.* XXV.
Benedictus ſed. an. X. *d.* XII. *& ceſ. ep. m.* II. *d.* XV.
Johannes ſedit ann. I. *d.* IX. *& ceſ. ep. m.* II. *d.* XVIII.
Chonon ſed. m. XI. *& ceſ. ep. m.* II. *d.* XXIV.
Sergius ſedit annos XIII. *m.* VIII. *d.* XXIV. *& ceſ. ep. d.* L.
Johannes ſed. ann. III. *m.* II. *d.* XII. *& ceſ. ep. m.* I. *d.* XVIII.
Johannes ſedit ann. II. *m.* VII. *d.* XVII. *& ceſ. ep. m.* IV.
Siſinnius ſed. d. XX. *& ceſ. ep. m.* I. *d.* XV.
Conſtantinus ſed. annos VII. *d.* XV. *& ceſ. ep. d.* XL.
Gregorius ſedit ann. XV. *m.* VIII. *d.* XXIV. *& ceſ. ep. d.* XXXV.
Gregorius ſed. an. X. *m.* IX. *d.* XXIV.
Zacharias ſed. an. X. *m.* IV. *d.* XIV.
Stephanus ſed. annos V. *d.* XXIII. *& ceſ. ep. d.* XXVII.
✠ *Paulus ſed. an.* X. *m.* I. *& ceſ. ep. an.* I. *m.* I.
✠ *Stephanus ſed. an.* IV. *m.* V. *d.* XXVII. *& ceſ. ep. d.* VI.
Adrianus ſed. an. XXIII. *m.* X. *d.* XVII.
Leo ſed. an. XX. *m.* V. *d.* XVII.
Stephanus ſedit annos VI.
Paſchalis ſedit annos VII. *d.* XVII.
Eugenius ſed. an. III. *m.* VIII. *d.* XXIII.
Valentinus ſed. d. XL.
Gregorius ſed. an. XVI.
Sergius an. III.
Leo ſed. an. VIII. *m.* III. *d.* V.
Benedictus ſedit annos II. *m.* VI. *d.* VI.

Se-

Seqûuntur alia manu adſcripti (quemadmodum ii , quibus crucem in margine adiecimus ,) ſed nulla annorum nota adjecta .

Nicolaus
Johannes
Agapitus
Adrianus
Martinus

Ejuſdem ſæculi xi. codex eſt item membranaceus in fol..In eo collectio canonum a *Wormatienſi* Epiſcopo *Brocbardo* ſive *Burçbardo* edita. Sed juvat hunc codicem diligentius ſcrutari . Primis libri paginis adſcriptus eſt *Lucenſium* Epiſcoporum Catalogus, quem Cl. *P. Manſius* divulgavit in Italico *Lucenſium Templorum Diario ſacro* a. 1753. typis expreſſo (*p.* 368.) Sequuntur Epiſtolæ duæ , *Paſchaſii* altera ad Archiepiſcopum Mediolanenſem , cujus hoc initium , *Fraternæ mortis crimen incurrit quiſquis &c. Hieronymi* altera ad *Damaſum* Papam , *De partibus oblationis*. Poſt has typum videas , in quo Epiſcoporum omnium , atque Archiepiſcoporum , qui Nicæno Concilio interfuere, exhibentur imagines ordine diſpoſitæ. Porro *S. Athanaſius* in medio ſedet manu ſchedulam oſtentans, cui Fidei ſymbolum inſcriptum eſt. Hæc Burchardianis libris præmittuntur. Libro vi. ſubjecta eſt cum Alexandri *ii. de gradibus conſanguinitatis* epiſtola in *Labbeana* Conciliorum collectione *num.* xxxviii. vulgata, tum alterius Romani Pontificis (niſi eidem *Alexandro* ii. tribuere illam malis) de eodem fere argumento epiſtola alia, quam ex hoc codice primus eruit *P. Manſius* , inque lucem emiſit in primo ad *concilia Veneto-Labbeana ſupplementi* volumine (*pag.* 1345. *ſeqq.*) Multo plura abſoluto *Burchardianæ* collectionis xx. libro ſubjunguntur, nimirum 7. Capitula ſancita in concilio *Seleguſtadenſi* (huic interfuit ipſe *Burchardus* Wormatienſis) ſub *Aribone Moguntinæ* Eccleſiæ Archiepiſcopo habito anno ciↃxxiii. pridie Idus Auguſti , quæ claudit Fides Catholica Nicæni concilii Eccleſiæ Romanæ directa; *Credo in unum Deum Patrem &c.* ii. *Privilegium Archidiaconi a* B. Gregorio *digeſtum, & conſtitutum* ex libro *conſtitutionum* ejuſdem S. Gregorii. iii. *De officiis eorum, qui ab Epiſcopo cæteris præponuntur ad proviſionem Sanctæ Eccleſiæ*, ex libro *Ordinis Romani* . iv. Capitula aliquot ad Monachos ſpectantia cum fragmento epiſtolæ Leonis PP. ix. *de Monachis perverſe agentibus* data Romæ Menſe Aprili die xx. Ind. x. v. *Capitula quæ in concilio Ancyrano & Cæſareæ expoſita ſunt, & ea quæ in Concilio Arelatenſi.* vi. *Conſtitutiones Sanctæ Synodi habitæ in territorio Arauſiaco 6. Id. Novembris* . . . . . *in Eccleſia Juſtinianenſi*. vii. *Conſtitutiones Sanctæ Synodi habitæ apud Regiſam*. viii. *Conſtitutiones Synodi Agathenſis* . ix. *Conſtitutione Synodi habitæ in civitate Graſenſi*. ix. *Conſtitutiones Sanctæ Synodi habitæ Valentia* Civitate ſub die IIII. *Id. Julii Gratiano* IIII. *& Equicio conſulibus, quales debeant ordinari Sacerdotes ſecundum ſtatuta Eccleſiæ antiquæ* . Atque hic in margine recentior manus hæc adnotavit : *Concilium Carthaginis* Aphricæ *quartum habitum ab Epiſcopis numero* ccxiiii. *era* ccccxxxxvi. *Honorio Auguſto quarto & Guticiano Conſulibus Sext. Id. Novembris, cum Aurelius Epiſcopus in Concilio univerſali Carthagine in Secretario cum omnibus conſacerdotibus ſuis conſediſſet , placuit cum eo cuncti , qui fuerunt in eadem Sancta Synodo , conſtituere hæc, quæ ad ordines Eccleſiaſticos Canonicis ſunt neceſſaria diſciplinis. Ubi in principio conſtitutum eſt quales debeant ordinari Epiſcopi*. x. Epiſtola Epiſcoporum memorati *Valentini* Concilii . xi. Synodus habita *Tarracona* ſub die viii. Id. Novembris Conſulatu *Petri* &c. xii. Synodus habita *Gerunda* ſub die dvi. Id. Junii *Agapeto* V. cc. xiii. Synodus habita in Civitate *Tuletana* apud Sanctum Virum *Montanum* Epiſcopum ſub die xvii. Kal. Junii anno v. Regni Dñi noſtri *Alarici* Regis . xiv. Synodus habita in Conventu *Hilerdenſi* ad Baſilicam *S. Eutali* Anno xv. Regni Domni noſtri *Theuderici* Regis ſub die viii Id.. Auguſti . xv. Definitio-

tiones Fidei vel Regulæ expoſitæ ab Epiſcopis CL. qui in unum Conſtantinopolim convenerunt adverſus Hæreticos, qui perſonam Spiritus S. minorem in divinitate defendebant, quomodo ordinatus eſt B. Nectarius Epiſcopus. XVI. Ratio fidei ſecundum Nicænam Expoſitionem a ſupradictis Epiſcopas digeſta. XVII. Geſta Synodalia in Toletanam Urbem, aut Concilium LXVI. Epiſcoporum Hiſpaniæ, & Galliæ Provinciæ edita anno III. Regnante Domino noſtro glorioſiſſimo Principe Seſenando die nono Decembris era DCLXXI. Inter Epiſcopos qui ſubſcribunt Concilio, Iſidorus legitur: *Ego Tſidorus in Chriſti nomine Spalenſis Eccleſiæ metropolitanus Epiſcopus hæc ſtatuta SS. &c.* XVIII. Concilium Toletanum ſub Chintilane Principe era DCLXXVI. XIX. Concilium Romanum ſub Eugenio II. cum ſubſcriptionibus omnium Epiſcoporum, inter quos *Petrus Lucanus*. XX. Epiſtola Leonis Papæ legenda in Synodo, quæ incipit: *Fratres Presbyteri, Sacerdotes Domini cooperatores ordinis noſtri eſtis*. XXI. Epiſtola alia *dominis venerabilibus fratribus Proſpero Numidiæ, primæ ſedis Epiſcopi Leonis, Reparato, Alexandro &c. data Kalendis Januarii. Libro & Theodoſio vv. cc. conſſ.* XXII. Concilium habitum *Placentiæ* Anno 1095. cum Epiſtola Gregorii *Venerio Caralis* Epiſcopo circa gradus propinquitatis. Sed ipſis etiam paginis, quæ voluminis tegumento adglutinatæ ſunt, aliqua notatu digna reperi. En illa.

I.

Anno domicæ (ſic) *Incarnationis* 1089. IIII. *Kalendas Marcii* Boniminus, *quondam Bonimini refutavit in manibus . . . . In Villa nova terra*, quam *tenemus ego & filii Glandulfini, & filii Calmangiaris, eſt ultra tres taltros: pars mea eſt de ordine quæ fuit Mauri Presbyteri, & reddo pro eam inter granum, fabam, & panicum ſixtaria duodecim; pars illorum eſt de ordine Bonii Presbyteri. Si filius, & filia mea ſine legitimo herede obierit abſque omni calumnia hæc omnia, quæ ego teneo, redeant in poteſtatem Sancti Martini, & ſi ego ſine hærede mortuus fuero, ſimiliter.*

II.

☧ *Cantarus Caſtaldius Bonefatii Marchionis omnibus hominibus de Plebe de Slue. Ex parte ſenioris noſtri Bonefatii Marchionis intra* (ſic) *mandamus vobis, ut omnes veniatis, ſicut per noſtros miſſos vobis mandavi, excepto omnes qui ſunt manentes de Canonica S. Martini. Ipſi vero manentes remaneant, & cuſtodiant caſtellum, quantum melius potuerint, quia Dominus noſter Marchio præcepit eos remanere. Si autem alii remanſerint ſciant, quia omnia ſua bona perdant.*

III.

Altare (intellige in principe Lucenſi templo) *ante vultum* (il Volto ſanto) *in honore* XII. *Apoſtolorum, Cornelii, & Cypriani, atque Concordii,* Gregorii *Martyris Spoletini. Ante crucem veterem. Blaſii, Valentini, Remigii, & trium millium. Supra porticum Eadmundi. In angulo Septentrionali Lucinæ, Chriſtinæ, & Felicitatis. Juxta Agathæ & Agnes. Dein Mariæ, & Teclæ. Altare majus Martini, Hilarii, & Proſperi. In confeſſione corpus Reguli. Deinde Michaelis, & utriuſque Johannis. Juxta Agnelli, Zenonis, & Stephani Pontificis. Prope corpora Sanctorum Jaſonis, & Marci, & Ilariæ matris eorum. In Capella Apollenaris, & Pancratii, & Dioniſii.*

IV.

Pro anima Bardi Primicerii, & Guidoni ejus nepotis dati ſunt Canonicæ S. Martini libri iſti, quorum nomina ſunt hæc: Hyſidorus officiorum cum aliis libris, Pſalterium gloſſatum, Cantica Canticorum cum Apocalypſi non finita. Exameron Ambroſii, Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, Auguſtinus de Baptiſmo.

V.

Primus Epiſcopus Lucenſis fuit Obſequentius; ſecundus Geminianus, tertius Scūs Frignianus, quartus Paternus, quintus Vindecius, ſextus Pejanus (*Piſanus*, typographicum mendum eſt apud *Manſium in Diario Sacro Lucenſi pag.* 368.)

VI.

VI.

Epiſtola Paſchalis II.

P. Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri , & Chorepiſcopo R. & Canonico Lucanæ Eccleſiæ Sal , & Aplicam Benedictionem . Sanctæ in Chriſto memoriæ Leonem Apoſtolicæ ſedis Epum decreviſſe audivimus , ut ſiquis de veſtræ Eccleſiæ Canonicis non communiter viventibus eccleſia exceſſiſſet , omnia ejus eccleſiaſtica bona in uſum fratrum communiter viventium conferrentur . Quod in aliis etiam Eccleſiis ab aliis Romanis Pontificibus ſtatutum agnoſcimus . Unde miramur quod confratre veſtro Ildebrando in Roſellanam Eccleſiam tranſlato Prebenda ejus & totum Eccleſiæ Beneficium , quod tenuerat , in privatos uſus ceſſerit , & Apoſtolicæ Sedis auctoritate contempta canonice degentium fratrum communio tanto augmento fraudata ſit . Te præſertim Frater R. delictum hoc imponitur quod Apoſtolicæ Sedis decreta inrefragabiliter cuſtodire , & ſibi ſubditos clericos ad hujus vitæ bonum etiam invitos debueras invitare . Præcipimus ergo , ut omne illud Ildeprandi nunc Roſellani Epiſcopi beneficium in communia redigatur . Qui vero obedire contempſerint , Apoſtolicæ Sedis judicio puniantur . Datum Laterani 11. Idus Octobris . Iſthæc omnia Burchardianus Codex complectitur.

Tandem ut a Canonum collectionibus me expediam , ſilentio non prætaribo Codicem membranaceum ſæculi x. in folio , in quo Anonymi Auctoris (Num *Brixienſis* collectoris a Baronio citati?) concordia Canonum; Concilia porro , unde hi Canones ſumpti ſunt , in octavo ſæculo conſiſtunt. Extremæ paginæ adſcripta eſt *Paſſio Sanctorum Apoſtolorum Simonis , & Judæ* .

VI. Ex illis vero, qui magno numero hic ſunt , Codicibus Juris interpretationes exhibentibus duos diligenter recenſebo. Primus *num.* 221. prænotatus Chartaceus eſt XIV. ſæculo exaratus in fol. min. & multa complectitur . Ac primum offerunt ſe ſe *Apoſtillæ* ſuper ſexto Libro decretalium ; deinde libellus a Magiſtro *Guillielmo de Mandagocto ſuper electionibus faciendis , & earum proceſſibus ordinandis . Venerabili Viro diſcretione ſcientia & moribus multipliciter radianti ſuo . Rev: Dno* Berengario Stedellio *ſuccentori Eccleſiæ* Biterrenſis *Dni Papæ Capellano & doctori fecundiſſimo decretorum* Guillielmus de Mandagocto *Archidiaconus* Nemaſci , *& ejuſdem Domini Papæ Cappellanus ſalutem &c.* Tractatum hunc excipit *apparatus , ſive expoſitio , & commentarius* ipſo Guillielmo Auctore . Sequuntur *conſilia* aliquot . I. *Conſilium Domini* Lapi de Caſtiglionchio . II. *Conſilium Domini* Angeli de Peruſio in re uſuraria . III. Exempla duorum Privilegiorum Epiſcopo *Fæſulano* conceſſorum a *Gregorio* PP. *Laterani* anno I. Pontificatus, & *Conſilium ſuper his* &c. *contra Florentinum Epiſcopum* . IV. *Conſilium* D. Johannis Colderini (forte Calderini) *ſuper privilegia prædicta* . V. *Conſilium* D. Jacobi de Fulchis *ſuper quæſtione vertente inter Clerum* Fæſulanum & *Abbatem* vallis umbroſæ *ſuper quibuſdam Eccleſiis* . VI. *Conſilium* D. Lapi de Caſtiglionchio *ad Canonicos* Arretinæ *Eccleſiæ* . VII. *Quæſtio diſputata per* D. Fridericum de Senis *anno Domini* 1338. *quæ eſt* 23. *in ordine ſui operis* &c. VIII. *quædam notabilia ſuper decretalibus* . IX. *Conſilium Domini* de Alberghettis (forte Albergottis) de Arretio cum ſcriptione aliquorum doctorum Florentinorum *ſuper Legiptimatione filiorum , & ſubſtitutione* . X. *Tractatus de Permutationibus Beneficiorum* . XI. *Conſilium redditum Domino Inquiſitori hæreticæ pravitatis ſuper omni dubio , & quæſtione , quæ oriri poſſet circa executionem ſui officii . pretextu diecœſanorum , ſeu ipſorum Vicariorum* . Huic conſilio ſubſcribunt *Tedicius Epiſcopus Feſulanus* † *Bencivenne Archidiac. Feſulanus* , *Lapus Monachus Monaſterii Sancti Mich. de Fiorentia* .

Bartholomæus Canonicus Ferrarienſis

Alexius de Ranuccis

Braccius qd. Domini Bandini

Falcone Judex de Lucignano

Baldus de F gbino

Fe-

Digitized by Google

Ferenſis de Rabacta

Decbus (forte Bechus , ſeu Dominicus) de Fighino

Cinus de Piſtorio. In fine: *In Dei nomine amen Anno ejuſdem Incarnationis* 1319. *Ind:* 2. *menſe Septembris Actum in Camera Infraſcripti Domini Arrigi in civitate Piſtorienſi præſentibus tribus* (ſic) *Religioſis viris Fratre Johanne de Aſcanio* , *&* *Fra: Marcho de Piſtorio Ord. Minor. Dnus Arrigus de Forteguerris de Piſtorio Conſuluit pro ut ſupra ſcriptum eſt & in fidei teſtimonium &c.*

XII. *Conſilium* D. Bartoli de Saxo-Ferrato *an poſſit deduci quarta Trebellianica &c.* XIII. Ejuſdem *Bartoli Tractatus Alimentorum* cum aliquibus aliis conſiliis ejuſdem. XIV. *Cauſa circa Privilegia Fratrum Prædicatorum*. XV. *Tractatus* Bartoli de Saxo ferrato *circa paupertatem fratrum Minorum*, *qui nuncupatur Minorica*. Tandem aliqua *notabilia Juris & Conſilia innominati Auctoris*. In fine hujus voluminis adſutæ ſunt paginæ decem membranaceæ, quæ continent fragmenta aliquot decretalium, & has Innocentii IV. Litteras: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis*, *& Magiſtro & confratribus ordinis Humiliatorum ſalutem*, *& apoſtolicam benedictionem*. *Exbibita nobis Veſtra petitio continebat* , *quod licet probibuerimus*, *ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in domibus veſtri Ordinis profeſſionem*, *fas ſit*, *ſine tua* , *Fili magiſter* , *licentia de domibus iſtis diſcedere* , *diſcedentem vero* . . . . *literarum cautione nullus audeat retinere* . *Quod ſi quis forte retinere præſumpſerit* , *licitum vobis ſit in Fratres ipſos Regularem ſententiam promulgare*. *Nihilominus tamen Ciſtercenſium*, *Cartucienſium* , *Minorum* , *& Prædicatorum*, *ac quorundam ordinum Fratres aſſerentes* , *quod eis a Sede Apoſtolica eſt indultum*, *ut volentes eorum aggregari Collegio poſſint in Fratres recipere* , *& eos abſolvere ab excommunicationis* , *vel ſuſpenſionis*, *aut interdicti ſententia* , *ſi qua fuerint innodati*, *Fratres ordinis veſtri recipiunt* ; *propter quod idem ordo non modicum ſuſtinet detrimentum*. *Quare nobis bumiliter ſupplicaſtis* , *ut providere ordini veſtro ſuper hoc de benignitate ſolita curaremus* . *Nos igitur quieti veſtræ paterna ſollicitudine providere volentes*, *nequis Fratres ordinis veſtri poſt factam in domibus veſtris profeſſionem prætextu alicujus indulgentiæ Apoſtolicæ recipere audeat abſque litterarum veſtrarum canonica Cautione authoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus* ; *Vobis nihilominus concedentes*, *ut in fratres eoſdem poſſitis excomunicationis ſententiam promulgare*, *a qua nequeant niſi per te ac ſucceſſores tuos*, *fili Magiſter* , *abſolvi vel de mandato Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter expreſſam faciente* (1) . *Nulli ergo bominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis*, *& conceſſionis infringere*, *vel ei auſu temerario contraire*. *Siquis hoc attemptare præſumpſerit* , *indignationem omnipotentis Dei*, *& Beatorum Petri* , *& Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverint incurſurum*. *Datum Lugduni* 2. *Auguſti Pontificatus noſtri anno* VIII.

Atque de hoc codice hactenus. Codex alter item chartaceus in fol. ſæculi xv. a *Felino* prænotatur *liber Tractatuum juris canonici ;* varios nempe *tractatus comprehendit*. Sunt autem

I. Ludovici Pontani de Roma *Repetitio in Compromiſſorum clauſulis*.

II. Jacobi Siculi de Bonanno *diſputatio de inſequente fugientem*.

III. Abbatis *Conſilium ſtante ſtatuto*.

IV. Ludovici Pontani *Falcidia de relictis ad pias cauſſas*.

V. Floriani de S. Petro *Repetitio ſuper L. Civitas* ff. *ſi certa petatur*.

VI. *Conſilium* Nicolai *Abbatis* Siculi in *cauſſa teſtamenti*, *cui texuntur approbationes aliorum doctorum* Pauli de Caſtro, Ludovici Pontani &c.

VII. Petri de Peruſio *de rerum Permutatione Tractatus*.

VIII. Friderici de Senis *Abbatis* S. Galbani , *ſive* Galgani Tractatus *de rerum permutatione cum additionibus* Alexandri de Antella.

C IX.

(1) deſunt nonnulla.

Digitized by Google

IX. D. Ubertini de Lampugnano *repetitio de rerum permutatione diſputata in ſtudio Paduano anno* 1372.

X. *Septem Conſilia diverſorum Doctorum, quando conductori fiat remiſſio penſionis non obſtan.*

XI. Alexandri de Tartagnis *Conſilium circa materiam legitimationis.*

XII. *Repertorium ſive Rubricæ in varias materias juris Canonici & Civilis*, Authore Anonymo.

XIII. *Tractatus utilis de uſuris compoſitus per d. Fratrem* Alexandrum de Arioſtis de Ferraria *Obſervantiæ Minorum.*

XIV. *Monarchia* Dantis *Aldigerii de Florentia.*

XV. *Tractatus ſuper hæreſi, & aliis criminibus in cauſſa Templariorum &* D. Bonifacii *Papæ* VIII. *compoſitus per* D. Guidonem de Baylio: ubi hæc margini adpoſita eſt notitia. *De hac materia hæreſis objectæ contra Bonifacium* VIII. *defunctum late olbri in Tract. de hereſ. ubi refert quod Rizardus Senenſis Cardinalis Sancti Euſtachii, qui fuit unus de compilatoribus Sexti, valde defendit Memoriam Bonifacii.* Alia item notitia margini adſcripta. *Templarii reddebant vices Bonifacio defuncto, cui viventi reſiſtere nequiverunt, quando eos delevit ab Eccleſia Dei injuſte, & de facto inſtigante Rege Franciæ, ut haberet bona eorum, quos Clemens V. fecit crudeliter cremari. Neque cognoſcebat ſe ipſum Bonifacius S. Cæleſtini occiſor: Neque Clemens qui illi citis pactionibus factis cum Rege Franciæ Pontificium occupaverat.*

XVI. *Tractatus Archidiaconi de Prioribus hæreticis, qui opponebantur* Bonifacio VIII. *defuncto.*

XVII. *Conſilium* Bartholomæi de Saliceto *ſuper facto ſchiſmatis pro* Urbano VI.

XVIII. *Diſputatio* D. Floriani *in materia legitimationis.*

XIX. *Diſputatio in materia ludorum ad hazardum per* D. Johannem Andream.

XX. D. Matthæi Mateſellani *de ſucceſſionibus ab inteſtato Tractatus*. In calce tractatus hæc reperi ſcripta: *habui ego* Silveſter *hoc opuſculum annis Domini decurrentibus* 1471. a Felino Sandeo *Præceptore meo.*

XXI. Petri de Monte Veneti *de Summi Pontificis, & Generalis Concilii, nec non de Imperatoriæ Majeſtatis origine & Poteſtate.* Adſcribebatur olim perperam hic tractatus *Fr. Johanni de Capiſtrano* cum titulo *Monarchia*. In fine hujus Tractatus hæc legitur adnotatio: *Dixit mihi celebratiſſimus reprehesentator Frater* Robertus, *quod* Petrus de Monte *fuit Author hujus Tractatus vir doctus, & reputatus in curia & Epiſcopus* Brixienſis, *compilator famoſi Repertorii, & approximante ſemel tempore, quo Papa* Eugenius IV. *erat facturus Promotionem Cardinalium, iſte habuit firmiſſimas promiſſiones, & a Papa, & a Collegio Cardinalium, quod crearetur Cardinalis, & tantorum virorum fide fretus gerebat ſe intrinſecus pro Cardinali, nec uſpiam verebatur, imo paraverat in ſecreto omnia neceſſaria his qui promoventur. Sed quoniam in Collegio Cardinalium erat tunc* D. Petrus Venetus, *qui poſtea fuit* Paulus II. *Papa vir imbutus moribus curiæ, & in agibilibus ſagaciſſimus, qui ſub umbra* Eugenii *Patrui ſui in Cardinalem promotus Rivalem non patiebatur, & præſertim iſtum* Petrum *Compatriotam, & qui ob ejus ſcientiam facile bonore præceſſiſſet, unde verebatur, quod ipſo creato Cardinali deficeret* Petro *favor* Venetorum, *& faveret iſti* Petro: *Idcirco diſturbata Pontificis, & Cardinalium voluntate adeo operatus eſt quod iſte non obtinuit, & facta promotione aliorum Cardinalium remanſit deluſus. Quo factum fuit, ut ſubito iſte* D. Petrus *præ nimio dolore cordis incideret in paſſionem mortalem, & deluſionem tantam impatienti corde corrodens, vixit quatriduo, & dolore mortuus eſt. In ejus funere oravit Frater Robertus, &c.*

XXII. Matthæi Mateſellani *notabilia Juris.*

XXIII. *Dubium diſputatum* a D. Nicolao de Sicilia *Abbate.*

XXIV.

Digitized by Google

XXIV. *Quæſtio de Sacramentis Puberum agitata per* D. Paulum de Caſtro Florentino *Anno Domini* 1422. *die* 5. *Martii*.

XXV. *Parvus tractatus de heremitis de Ceco & de Bannitis Compilatus a* D. Bartholomæo Bellincino.

XXVI. Nonnullæ additiones *Felini Sandæi* ſua ipſius manu ſcripta.

VII. A Capitulari Bibliotheca ad aliam gradum facio, quæ mihi ſemper patuit piiſſimorum, & doctiſſimorum Patrum *S. Mariæ Curtis*, ut vocant, *Orlandigorum*. Mss. Codicum, qui in ſtructiſſima hac Bibliotheca ſervantur, indiculus hic eſt. A Sacris autem atque Eccleſiaſticis libris initium duco.

Codex membranaceus ſæculi XIV. fol. Evangeliarum continet cum notulis, quas *gloſſas* vocant. Fuit autem Codex *Rev. P. D.* Annibalis *Dei Gratia Archiepiſcopi* Neapolitani, *Annibaldi* ſcilicet *de Ceccano*, quem anno 1326. IX. Kalendas Maii renunciatum fuiſſe Neapolitanum Archiepiſcopum Mazochius V. Cl. & alii perhibent.

Sequitur XIII. ſæculi Codex membranaceus in folio, qui *Paulli* Apoſtoli Epiſtolas exhibet (quod ajunt) cum gloſſiſ. Harum auctorem indicant, quæ in calce operis leguntur carmina, Magiſtrum nempe Petrum, qui tamen quis fuerit, invenire mihi non licuit. Carmina iſthæc ſunt.

Explicit hic Petri Gloſſarum meta magiſtri
Quæ perdent dictis ac viribus utilitatis.
Sunt admirantes has omnes aſpicientes
Tum laudant pridem tum proteſtantur & idem.
Legitur ob Sancta ſapienter littera . . . . .
Pauli doctoris, quem rexit virtus amoris.
Summa Dei noſtri gloſſis præſentibus iſtis
Inde ſibi juſtum jam non eſt vivere in iſtis.
Functus in officio laudis fuit iſte labore
Unde manens omni cunctorum dignus honore.

Jamvero exſtant in chartaceo Codice ſæculi XV. in folio. *Cypriani* epiſtolæ cum *Alerienſis* Epiſcopi ad *Paullum* II. Præfatione, de qua adi ſis *Quirinum* in appendice ad *Paulli* II. *geſta vindicata* (pag. 154. ſeqq.) Ejuſdem ſæculi XV. eſt chartaceus Codex, in quo ſubdititius Libellus *Sancti Auguſtini* (ſic) *Epiſcopi de vita heremitica ſeu ſolitaria diſtinctus per Sermones, quos fecit ſuis fratribus heremitis*. Adcedit *quæſtio edita a Magiſtro Nicolao de Lyra ad probandum Judæis per Scripturas, quas ipſi tenent, quomodo Dominus Jeſus Chriſtus eſt filius Dei, & Salvator Mundi, & quia jam venit in mundum*. Conferri poſſet hæc quæſtio cum *Francofurtenſi* editione anni 1601. *S. Auguſtini* Epiſtolas paullo antiquior alius Chartaceus codex continet. Sæculo XV. perſcriptus videtur, quemadmodum Codex alter membranaceus, in quo *S. Hieronymi* epiſtolæ, & Sermo pſeudo - Auguſtini *de Aſſumptione B. Virginis* cum prævia epiſtola Prioris *Carthuſiæ ad durbonentes* Fratres ſuper iſtis epiſtolis. Ad XIV. quoque ſæculum ſpectat chartaceus Codex fol. in quo *Paulli Oroſii* hiſtoria ſed mutila extat.

Multo his præſtantior Codex eſt, qui *Miſcellam hiſtoriam* exhibet. De eo diatribam Cl. P. *Manſius* in ſuis ad *Joh. Alberti Fabricii Bibliothecam mediæ & infimæ Latinitatis* animadverſionibus edendam brevi promiſerat. En illam.

Joannis Dominici Manſi
in hiſtoriam Miſcellam & Romanam Paulli Diaconi
hiſtoriam
Animadverſiones.

„ Petis a me, vir doctiſſime, ut ſiquam habeo de rebus litterariis paratam
„ jam, ac ſepoſitam diſſertationem, ad te tranſmittam inſerendam dein in tuos
„ præclariſſimos Excurſus litterarios, quibus de litteris non minus, quam de Ita-
„ lia univerſa optime, atque egregie mereris. Fateor equidem, titillabat ani-

„ mum meum pruritus viſendi nominis mei in eo opere, in quo nonniſi pere-
„ grina eruditio locum habet; ſed & deterrebat me, alioque avertebat metus,
„ nequid minus doctum inter docta tam multa meo præfixum nomine daretur.
„ Propoſui tibi per litteras, num e re tua, meaque eſſe cenſeres, ſi proferrem
„ mea, quæ nova eſſe puto, meditamenta nonnulla de celebri *Miſcella* hiſtoria,
„ ſæpe quidem variis in locis expreſſa typis, noviſſime vero in longe præclara
„ *Muratorii* collectione *ſcriptorum Rerum Italicarum* recuſa, quæque omnium ſcri-
„ ptionum ejuſdem collectionis princeps eſt, & fere dixerim familiam ducit.
„ Probaſti conſilium meum; atque ut mitterem ſcriptiunculam ea de re meam,
„ imperaſti. Pareo igitur jubenti.

„ In præfatione ad eamdem hiſtoriam *Miſcellam Muratorius* in ea eſt perſua-
„ ſione, hiſtoriam hanc *Miſcellam* ex *Eutropio*, *Paullo Diacono*, ac *Landulpho*
„ *Sagace*, ſeu alio quopiam conſtare; ita tamen ut quæ ſint *Eutropii*, quæ *Paul-*
„ *li Diaconi*, quæ dein *Landulphi*, haud ita certe diſtingui poſſint. Quanquam
„ enim quæ *Eutropius* dedit, ex collatione *Eutropianæ* hiſtoriæ certo agnoſcun-
„ tur, non ſatis tamen exploratum eſt, quiſnam dederit interpolationes illas,
„ quibus ſubinde hiſtoria hæc *Eutropii* infercitur; quis pariter interſecuerit ad
„ *Paulli Diaconi* hiſtoriam ſubinde occurrentia additamenta. In hoc igitur tota
„ rei ambiguitas verſatur. Illud vero, quod mihi reperiſſe blandior, in eo ſi-
„ tum eſt, ut judicem additamenta iſta partim deberi *Paullo Diacono*; partim a
„ *Landulpho Sagace*, ſeu alio *Miſcellæ* authore ſuper inducta fuiſſe. Quin etiam
„ in me aſſumo velut porrecto digito indicandum, quæ ſint *Paulli*, & quæ de-
„ in *Landulphus*, ſeu tertius ſcriptor dederit.

„ Facem in eam rem mihi præfert vetuſtiſſimus *hiſtoriæ Romanæ* Codex, quem
„ inſtructa collegii mei Bibliotheca ſervat. Volumen eſt membranaceum in for-
„ ma, quam vocant, quarti, charactere, niſi vanus ſim conjector, ſæculi XII.
„ vel forte etiam XI. deſcriptum. Sub titulo *Romanæ hiſtoriæ* offert hiſtoriam
„ *Eutropii*, non ſinceram illam quidem, qualis ex authore prodiit, ſed hinc in-
„ de interpolatam. Perducitur hæc quouſque *Eutropius* editus deſinit, atque de-
„ in annexum habet *Paulli Diaconi* additamentum. Ante illud tamen adnota-
„ tio inſeritur eadem, qua reliqua, manu deſcripta, hæc annuncians. *Hucuſque*
„ *hiſtoriam Eutropius compoſuit, cui tamen aliqua Paullus Diaconus addidit*. Succe-
„ dunt dein reliqua plane convenientia cum vulgata hiſtoria *Paulli Diaconi* uſ-
„ que ad librum, qui in editis ſignatur XVIII. qui ſane liber in noſtro vel deſi-
„ deratur vel, melius dixerim, non legitur. Inferri ex his poſſe arbitror inter-
„ polationes illas hiſtoriæ *Eutropii*, quas Codex noſter exhibet, eaſdemmet ha-
„ bendas eſſe, quas *Paullus Diaconus* invexit: quæ in *Miſcella* præter haſce le-
„ guntur, eas facile *Landulpho Sagaci* vel alteri authori tribui. Hæc ergo addi-
„ tamenta ajo eſſe *Paulli Diaconi*, cujus labor ſe totum continuit in recenſen-
„ do, augendoque *Eutropio*, ac demum in adjiciendo de ſuo libros, qui ad *Ju-*
„ *ſtinianum* uſque hiſtoriæ filum producunt. Inſertiones vero illas *Paulli Dia-*
„ *coni* hiſtoriam dilatantes, & fere dixerim deformantes, nullum crediderim
„ alium præter Miſcellæ authorem tuliſſe.

„ Sed quid ego judicem, rogas, de libro XVIII. *Paulli Diaconi* nomine inſcri-
„ pto, in quo *Juſtiniani*, cæterorumque Imperatorum geſta narrantur, quem-
„ que in noſtro codice deeſſe jam ſupra admonui. Non ſincerum hunc fœtum
„ *Paulli Diaconi*, nec ei deberi parenti, pronuncio. Sententiæ huic meæ ſuffra-
„ gatur codex meus *Landulpho Sagace* forte antiquior, & ſinceram *Paulli Dia-*
„ *coni* hiſtoriam repræſentans, libro iſto penitus deſtitutus. Conjectura iſta qui-
„ dem tenuior eſſet, quam ut tibi viro emunctæ naris olfaceret, niſi authori-
„ tate antiqui Scriptoris ita firmaretur, ut demonſtratio haberi merito poſſit.
„ Eſt hoc teſtimonium *Leonis Marſicani in chronico Caſſinenſi lib. 1. cap. 15.* de
„ hoc Paullo ita ſcribentis: *in hiſtoria Romana, quam Eutropius breviter compo-*

„ *ſue-*

,, *fuerat*, *plura hinc inde de hiſtoricis eccleſiaſticis addit*. *Ad ultimum vero duos*
,, *libellos a tempore Juliani Apoſtatæ*, *in quem ipſam hiſtoriam Eutropius termina-*
,, *verat*, *uſque ad tempora Juſtiniani* I. *Imperatoris eidem annexuit*. Credas vir
,, doctiſſime, hæc legendo ipſum noſtrum codicem tibi legendum offerri; adeo
,, vivis coloribus depingitur, ut hæc dum intueor, eundem codicem mihi vi-
,, dear intueri. Profecto *Paullus Diaconus* nonnulla invexit in hiſtoriam *Eutro-*
,, *pii*, atque hic nonnulla invecta cernis. Libri, qui dein ſubduntur, ipſa ſunt
,, pura, putaque *Paulli Diaconi* hiſtoria. Hæc vero cum in *Juſtiniano Auguſto*
,, deſinat, hiſtoriam uſque ad eumdem Imperatorem deducit, ut *Leo Marſica-*
,, *nus* in eodem ipſo teſtimonio ſuo agnoſcit. Quæ dein ab *Juſtiniano* ac ſucce-
,, dentibus ipſi imperatoribus, excurrunt a noſtro codice perinde, ac a *Leonis*
,, *Marſicani* teſtimonio aliena ſunt. Abſunt quin etiam a Ms. *Mediolanenſi*, quem
,, eandem cum meo vetuſtatem præferre ex *Muratorii* teſtimonio intelligo. Vi-
,, des quam belle omnia inter ſe congruant, & veluti conſpirent in eliminando
,, e cætu operum *Paulli* libello iſto, quo *Juſtiniani* cæterorumque poſt illum im-
,, peratorum geſta deſcribuntur?

,, Meis hiſce meditamentis accedit opportuna Cl. *Muratorii* animadverſio.
,, Monet enim ille, Librum hunc XVIII. nihil continere, quod non æque pariter
,, totidem verbis in hiſtoria *Langobardica Paulli* legatur, ut non incongrue quis
,, ſuſpicaretur libellum hunc centonem ex *Paulli* operibus eſſe a quopiam con-
,, fectum, ut *Paulli* fidem compleret. Spoponderat enim *Paullus* in fine libelli
,, XVII. ſe deinceps *Juſtiniani* geſta perſequuturum: *quia vero reſtant adhuc*, *quæ*
,, *de Juſtiniani Auguſti felicitate dicantur*, *inſequenti Deo præſule libello promenda*
,, *ſunt*. Hoc forte conſilium *Paullus* non implevit ſeu morte ſeu re quapiam alia
,, præpeditus.

,, Supereſt modo ſpecimina quædam proferam additamentorum *Paulli*, qualia
,, ſunt in noſtro codice; tum demum ſubjiciam lacinias ab Authore *Miſcellæ*
,, additamentis illis aſſutas, ut ex his quæ profero & cætera quæ nunc omitto,
,, dignoſcas.

,, *Eutropius* ita ſcribit de *Tullo Hoſtilio*: *huic ſucceſſit Tullus Hoſtilius*. *Hic bella*
,, *ſeparavit*; *Albanos vicit*, *qui ab urbe Roma duodecimo miliario ſunt*, *Veientes*
,, *& Fidenates*, *quorum alii ſexto miliario abſunt ab urbe*, *alii octavo decimo*,
,, *bello ſuperavit*, *urbem ampliavit*, *adjecto Cœlio monte*. *Cum triginta duobus an-*
,, *nis regnaſſet*, *fulmine ictus cum domo ſua arſit*.

,, *Paullus Diaconus* hæc ita interpolavit: *huic ſucceſſit Tullus Hoſtilius*. *Hic pri-*
,, *mus Romanorum purpura & faſcibus uſus eſt*; *Manaſſe in Judæa regnante*. *Hic*
,, *bella ſeparavit*, *Albanos vicit*, *qui ab urbe Roma de duodecimo miliario ſunt*.
,, *Vejentes & Fidenates quorum alii ſeptimo miliario abſunt ab urbe Roma*, *alii*
,, XVIII. *bello ſuperavit*; *urbem ampliavit adjecto Cœlio monte*. *Cum triginta &*
,, *duos annos regnaſſet*, *fulmine ictus cum domo ſua arſit*.

,, Auctor *Miſcellæ* ita latam hanc hiſtoriam reformat: *huic ſucceſſit Tullus*
,, *Hoſtilius*, *qui primus Romanorum purpura & faſcibus uſus eſt*, *Manaſſe in Ju-*
,, *dæa regnante*. *Hic bella ſeparavit*; *fiducia bene exercitæ juventutis*, *& Anis bel-*
,, *lum*, *qui nunc Albani dicuntur*, *& qui ab urbe* XII. *miliario ſunt*, *intulit*, *eoſ-*
,, *que vicit ſexta congreſſione*, *peſſima clade*. *Vejentes & Fidenates*, *quorum alii ſex*
,, *milliaria ab urbe Roma abſunt*, *alii* XVIII. *bello ſuperavit*. *Rurſus pace diru-*
,, *pta*, *Metius Suffetius Fidenate bello meditatus dolum*, *dum contracta temporali*
,, *pace aſcitus fuerat a Romanis*, *ita eos deſeruit*, *ac decepit infidus*, *ut in medio*
,, *certamine cum exercitu ſuo in proximo colle conſideret*. *Tum ingenio uſus eſt Rex Ro-*
,, *manus Tullus Hoſtilius*, *ut diceret ſuo eum ſucceſſiſſe conſilio*, *ob hoc ut dato ſigno*
,, *hoſtilibus ſuperveniret agminibus*. *Sic erectis ſuorum animis*, *qui jam jam deſpe-*
,, *raverant ſeparatione ſubſidii*, *& Albanis territis*, *vicit Fidenates*. *Metium vero*
,, *Suffetium curribus illigatum*, *pro animi infidelitate diviſit*. *Hic urbem ampliavit*

,, *ad-*

Digitized by Google

„ *adjecto belio monte. Cum vero* XXXII. *annis regnaſſet fulmine ictus cum domo ſua*
„ *arſit. His temporibus Byzantium civitas condita eſt a Pauſania rege Spartanorum*,
„ *quæ poſtea Conſtantinopolis appellata eſt*.

„ Quæret hic fortaſſe quiſpiam cui bono tam operoſe ego diſcrimen hoc ad-
„ ditamentorum inveſtigandum ſuſceperim. Sint hæc *Paulli*, ſint hæc *Landul-*
„ *phi* quid eruditorum intereſt? Quidve refert ad eruditionis commoda? Pluri-
„ mum per omnem modum. Etenim alia præſtanda fides erit *Petro Warnefridi*
„ Viro gravi, erudito, & antiquo; alia vero *Landulpho*, ſeu alteri *Miſcellæ* au-
„ thori viro bono & ſimplici, qui ex impuris fontibus ſæpe hauſtis fabellis hi-
„ ſtoriam inſerſit. Hinc cum de *Joviano* lego: *Hic fuit genitus patre Varroniano*
„ *incola agri Sigidonenſis provinciæ Pannoniæ. Ejus patri, cum liberos crebro amit-*
„ *teret, præceptum eſt in ſomnis, eum qui jam inſtante uxoris partu edendus foret*,
„ *diceret Jovinianum. Hic fuit inſignis corpore lætus ingenioque*. De veritate ſom-
„ ni hujus merito ambigerem, ſiquidem hæc tradita ab auctore *Miſcellæ* audi-
„ rem; Cum vero additamentum hoc *Paullo* deberi agnoſco, probabilia hæc fa-
„ teor, nec ſtatim pronuncio: apage fabellas.

„ Sed longior jam eſt epiſtola, quam ut exſpatiari tecum in hoc campo diu-
„ tius liceat. Interim nolo, te mecum conqueri, quod utile hoc diſcrimen in-
„ ter duplicis generis additamenta integrum cum eruditis non communicaverim;
„ ſatis enim eſt monuiſſe: nam ſemel rei veritate comperta, ſub oculos tibi ſta-
„ tuere potes *Miſcellam* a diligentiſſimo *Muratorio* excuſam, in qua ea omnia,
„ quæ diverſo a reliquo charactere expreſſa cernis, hæc ſcias additamenta eſſe
„ auctoris *Miſcellæ*, quæ *Muratorius* inſcius, & aliud agens, ratus ſe ſe repræ-
„ ſentaſſe diſcrimina codicis *Mediolanenſis* ab editis exhibuit. Reliqua diſcerne-
„ re haud operoſe poteris facta eorum cum ſimplici puraque *Eutropii* hiſtoria
„ comparatione: quæ abundant, *Paulli* additamenta habeas; reliqua ſunt *Eutropii*.

„ Propoſueram epiſtolam claudere deſcripta hic veteri Imperatorum chrono-
„ logia uſque ad *Juſtini* exitum deducta, qua & codex meus manuſcriptus ab-
„ ſolvitur, ſed cum prolixior ſit, quam ut dari hic poſſit, nihilque inſuper fe-
„ rat quoad annos priorum imperatorum, quod non melius & majori veritatis
„ opinione apud alios legatur; ea omiſſa fruſtulum tantummodo decerpam, in
„ quo eo major eſt ſcribentis authoritas (quiſquis ille ſit ſive *Paullus* ſive alius)
„ quo ætati ſuæ propiora narrat.

Fragmentum Chronologicum
Imperatorum quorumdam poſt Julianum.

Jovinianus regnavit menſes VII. *vixit annos* XXXIII. *obiit ſubita morte Dada-naſta finibus Galatiæ*.

Valentinianus ſenior regnavit annos XI. *obiit in Caſtello Vergione*.

Valens frater ejus regnavit annos XII. *occiſus eſt in pugna Gothica miliario* XVII. *ab Adrianopolin* (ſic).

Gratianus regnavit annos XVII. *a Maximo tyranno eſt interfectus*.

Valentinianus junior regnavit annos XVII. *negatus* (ſic) *eſt a comite ſuo Bienna*.

Theodoſius regnavit annos XVI. *obiit Mediolano*.

Arcadius regnavit annos XXIII. *obiit Conſtantinopolim*.

Honorius regnavit annos XXXI. *obiit Ravenna*.

Theodoſius junior Orientale imperium tenuit per annos XLIX.

Johannes Honorio defuncto Occidium invaſit imperium ſtatimque ad Ravennam occiſus eſt.

Valentinianus III. *regnavit Romæ annos* XXXI. *occiſus eſt in Campo Marcio*.

Marcianus Conſtantinopolim imperavit annos VI. *menſes* II. *ibique communi lecto defunctus eſt*.

Majoranus apud Ravennam levatus Cæſar imperavit Romæ annos IV. *menſes* VI. *juxta Hiram fluvium occiſus eſt*.

Seve-

Digitized by Google

Severus Romæ imperavit annos IV. *ibique religioſe vivens deceſſit.*

Antemius Romæ regnavit annos V. *occiſus eſt a Ricemerio genero ſuo.*

Olybrius Romæ imperavit menſes VII. *ubi & vita obiit.*

Glicerius apud Ravennam Cæſar factus eſt Romæque regnans a Nepote imperio expulſus eſt anno imperii ſui II. *& in Porto urbis Romæ Epiſcopus ordinatus diem obiit.*

Zeno Conſtantinopolim imperavit annos XVII. *menſes* VII. *ibique vita deceſſit.*

Nepos Glicerio ſucceſſor regnavit anno I. *Horeſtes eum imperio depulit, filiumque ſuum Romæ fecit imperare. Idem vero Nepos juxta Salonas in villa ſua occiſus eſt.*

Auguſtulus noviſſimus Romæ imperavit ab Horeſte patre ſuo creatus Rex. Vixit annos I. *Odoacer enim Rex Gothorum invaſa Roma interemptoque Horeſte in Lucullanum oppidum exilii pœna damnavit.*

Anaſtaſius Orientale gubernans imperium regnavit annos XXVII. *menſes* II. *communique morte apud Comita . . . . interiit.*

Juſtinus Conſtantinopolim regens imperium per annos IX. *dies* XXIV. *morbo periit.*

Nec plura in meo Catalogo.

Hactenus de *Miſcellæ* Codice eruditiſſimus *Manſius*. Ad alios Codices pergo. Primum offert ſe ſe codex in 4. membranaceus XIII. ſæculo conſcriptus in quo *S. Bernardus* in Cantica Canticorum, & *Honorii Auguſtodunenſis Gemma Eccleſiæ*, ſed mutila. Accedunt præterea multa collectaneorum fragmenta, quæ inter carmina quædam a. 1316. exarata *de ſeptem capitalibus vitiis*. Horum hoc eſt initium

Ardua virtutum faciles cape lector ad uſus;
Alta ſolent humiles carpere poma manus.
Utilis eſt operis magnos relevare labores
Et grave per planum ducere pondus iter.
Verba nocent actis ſi non moderatur habenis,
Turbat & harmonicam diſſona chorda lyram. &c.

Nec liturgici quidem libri hic deſunt. Nam ſervantur in hac Bibliotheca Codices duo, alter ſæculi forte XIII. in quo *orationes Liturgicæ per annum*, item *ordo ad faciendum catechumenum*; alter ſæculi XV. in quo primum *ordo Romanus* ex antiquiore Codice deſcriptus (confer *Manſium Bibl. Fabr. M. & I. Latin. T.* IV. *p.* 8.) deinde *Auguſtini Patritii Senenſis* epiſtola *Johanni Monelo Cremano* Romæ Idibus Januariis a 1469. perſcripta *de geſtis in adventum Friderici* III. *Romanorum Imperatoris*. Hanc edidit *Mabillonius T.* I. *Muſæi Italici p.* 256. *ſeqq.* anni, quo ſcripta fuerat, nota prætermiſſa. Ab his minime ſejungendus libellus chartaceus 4. ſæculo XVI. ad finem vergente, aut certe ſub ſequentis ſæculi initium ab imperito amanuenſi exſcriptus, atque ea de cauſſa erroribus, lacunisque miſerrime deturpatus, ac præterea imperfectus. Continet is ἀνέκδοτον, atque a multis celebratum *Johannis Maldonati* viri longe Clariſſimi *de cæremoniis Miſſæ* tractatum.

Adde jam inſignem minio, & imaginibus auro rutilantibus exornatum membranaceum Codicem f. inſcriptum *liber divinorum operum ſimplicis hominis*. Decem viſiones ſunt. quas *in milleſimo centeſimo ſexageſimo tercio Dominicæ Incarnationis anno preſſura Apoſtolicæ Sedis ſub Friderico Romanæ dignitatis Imperatore* S. Hildegardis habere cœpit. Earum ſpecimen ex ipſo hoc codice, qui Sæculo XIII. videtur ſcriptus, dedit Cl. *P. Manſius Biblioth. Fabricianæ med. & Inf. l. lib.* VIII. (*pag.* 263. *ſeqq.*)

Theologica eſt, quæ exſtat in chartaceo codice f. *lucubratio de obligatione abſtinendi ab uſu ovorum, & laticiniorum ex jure communi, vel ex legitima conſuetudine, ſive univerſali totius Eccleſiæ, ſive particulari diverſarum regionum, tum in diebus totius Quadrageſimæ, tum in cæteris quoque jejuniis extra Quadrageſimam,*

Au-

Auctorem habet illa *P. Albertum de Albertis* non incelebrem noſtræ Societatis Theologum. Quare addenda erit ea lucubratio in editis Auctoris hujus operibus, quæ eruditiſſimus *Mazzuchellius* percenſet. (T. 1. pag. 299.)

Codex Chartaceus Sæculi xv. *Virginis Mariæ Loretæ* (ſic) hiſtoriam exhibet ab *Jacobo Rizio* editam, inſcriptamque *Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Latino* (Urſino ſcilicet) S. R. E. *Tituli SS. Johannis & Pauli Presbytero Cardinali, ac Sanctiſſ.* D. N. *Papæ* (Sixti IV.) *& Apoſtolicæ Sedis Camerario digniſſimo*, quem a. 1477. e vivis ſublatum fuiſſe docent *Ciacconius*, atque *Ughellius*.

Eximius nunc eſt recenſendus *Gratiani* codex, digniſſimus ſane, quocum ad novam *Gratiani* editionem parandam vulgati libri conferrentur. Membranaceus eſt in f. atque ante *decretalium* editionem videtur exaratus, qui enim notulis illum inſperſit, *decretales* numquam citat.

Sæculi xiii. Codex eſt in f. membranaceus alius, in quo *Goffredi Summa decretalium*. Quarto autem & decimo ſæculo perſcriptus eſt membranaceus item Codex in f. qui *Guilielmi de Monte Lauduno Galli in Extravagantes Johannis* xxii. commentarium continet. Atque ut quæ ad Jus Canonicum pertinent, abſolvam, extat in Codice chartaceo f. Sæculi xiii. *libellus electionum editus a Magiſtro Guilielmo de Mandagotto Archidiacono Nemauſenſi*. Confer de hoc Codice *Manſium* in addit. *ad Fabricii Bibliothecam Med. & Inf. Latinit. lib.* vii. *pag.* 154.

VIII. Jamvero ut ad profanos libros in eadem *Curtis Orlandigorum* Bibliotheca a me inſpectos tranſeam, quo ordine illos in ſchedis adnotavi, nullo ſcilicet, hic adſcribo.

Chartaceus codex primus eſto Sæculi xv. fol. In eo i. *Leonardi Arretini* Epiſtolæ. ii. *M. Tullii Ciceronis* Epiſtolæ quædam ad familiares. iii. *Poggii* ad ſummum Pontificem *Nicolaum* v. oratio, cujus initium : *ſcio conſuetudinis eſſe*, habita *Romæ Kalendis Madii* 1447. *anno* i. *ſcilicet Nicolai*. iv. *Leonardi Arretini in laudes Imperatoris* Oratio : *ſi laudes tuas* ec. v. *Æſchinis* epiſtola *Senatui Populoque Athenienſi e Græco ſermone in Latinum traducta per Dominum* Leonardum Arretinum: *Ego me ad Rempublicam contuli* xxxiii. *ætatis anno*. Utraque hæc *Arretini* lucubratio deſideratur in Catalogo ejus operum, quem diligentiſſimus *Laurentius Mehus* contexuit. Confer *P. Manſium libro* ii. *Biblioth. Fabricianæ Med. & Inf. Latinit.* (p. 294.) quo ex loco nunc diſco, codicem illum non ad Patres *Curtis orlandigorum* ſpectare, uti putaram, quum eum in ejuſdem *P. Manſii* cubiculo evolveram, ſed ad præſtantiſſimum humaniſſimumque Lucenſis principis Templi Canonicum *Martium Micheli*. vi. *Franciſci Philelphi* epiſtolæ aliquæ. vii. oratio ejuſdem *de felicitate ad Sanctiſſ. in Chriſto Patrem, & Dominum beatiſſimum Dominum Eugenium* iv. *habita Florentiæ* v. *Idus Quinctilis* 1434. *in publico conſeſſu*. Hujus Orationis nulla apud *Fabricium* mentio. vii. *Oratio edita per* Antonium Tudertinum : incipit : *Maximum & ampliſſimum munus*. Vide Fabricium *Biblioth. Med. & inf. Latinit. lib.* i. quæque ad eum locum adnotat Clariſſ. *Manſius p.* 132. *Patavinæ editionis*. viii. *Franciſci Philelphi* Orationes aliæ a *Fabricio* prætermiſſæ, & epiſtolæ.

Hæc in alio ejuſdem xv. Sæculi chartaceo codice in f. minore continentur. i. *Æmilii Probi* (Cornelii Nepotis) *de excellentibus ducibus exterarum gentium* liber. ii. *Xenophontis* Hiſtoria latinitate donata, atque *Alphonſo* Regi inſcripta, cujus hoc proœmium: *Cum plures, qui Græca ad Latinos hac ætate tranſtuliſſent, magnam eſſent laudem ſuæ induſtriæ, & ingenii conſequuti, & ipſe quoque experiundum duxi, an aliquid excudere poſſem, quod mihi honori & dignitati foret. Itaque Xenophontis hiſtoriam, quam de ſuperioris Cyri vita conſcripſit, ad noſtros traduxi* ec. Quibus in manibus eſt Xenophontis verſio a *Poggio Bracciolinio* elucubrata, ii laciniam hanc cum *Poggii* exemplo conferant. Mihi admodum veriſimile eſt, ipſam *Poggii* verſionem, de qua *Zenius* in primo *Voſſianarum diſſertatio-*

num

Digitized by Google

num volumine (*p.* 41.) & *Dominicus Georgius in Diſquiſitione de Nicolai v. erga litteras, & litteratos viros patrocinio* (*p.* 176. *ſeq.*) in hoc codice deſcriptam *die* VII. *Julii* 1452. *Piſis* quod in extrema pagella adnotatum fuit.

Piſis fortaſſe exaratus eſt etiam codex chartaceus Sæculi XV., qui fuit *Ser Petri Roncionii*, ut in calce operis legitur, e *Piſana* prænobili gente. *Lectura* in eo extat *ſuper ſatyras Juvenalis Aquinatis ex Commentariis Cornuti copioſiſſime edita*. In extrema codicis charta hæc legas: *Juvenalis Aquina: ſatyrarum liber quintus & ultimus finit, qui completus eſt anno Dominicæ Incarnationis* 1452. *die* XIII. *Madias*; tum quod nuper dixi, *eſt ſer Petri Roncionii*. Sequuntur in *Perſium* nonnulla, & in Ariſtotelem *de re familiari commentariolus*.

Longe plura exhibet Codex item chartaceus eodem XV. Sæculo perſcriptus; quo de agendum nunc eſt. Sunt illa I. *Leonardi Arretini de primo, & ſecundo Bello Punico*. II. Chriſtophori *Chanchi ad Jacobum Ragonem de Monſtro marino* Epiſtola. III. Epiſtola Florentinorum *Lucanis die* VI. *Madii* 1438. *de concordia inter eos facta*. IV. Eorumdem eadem de re ad Venetos litteræ IV. Aprilis ejuſdem anni. V. Epiſtola *ducis Mediolani Lucanis pro conflictu dato in valle Tellina*, ſcripta autem fuit *Cuxaghi* die 20. *Novembris* 1432. VI. liber *Virgilii de Moreto*. VII. liber *Guarinii Veronenſis de dyphtongandis verbis*. VIII. *Litteræ Poggii Florentini de Balneis ad Nicolaum Niccoli*. IX. Oratio *M. Tullii Ciceronis* pro *P. Sextio*. X. Oratio ejuſdem, de *reſponſis Haruſpicum*. XI. Oratio *Guarinii Veronenſis ad Marchionem Ferrarie pro revocatione in gratiam*. XII. Ejuſdem Oratio *pro quodam Prætore* (*Victorio* nempe *Bragadeno* Veronenſi Prætore) XIII. Tractatus (forte ejuſdem *Guarini*) *de memoria artificiali*. XIV. Epithalamium *Guarini in Jacobum Perſicum, & Catharinam Peregrinam*. XV. *Vita M. Catonis Uticenſis per Leonardum Arretinum*. XVI. *Leonardi Arretini invectiva contra Hypocritas*. XVII. *Ariſtotelis Oeconomica* ab eodem latine reddita ad *Coſmam Medicem*. XVIII. *Æſchinis & Demoſthenis* Orationes latinitate ab eodem donatæ. XIX. Ejuſdem Arretini *ad* (*Johannem*) *Marraſium Siculum* epiſtola. XX. *Franciſci Philelphi* Oratio *de regimine* magiſtratus. XXI. Ejuſdem *pro ſanctiſſimo jureconſultorum ec. ordine in dando jure jurando Prætori Bononienſi* Oratio *Bononiæ* habita VII. *Idus Julias* 1428. XXII. Ejuſdem *pro Artiſtis in dando jure jurando Prætori Bononienſi*. XXIII. Ejuſdem *ad D. Equitem Pallantem Strozzam cui mittit Lyſiæ Oratoris funebrem Orationem pro iis Athenienſibus qui Corinthiis adverſus Lacedemonios auxilium ferentes prælio interiere* epiſtola *Florentiæ* ſcripta Kalendis ſextilis 1429. XXIV. *Lyſiæ* Oratio ex *Philelphi* verſione. XXV. Ejuſdem *Lyſiæ* Oratoris de *Eratoſthenis* adulteri nece defenſio latine ab eodem *Philelpho* edita, eidemque *Strozzæ* inſcripta *Florentiæ* v. Idus ſextiles 1429. XXVI. *Leonardi Juſtiniani Veneti* Oratio *in funere Domini Karoli Zeno Veneti*. XXVII. Epiſtola *Guarini Clariſſimo Equeſtris Ordinis viro Alberto de Sala in commendationem ſupraſcriptæ Orationis*, *Venetiis* XII. Kal. Julii 1418. XXVIII. *Antonii Luſchi Vicetini Invectiva in Florentinos*. XXIX. Epiſtola *Poggii* (*ad Leonardum Arretinum*) *de Hieronymo Hus* Conſtantiæ combuſto, *Conſtantiæ* III. *Kal. Julias*, *quo die Hieronymus pœnas luit*. XXX. *Tiberii & Caii Gracchorum Vita ex Plutarcho in Latinum converſa per Leonardum Arretinum*; ſcripta autem hæc fuit, quemadmodum in fine legitur, *per me Guilielmum Ruſtichellum a Piſis Lucæ in anno* 1435. *more Piſano*. XXXI. *Leonardi Arretini de vita, moribus & geſtis Ciceronis*. XXXII. Ejuſdem *de vita M. Antonii ad* Colucium Salutatum. Extremæ paginæ hæc adſcripſit Amanuenſis: *ſcripta vita M. Antonii & completa eſt Lucæ per me* Guilielmum Ruſtichellum *a Piſis de anno* 1434. *Indictione* XII. *die* 20. *Novembris more Piſano*.

Non contemnendus alius codex IV. Sæculi chartaceus 4. Nam præter *eloquentiſſimi viri Gaſparini de Pergamo librum epiſtolarum, & librum exordiorum omnium in arte Oratoria* exſtat in eo *Benvenuti de Rambaldis Libellus Auguſtalis continens ſub compendio deſcriptionem omnium Auguſtorum a primo Cæſare uſque ad ultimum*

qui nunc eſt anno Domini 1385. ex quo certum annum diſcere eſt, quo *Benvenutus* opus ſuum abſolvit. Conferendus hoc loco eſt Cl. *P. Manſius T.* I. *Biblioth. Fabric. Med. & Inf. Latinit.* (p. 209.) Adcedit in extrema codicis parte *Feſti*, *vel Sexti Ruffi Annumeratoris Romanæ hiſtoriæ liber*.

Ejuſdem xv. Sæculi eſt chartaceus Codex 4. pluribus ornatus opuſculis. Primum eſt *Platonis Phedon*, ſeu *de immortalitate animæ* liber a *Leonardo Arretino* latine redditus. Sequitur *Socratis Apologia a Xenophonte* (immo vero a *Platone*, etſi *Xenophontis* nomen non hic ſolum Codex præſeferat, ſed & *Oxonienſis* a Cl. *Mehuſio* laudatus in *Arretini* ſcriptis p. LXXVI.) edita, atque ab eodem *Leonardo* latinitate donata. Hanc excipit *Turpini Dei Gratia Archiepiſcopi Ronſenſis* (Remenſis) *ac ſéduli Caroli Magni Imperatoris in Hiſpania conſocii de geſtis Caroli Regis chronica*. *Plutarchi* adcedit *de remediis iræ* liber a *Colutio Pieri de Salutatis Cancellario Florentino* in latinum verſus, ac *D. Petro de Curſinis de Florentia Dei gratia Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopo Cardinali* inſcriptus. Hujus opuſculi nulla neque apud *Mehuſium*, neque apud *Rigaccium* mentio. Queritur autem *Colutius* in nuncupatoria ad Cardinalem *Corſinium* epiſtola, fuiſſe hunc tractatum peſſime verſum a *Simone* Archiepiſcopo *Thebano*. Vide *Manſium Biblioth. Fabric. Med. & Inf. Latinit. T.* I. *p.* 400. & *T.* VI. *p.* 187. Ad hæc occurrunt in hoc codice I. *Auguſtini de immortalitate animæ* excerpta ex ejus libris. II. *Antonii de Romagno* (Romano) *Feltrenſis* epiſtola ad *Antonium Luſcum Vicetinum*, qua illi mittit *Feltrio* IX. Idus Junii Eclogam quamdam *Panopeæ* titulo a ſe elaboratam. III. *Luſci ad Antonium de Romano* epiſtola verſibus expreſſa, ac data *Ticini* VI. Idus Julii; tandem *Pentateuchus*, aliique hiſtorici ſacræ ſcripturæ libri.

Reſtant pauci alii codices commemorandi, atque in primis membranaceus unus f. ſæculi XIV., qui *Conſtitutiones* exhibet *Ægidii* (Alburnotii, ut credo) *Sabinenſis Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis* Legati in ſex libros tributas, & *publicatas in civitate Anconæ in Eccleſia S. Antonii, quando tenebatur publica udientia anno Domini milleſimo* (ſic).

Auli Gellii Noctes Atticæ exſtant in chartaceo codice ſæculi XIV. Uno ſæculo vetuſtior eſt codex item chartaceus ſed mutilus, in quo *ſtatuta* legere eſt *Lucenſis Civitatis edita* anno 1308. atque in libros omnia quinque diſtributa.

Veteres Latini ſcriptores ſex in totidem codicibus videre eſt, *Ciceronem* ſcilicet ad *Herennium*, ejuſdem *Topica*, *Terentii* Comœdias, *Juvenalis* ſatyras, *Martialis* epigrammata, *Juſtini* hiſtorias. Antiquiſſimus ac forte undecimo ſæculo conſcriptus *Martialis* codex: ad hunc ætate propius adcedit *Topicorum* liber XII. ſæculo, ut videtur, exaratus. *Terentii* comœdiæ a *Philippo Lunenſi* a. 1473. fuere perſcriptæ.

Priſciani duo codices ſunt, alter membranaceus. Hic *Priſciani* carmen de *ſitu orbis*, ille libros *de arte Grammatica* complectitur.

Miſcellanea quædam inſcripta ſunt chartaceo codici ſæculi xv. 4. In his I. epiſtola *de morte Eugenii Papæ* IV. *quam ſcripſit Modeſtus Mo. cubicularius ipſius Eugenii*; II. *Æneæ Sophiſtæ Gazæi viri Clariſſimi, qui Theophraſtus inſcribitur, Dialogus* utique latine redditus a celeberrimo *Ambroſio Camaldulenſi*; ei enim tribuitur in codice Ms. *Fæſulanæ* Bibliothecæ Canonicorum Regularium, ut a Cl. *Manſio* obſervatum video T. I. *Biblioth. Fabric. Med. & inf. latin. p.* 84. III. *Bernardi Juſtiniani Veneti Leonardi* Filii ad *Ludovicum de Gonzaga* Epiſtola, qua *ſermonem Iſocratis* de Regno *a ſe latinitate donatum mittit*; tum ipſe ſermo (vide *Zenii diſſertationes Voſſianas T.* II. *p.* 159.) IV. *Guarini Veronenſis* ad Illuſtriſſ. Principem *Leonellum Eſtenſem de aſſentatoris & amici differentia* liber. V. aliqua de vita *Catonis Uticenſis ex Plutarcho per D. Franciſcum Barbarum* V. Clariſſ. & *Patricium traducta*.

Tandem Codicem membranaceum memorabo, de quo dixi VI. *hiſtoriæ litterariæ* volumine (*p.* 334.). Nitidiſſimus is eſt in 8. ſæculi xv., continetque *de divina*

vina origine florentiſſimæ Reipublicæ Venetorum Antonii Brojanici *Veronenſis* carmen. Inſcriptum autem eſt *Sereniſſimo, ac Chriſtianiſſimo Venetiarum Principi Domino Chriſtophoro Mauro*. Codex fuit *Hermolai Barbari ex dono auctoris*.

IX. Exſtant etiam in privatis Nobilium virorum ædibus codices Mss. non pauci: duas tantummodo Bibliothecas, clariſſ. nempe virorum *Bernardini Baronii*, & *Franciſci Mariæ Florentinii*, Codiceſque aliquot in illis a me præ ceteris adnotatos judicabo. Atque ut a *Baronianis* codicibus ordiar, hi memoratu digniores viſi ſunt mihi.

Supplementum ſimul cum Piſanella ſeu Magiſtrutia ordinatum, & compillatum per Fratrem Nicolaum de Auſino feliciter incipit. Codex chartaceus in fol. ſæculi xv.

Parabolæ Salomonis, Sapientiæ liber, & Eccleſiaſticus, officium B. Virginis, Septem Pſalmi pœnitentiales cum *Litaniis*, in quibus ceteros inter Sanctos invocantur Sancti *Pontius, Felix, Cucufas, Mauritius, Julianus, Juſtus, Paſtor, Chriſtophorus, Saturninus, Primus* &c. Item liber qui appellatur *florinus*. Hoc ejus argumentum. *Lib. iſte* Florinus *ideo ſcriptus eſt, quod de floribus compilatus ſit*; nam ex pulchris metris, & *moralibus atque glorioſis auctoritatibus diverſorum autorum, & philoſophorum factus eſt, videlicet Virgilii, Horatii in odis in poetica in ſermonibus, & in Epiſtolis, Ovidii in amoribus, de ponto, de faſtis, de triſtibus & de ſine titulo, de arte, de remedio amoris, Juvenalis, Lucani, Perſii Aurie* (ſic) *Aviani, Proſperi, Alexandri, Cantoris, Philioſogi* (ſic) *Maximiani, Exopi, Arigenti, Terentii, Tullii de Officiis, & de Amicitia, Boetii, Saluſtii, Senecæ, & aliorum Sapientum, & philoſophorum. Explicit argumentum. Incipit liber, qui vocatur* Florinus *compilatus a Domino* Jacobo Abbate Monaſterii Aquæ nigræ.

Floridus hic liber vernat ſpirantibus auris
Per totum mundum cum pueris legitur.
Abbas dictus aquæ nigræ Jacobus titulatur
Actor preſentis carminis ac operis.
Pro quo quiſque roget dominum lecturus, in ipſo
Ut poſſit ſemper vivere poſt obitum.

Rubricæ libri ſunt numero 287. Codex eſt Membranac. fol. ſæc. xiv. *Johannis Diaconi ad Johannem Reverentiſſimum Sanctæ Apoſtolicæ Sedis pontificem de inſtitutione, vita, doctrina, ſive miraculis B. Gregorii Romani Pontificis*. Codex membran. ſæc. xii. fol. min.

Macrobii Theodoſii viri clari & illuſtris conviviorum primi diei ſaturnaliorum libri quinque. Codex chartaceus fol. ſæc. xv. Extremæ paginæ adſcripta hæc eſt notatio: *per Ludovicum de Vannucboris Lucenſem tranſcriptum* die 12. *Novembris* 1462. *Pio* II. *Pontifice Maximo*. *Ethicorum Ariſtotelis* libri latine redditi. Auctor, quicumque is fuerit, hæc ſub initium præfatur *Ariſtotelis Ethicorum libros facere latinos nuper inſtitui, non quia prius traducti non eſſent, ſed quia ſic traducti erant, ut barbari magis, quam latini effecti viderentur, conſtat enim illius traductionis auctorem quicumque tandem is fuerit, quem tamen ordinis Prædicatorum fuiſſe manifeſtum eſt, neque græcas, neque latinas litteras ſatis ſciviſſe* &c. Codex eſt chartacens fol. ſæc. xv. *Lucii Annæi Senecæ Tragœdiæ* adnotationibus ſubinde inſperſæ. In averſa tabulæ unius, qua Codex hic chartaceus ſæculi xiv. tegitur, parte fragmentum eſt Kalendarii ſæculo xi. conſcripti, quod eſt hujuſmodi:

IIII. *KAL. Martii*
III. *Kal. J. Dionyſii & aliorum* 24.
II. *Kal.*
Martius habet dies 31. *Lunæ* 30. *nox habet horas* 12. *dies* 12.
Kal. Mart. nat. SS. Leonis & Donati.
Nonas. (ſic) *Perpetuæ, & felicitatis*
Sexto id. in nicæa Gorgonii Palatini

Digitized by Google

IV. *id. Romæ Gregorii Papæ*
17. *Kal. Apr. Cyriaci, Largi, Smaragdi*
12. *Kal. S. Benedicti Ab.*
8. *Kal. Annunciatio Sanctæ Mariæ & Incarnatio Domini*
2. *Kal. Mediol. Depoſitio Sancti Ambroſii Epiſcopi*
Aprilis habet dies 30. *Luna* 29. *nox habet horas* 10. *dies* 14.
4. *Nonas Nat. Sancti Nicetii Epiſcopi*
3. *Nonas Nat. Sanctæ Theodoſiæ Virg.*
2. *Nonas Nat. Sancti Ambroſii Epiſcopi, & Confeſſoris*
4. *Idus* . . . . .
Idus Chalcedoniæ Paſſio Sanctæ Euphemiæ Virg.
18. *Kal. Maii Tiburtii, Valeriani, & Maximi*
16. *Kal. Petri Diaconi, & Hermogenis*
15. *Eleutherii Epiſcopi*
14. *Victoris & Donati*
13. *Vicenti, & Vitalis*
11. *Valeriani, & Alexandri*
9. *Felicis Presb. & Fortunati*
8. *Gregorii Mart.*
7. *Sancti Marci Evangeliſtæ, & Letaniæ Majores*
6. *Cleti PP. & Mart. Marcellini PP. & Mart.*

Codex chartaceus in 4. ſæculi xv. Hæc in eo ſunt, quæ Index initio adſcriptus denotat. Ipſum illum Indicem dabo.

Una piſtola di meſſer Franceſcho (*ſic*) Petrarcha *a meſſere* Nicchola Acciajuoli.

Una epiſtola di meſſer Giovanni Boccacci *a meſſer* Pino de Roſſi *confortandolo dell' eſilio.*

Storia di Seleucho, *e* Antiocho *racconta* (ſic) *per uno noſtro Ciptadino.*

Una piſtola di meſſer Marſilio Ficini *a tutti e' frategli, & Sirochie della debita reverenzia, che deono portare e figliuoli a Padri.*

Uno trattato di detto Marſilio Ficcini *di Dio*, & *d' anima.*

Una piſtola di Marſilio Ficini *a* Lionardo Ditone *dello appetito.*

Una epiſtola di Marſilio *ſopradetto a* Giovanni Ruciellai *della reparatione della fortuna.*

Epiſtola di Marſilio *detto della viſione d'* Anſelmo *ſuo fratello.*

Una epiſtola di Michele *di* . . . . Rondinel *mandata ad un ſuo amico.*

Oratione di meſſere Stefano Porcari *da* Roma *Capitano del Popolo, e comune di* Firenze *fatta all' entrata de' nuovi Signori.*

Oratione del detto meſſere Stefano *fatta la ſeconda volta all' entrata de' nuovi Signori.*

Oratione del detto Meſſere Stefano *fatta la terza volta all' entrata de' nuovi Signori.*

Oratione di Meſſere Stefano *ſuddetto la quarta volta*

Riſpoſta di meſſere Stefano Porcari *agli Blettionari.*

Riſpoſta per detto meſſere Stefano, *quando i Signori gli dierono la bacchetta.*

Riſpoſte 5. *del detto meſſere* Stefano *a varj proteſti.*

Orazione di detto meſſere Stefano, *eſſendo rifermo Capitano.*

Riſpoſta fatta per meſſere Stefano, *quando gli fu dato il giuramento in Santa Maria del Fiore.*

Orazione di Meſſere Stefano, *quando rendè la bacchetta.*

Orazione fatta da meſſere Stefano, *quando preſe licenzia dalla Signoria.*

Orazione fatta per meſſere Stefano *a Papa* Martino, *quando fu tornato a* Roma.

Ora-

Digitized by Google

Orazione del Re Agrippa, *la quale fecie agli* Ebrei, *ſconfortandoli che non doveſſero muovere guerra a'* Romani.

Un proemio fatto ſopra un orazione di Tullio.

Orazione di Tullio Cicerone *a* Gajo Ceſari.

Difenſione intra le virtù di Julio Ceſare, *e quelle di* Marco Cato, *ſecondo che Saluſtio ne ſcrive.*

Orazione di Catellina *a ſuoi Cavallieri, avendo a combattere.*

Orazione che fecie Antonio *a' ſuoi Cavalieri, avendo ordinate le ſchiere per combattere.*

Lettera ſcritta per Lentulo *uficiale* Romano *in* Giudea *dell' avvenimento di* Criſto.

Orazione di Marco Cato *in Senato.*

Orazione di Catellina a *ſui Eſerciti.*

Exordium *Salluſtii Jugurthini operis.*

Gajo mario *contro al nobile* Saluſtio.

Oratione Micieſſe (ſic) *in fine vitæ ſuæ.*

Proemio di ſer Brunecto latino *nella oratione di* Julio Ceſare *contro a' congiurati di* Catellina.

Orazione di Julio Ceſare *contro a' congiurati di* Catellina.

Orazione di Marco Cato *contro a' congiurati di* Catellina.

Epiſtola di S. Bernardo *mandata a meſſere* Ramondo *del Caſtello* di Sancto Ambruogio, *del Governo.*

Sermone fatto per meſſere Lionardo d' Arezzo *al Magnifico Capitano* Niccolò da Tolentino, *quando gli fu dato il baſtone.*

Orazione di meſſer Giovanozzo Manetti, *e di meſſere* Bernardo de' Medici *commeſſari del popolo e comune di* Firenze, *quando dierono il baſtone al magnifico ſignor* Giſmondo Pandolfo de' Malateſti.

Difenſione di meſſere Lionardo d' Arezzo *contro i riprenſori del popolo* Fiorentino *nella impreſa di* Lucca.

Spoſitione fatta per meſſere Nello *di* Giuliano *da S.* Gimigniano *innanzi al Papa* Martino V. *e tutto il collegio de' Cardinali per parte della Signoria di* Firenze.

Epiſtola di meſſere Lionardo d'Arezzo, *la quale mandò al Signore di* Mantova, *avviſandolo dell' antichità* di Mantova, *e chi la puoſe.* Epiſtola eſt *Arretini* inter Latinas Libri x. quinta & triceſima Italice reddita.

Uno trattato di nobiltà compoſto per Meſſere Bonaccorſo da Montemagno, *e prima una epiſtoletta a uno principe, a cui lui addirizzò queſto trattato.*

Alphabetum narrationum ædificationis, vel exemplorum codex membran. 4. ſæculi XIV. Auctor in Prologo citat *devotum Prædicatorem, Prædicatorum ordinis fundatorem*, videlicet *S. Dominicum*: ait preterea, ſe hunc libellum *alphabetum narrationum* appellaſſe, ſicut jamdudum *auctoritates ſanctorum ſub ordine alphabeti diſtinxi in libello quem* alphabetum auctoritatum *appellavi.*

Codex Chartaceus 4. ſæculi XV. qui multa complectitur. Sunt hæc.

1. *Leonardi Juſtiniani Veneti viri Patricii ad* Henricum Luſignanum *illuſtrem Galliæ Principem in* Cimonis *ac* Luculli *vitas* (a *Plutarcho* ſcriptas) *proœmium incipit feliciter*, tum vitæ illæ ab eodem *Juſtiniano* Latine redditæ.

2. *Ad* Nicolaum (Nicolum) Marci Tullii Ciceronis *vita per* Leonardum Aretinum *compilata, non autem converſa feliciter incipit.* Confer *Mehuſium*, ubi de *Arretini* ſcriptis (p. LVIII.)

3. *Poggii diſceptatio, utrum ſeni liceat uxorem ducere, inter doctiſſimos viros* Nicolaum, & Carolum Arretinum ab auctore *Poggio* inſcripta *Coſmo de Medicis* viro *præſtantiſſimo Florentiæ* xv. Kal. Aprilis.

4. Criſpi Saluſtii *contra* Ciceronem *invectiva.*

5. M. T. Ciceronis *invectiva contra* Criſpum Saluſtium *æmulum ſuum.*

6.

Digitized by Google

6. M. T. Ciceronis *oratio contra* Catilinam.
7. Poggii *dialogus in avaritiam*.
8. *Epiſtola* Hieronymi *ad* Demetriadem Virginem: *ſi ſummo ingenio*.
9. Hieronymus *ad* Domnionem. *Litteræ tuæ, & amorem ſonant*.
10. Hieronymus *ad Auguſtinum. Omniquidem tempore*.
11. Hieronymus *de honorandis parentibus: Parentum meritis*.
12. *Benedicto, & dilectiſſimo parenti* Tyraſio Hieronymus. *Claritatis tuæ ſcripta percepi*.

Terentii *Comœdiæ*, codex in 4. Chartaceus ſæculi xv. In fine adſcripta hæc ſunt 1482. *adi 22. de Frevaro amen deo gratias. alleluia alleluia*.

Finito libro referamus gratia Chriſto.
Qui ſcripſit, ſcribat ſemper cum domino vivat
Vivat in cœlis ſemper cum domino felix.
Iſte liber. eſt mei Zuliani Tilli Criſtoni de Verguletta.

Sequitur Italicum carmen prænotatum *canto Carnaſcialeſco de' tre romiti* alia manu ſcriptum: hoc ejus initium.

Noi ſiamo tre buoni Remiti
che cercamo caritade
orſu donne per pietade
fate bene, ſe voi voliti.

Codex chartaceus ſæculi xv. in 4. *Incipit Liber de Nativitate, vita, & morte Omnium geſtorum* Alexandri: hoc ejus initium *Sapientium quippe Ægyptii Scientes menſuram terræ*. Extremum caput inſcribitur: *iſta ſunt nomina civitatum, quos conſtruxit Alexander. Explicit hiſtoria geſtorum* Alexandri *pueri magni regis* Philippi Macedonis *de nativitate ſua, & actibus ſuis, & morte ipſius*. Sequuntur verſus, quos ſcripſit *Dotomeus Philoſophus* (forte *demodamas*, de quo Fabricius *Biblioth. Græcæ T. 11. p. 215.*) in *pyramide geſtorum Regis* Alexandri.

Hic jacet infectus ſub ſaxi tegmine tellus. &c.

Exſtant præterea alia ad *Alexandrum* ſpectantia, quæ inter *forma epiſtolæ, quam* Mardochæus *princeps* Judæorum *miſit* Alexandro, *ipſum a cultura Idolorum cupiens revocare*. Addita eſt in extremis paginis *Ferdinandi Regis Siciliæ ad* Sixtum IV. *Pontificem Maximum* epiſtola: *Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater, & domine. Poſt humilem filii commendationem, & pedum oſcula Beatorum. Ecce pater beatiſſime quem tamdem in locum, & in quem ſtatum res* Italiæ *ſive fato quodam ſive quod magis affirmaverim hominum perverſitate deductæ fuerint &c. datum in* Caſtello novo Neap. 21. *Junii* 1482. *veſtræ ſanctitatis humilis & devotus filius* F. *Rex Siciliæ. F. A. Secret.*

Codex initio membran. ſub medium chartaceus in 4. xiv. ſæculi in quo præter M. T. *Ciceronis de Amicitia* librum exſtant adnotationes cujuſdam Anonymi diverſa manu ſcriptæ ad *Terentii* comœdiam, quæ *Eunuchus* inſcribitur.

Codex Chartaceus in 4. ſæculi xiv. continens *ſcalam* Johannis Climaci; *dialogorum* S. Gregorii *Epiſcopi libri* iv. Codex membran. ſæculi xi. 4.

Poema vulgare della diffuſione del ſommo bene alle creature per gradi naturali & doni ſoprannaturali conferiti alle creature intellettuali per il miſterio della Incarnazione, vita, morte, gloria trionphante, judicio univerſale di Chriſto, *& per gloria del Paradiſo conferita alli beati*. Codex chartaceus 8. Auctor hujus poematis *Nicolaus Fabroni Piſtorienſis Dominicanus*, de quo dixi *Biblioth. Piſtor. p.* 188.

Utilis declaratio artis generalis, tum ars generalis magna. Codex Chartaceus 4. ſæculi xiv.

Jacobi de Voragine Vitæ ſanctorum, a *S. Andrea* initio ducto. Vita Beati *Franciſci*, ejuſque miracula cum prologo: *apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri*. Expoſitiones nonnullæ in dominicas, & aliquot feſta. Tractatus *de morte corporali*, in quo agitur 1. *quomodo nos debeamus mortuos cogitare, ſecundo nos ad mortem præparare*, 3. *quæ ſunt illa propter quæ debeamus mortem formidare*, 4. *quomodo* ha-

Digitized by Google

habeamus mortuos adjuvare, cogitare debemus, ut ad mortem accedentes, ut actualiter morientes, & ut poſt mortem ante judicem aſſiſtentes: hoc ejus initium. *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Hæc verba ſunt quæ* B. Johannes *audivit in cælo*. Codex membran. 8. ſeculi XIV.

Ovidii *Faſti*. Codex chartaceus 4. ſæculi XV.

Ad Beat. D. N. Nicolaum V. *Pontificem Maximum* Michael Canenſis de viterbio *humillimus de ipſius laudibus, & divina electione*, item Hymni tres, & oratio pro *B. Hieronymo*; Præterea Hymni *in ſolemnitate B. M. Magdalenæ*, hymni *in ſolemnitate Patris mei* B. Nicolai: *hymni in ſolemnitate* B. Stephani *Protomartyris*, *hymni in ſolemnitate B. Martyris* Laurentii; ad eundem *Nicolaum* Pontificem V. quando illi hymnos deſtinavit: *Inclita Pontificum ſummorum gloria &c.* Epitaphium *Nicolai* V. pontificis Maximi: *hoc Nicolai quinti pia membra ſepulcrum continet &c. Reverendiſſimo Domino Cardinali Firmano* dyſticha ſex miſſa poſt *Nicolai* obitum; Epitaphium *Pii* II. Pont. Max: *dum fidei zelo accenſus magno ordine bellum præparat*. Claudit: volumen *Porcellii* vatis *Romani* ad *Nicolaum* V. Pont. M. Elegia: *veniſti tandem divino afflatus honore lapſus ab arce poli pontificale Decus*. Codex membranaceus in 8. ſæculi XV. De *Canenſi* vide *Quirinum* in vita *Paulli ſecundi*, *Georgium* in vita *Nicolai* V. & *Conſtantinum Ruggieri* in libro *delle teſtimonianze del* B. Niccolò Albergati Romæ edito 1745.

Codex autographus *Johannis Ser Cambi Lucenſis*, qui ad *Johannis Boccaccii* exemplum Italicas quaſdam narratiunculas conſcripſit.

Anonymi libri XXIV. ex quibus nonnulli deſunt. In his *de formatione cæleſtium luminarium* liber centum capitibus conſtans, liber *de opere quinctæ diei* in centum & ſeptuaginta capita diſtributum, liber *de variatione piſcium* centum & quadraginta ſex capita complexus. Sequitur *de opere ſextæ diei*, *& primo de animalibus*, (qui liber 97. capita continet), *de beſtiis*, quas centum & triginta octo capitibus Auctor percenſet, *liber de ſeptilibus* ſeptuaginta & quinque ſupra centum capitibus abſolutus, liber de *animalium natura* centum & viginti quatuor capibus comprehenſus; *de hominis creatione* liber capita octoginta & unum; tum alius *de viribus animæ* capita octoginta & octo præſeferens. Suſpicari aliquot intellexi, auctorem hujuſce operis eſſe *Bartholomæum Anglicum de Granvilla*, qui de *proprietatibus rerum* volumen ſcripſit typis non ſemel expreſſum. At quum XIX. tantummodo libros contineat *Anglici* opus, vix impetrare a me poſſum, ut illis adſentiar.

Codex Membran. in 4. ſæculi ut videtur, undecimi. Poſt *Pſalterium* exhibet *canticum Eſaiæ prophetæ*, *canticum Ezechiæ Regis*, *canticum Annæ*, *Canticum Moſis*: *cantemus domino*, *canticum Abacuch*, *canticum Moſis*: *Audite celi*, *Hymnum trium puerorum*, *canticum Zachariæ*. *canticum Sanctæ Mariæ Virg.*, *canticum Sancti Simeonis*. *Fidem catholicam* S. Athanaſii *Epiſcopi*, *hymnum* S. Ambroſii *Archiepiſcopi*, *Orationem Dominicam*, *ſymbolum Apoſtolorum*, *& orationes tres poſt pſalmodia*. Ad hæc Hymni *per anni circulum*, nempe præter communes, hymni *in purificatione Sanctæ* Mariæ, *Sanctæ* Agathæ, *Sancti* Benedicti *Abbatis*, *in natali Sancti* Johannis Baptiſtæ, *in Sancti* Petri, *in natali Sancti* Laurentii, *in Sancti* Michaelis, *Cantica in feſtivitate omnium ſanctorum*, *in Sancti* Martini. Sequuntur Capitula *per totius anni circulum*, in primis *de adventu Domini*, *in Natali Domini*, *in natali Sancti* Stephani, *Sancti* Johannis *Evangeliſtæ*, Innocentium, *in Converſione Sancti* Paulli *Apoſtoli in Purificatione Sanctæ* Mariæ, *in Cathedra Sancti* Petri, *in SS.* Philippi, *&* Jacobi, *Inventione Sanctæ Crucis*, *in Sancti* Johannis Baptiſtæ, *in Sancti* Petri, *in Sancti* Laurentii, *Aſſumptione Sanctæ* Mariæ, *in Nativitate*, *in Sancti* Michaelis *Archangeli*, *in Feſtivitate omnium Sanctorum*, *in Sancti* Andreæ, *& communes*.

Gratiæ Mariæ Gratii Senalogeſis (ſic) opera, nempe *Petriados* libri III. *Bucolica*,

lica, ſeu Eclogæ tres, carminum diverſi generis libri v. Codex chartaceus ſæculi xvi. in 16.

Codex membr. ſæc. xiv. in 16. ſeu *libellus ſtatutorum* Ciſtercienſis *ordinis*, *illorum videlicet, quæ ad regularem obſervantiam, correptionem, in morum vitæque diſciplinam pertinere noſcuntur*. Libellus eſt in xv. *diſtinctiones tributus*, in cujus calce legitur. *Explicit libellus diffinitionum capituli Generalis ordinis* Ciſtercienſis *editus anno Domini* 1317. *Deo gratias*. Sequuntur ſtatuta anno 1318. item 1319. item 1320. aliiſque annis ad ann. 1332.

Evangelia ſed initio mutila *cum gloſſa* ut ajunt, *interlineari* & adnotationibus. Codex membr. ſæc. xiii. 4.

Opus quod appellatur ſtatus, & planctus Eccleſiæ, *compoſitum*, *& correctum a Fratre* Alvaro *de ordine* Minorum, *decretorum doctore*, *pœnitentiario in curia Domini Papæ*, *& Epiſcopo Coronenſi*. Codex chartaceus f. ſæc. xv. Eſſet editum exemplum cum hoc, ut videtur, ampliore conferendum.

Codex membr. 8. elegantiſſimus inſcriptus *Magnifico*, *& Generoſo Domino* Aloyſio Piſano *munificentiſſimo Tapezetæ*, *Patritio Veneto*, *& digniſſimo Senatori*.

Cuique ſuum Dominum mos eſt celebrare clientum
Seu pauper ſeu ſit ditior arte manus &c.

Sequitur *Panegyricus* (hexametris verſibus *editus*) *in nuptiis* Laurentii (Piſani) *& de laudibus Fratrum* (Aloyſii ac Laurentii) *Piſanæque domus*. Tum habes *Epiſtolium* ſoluta oratione ad eoſdem datum. *Deinde* elegias quatuor, Oden ad D. *Nicolaum*; Elegiam aliam ad divam *Mariam*, ac tandem epigramma *de laudibus inclytiſſimæ* Venetæ *Reipublicæ*, *de acceſſu & receſſu* Karoli *Gallorum* Regis.

Præterea quidquid *Lucenſium* hiſtoriarum uſquam exſtat, Baroniana Bibliotheca oſtentat.

X. Ad *Florentiniam* Bibliothecam gradum facio, quam celeberrimus *Hieronymiani Martyrologii* editor *Franciſcus Maria Florentinius ſenior* maximam partem inſtruxit. Ac de ea quidem nonnulla occupavit Cl. *Targionius* ſexto volumine Italici operis, quod prænotavit: *Relazione d' alcuni viaggi fatti in diverſe parti della* Toscana (p. 246.). Sunt tamen quæ addam non pauca. Hi igitur illam in cæteris exornant Codices Mss.

Evangelium *S. Matthæi* cum *gloſſis*, & adnotationibus. Codex membranaceus 4. ſæculi xiii.

Plinii Naturalis hiſtoria, cum accuratiore capitum ſerie, eaque alia quam quæ in editis libris apparet. Codex ſæculi xiv. fol.

Codex membranaceus in fol. ſæculi xii. in quo Sanctorum vitæ initio ducto a *S. Baſilio*, qui Januario menſe colitur ad *S. Silveſtrum*. Sexto Kal. Januarii exſtat *Paſſio S. Johannis Evangeliſtæ* a Pſeudo-*Mellito Laodicenſi* Epiſcopo ſcripta, atque a *Florentinio* primum, deinde a *Fabricio* divulgata.

Sequuntur fragmenta de *Aſſumptione B. Virginis*, item *de conceptione* ejuſdem, & in *feſtivitate Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti hiſtoria* mutila ex *S. Athanaſio*, cui perperam tribuitur.

Macrobii Theodoſii viri Clari & illuſtris conviviorum. Codex f. chartaceus ſæculi xv.

Paulli epiſtolæ cum *gloſſis*, & adnotationibus margini inſcriptis. Codex membranaceus ſæculi xiii.

Codex Bibliorum membranaceus initio, & ſub finem mutilus ſæculi xiii. Actus Apoſtolorum in eo Paulli epiſtolis ſubjiciuntur.

Codex chartaceus in fol. continens *librum Taxarum omnium Eccleſiarum & monaſteriorum diligentiſſime emendatum ad exemplar libri ſacri collegii*, *& Cameræ Apoſtolicæ*. In fine legitur *Explicit liber taxarum beneficio & impenſis Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini* Johannis Sacci *Anconitani Archiepiſcopi Raguſini*,

gaſſini, *Innocentii* VIII. *Pontif. Max. datarii diligenter*, *fideliter*, *ſtudioſe ſcriptus*, *correctus cum libris Apoſtolicæ Cameræ*, *perfectuſque per me* Simonem de Porciis de Novaria *ipſius Summi Pontificis ſcutiferum*, *Taxæque Plumbi collectorem* 3. *Kal. Februarii A. D.* 1451. *Pontificatus ejuſdem anno ſeptimo*.

Baptiſta *Epiſcopus* Vintimilienſis *ex ordine* Prædicatorum *ad* Sixtum *quartum Pont. Max. de canonizatione* B. Bonaventuræ *olim Cardinalis ex ordine* Minorum *Fratrum*. Codex Membranaceus 4.

Codex chartaceus in 4. ſæculi XIV. multa complectitur. Sunt illa

I. *Ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum* Aſtrogium Aguenſem Beneventanum *Archiepiſcopum*, *Provinciæ Marchiæ Anconitanæ Gubernatorem* Benedictus Reguardatus Nurſinus *Phyſicus de conſervanda ſanitate*.

II. *Pillularum quarumdam deſcriptio*; *item de cura hydrophoborum*, *& cataleptivorum*.

III. *Tractatus de Phyſonomia* ex Alberto magno. In fine hæc nota adſcribitur. *Finis iſtius libri in* 1479. die 24. *Madii hora* 24. *lunæ*. Alia deinde manu adſcripta nonnulla ſunt *de Placentia* Urbe, deque nonnullis Pontificibus: ſunt autem ejuſmodi. *Gregorius* (V.) *de natione* Saxonum *cœpit anno Domini* 996. *indictione* 12. *ſedit annis & ceſſavit dies* XV. *Hic* Bruno *antea dictus cum eſſet conſanguineus* Octonis *ad inſtantiam Imperatoris eſt in Papam electus*; *ſed poſt parvum tempus* Creſcentius *Conſul urbis* Placentinum *Epiſcopum*, *qui vocatus fuit* Johannes, *de legatione Conſtantinopolitana cum magna pecunia redeuntem in Papam conſtruxit*, *ſed hoc facto per Imperatorem gravem ultionem accepit*.

Johannes XVII. *cœpit anno Domini* 998. *ſedit menſibus* X., *& ceſſavit Epiſcopatus dies* XX. *Hic natione Græcus nihil conſtituit*. Placentinus *Epiſcopus vivente Papa* Gregorio *Papatum tenuit per conſulem* Creſcentium *urbis*, ſed *poſt* (ſic) *Imperatorem exoculatus finiit*. Alexander III. *natione* Tuſcus *Patria* Senenſis *ex patre* Ranucio *cœpit anno ſupraſcripto* (ſic) *indictione* IV. *ſedit annis* XXI. *menſes* VI. *dies* XXV. *poſt viginti annos terræmotus magni fuere per loca*, *ut quod civitas* Antiochenſis *cum* Tripoli *cecidit*, *atque* Damaſcus *cum multis eſt ſubmerſa*. *Tunc quoque* Catanenſis *Civitas penitus everſa eſt*, *& pluſquam quindecim millia hominum mortui ſunt*. *Hujus tempore* Mediolanenſes & Placentini, & Cremonenſes *contra* Papienſes *Civitatem unam conſtruxerunt*, *quam ut famoſior fieret*, *ab* Alexandro Papa Alexandriam *vocaverunt*. *Poſt ad petitionem* Lombardorum *conſtituit eis epiſcopum*.

Gregorius X. *Natione* Lombardus *de Civitate* Placentia *Natione* de vicecomitibus *cœpit anno Domini* 1270. . . . *Sequenti anno* (1276.) *obiit Dominus* vicedominus de vicedominis *de* Placentia *epiſcopus Peneſtrinus* (ſic) *Cardinalis*, *qui habuerat uxorem & filios*, *& famoſus advocatus fuerat*, *qui mortua uxore propter ejus vitam bonam*, *& ſcientiam laudabilem clericus & præpoſitus* Graſſæ *conficitur*; *poſt Archiepiſcopus* Aquenſis *demum a* Gregorio *Papa* X. *ſupradicto in dicto Cardinalatu promotus fuit*, *& in Eccleſia* Fratrum Minorum *de* Viterbio *ſepultus*. Sequuntur carmina nonnulla de B. *Juſtina*; de *Placentia*, ac de *Brixia* urbe; Blondi Forolivienſis *Romæ inſtauratæ libri tres*. Codex Chartaceus ſæculi XV.

Codex Chartaceus in 4. ſæculi XV. In eo I. *regulæ Cancellariæ univerſalis ſecundum uſum modernorum*, *& primo quomodo ſcribere debeamus Pontifici Maximo in principiis ſcilicet litterarum & ſupraſcriptionibus earundem*, *deinde quonam pacto ſcribendum ſit Cardinalibus*, *& aliis Principibus juxta ordinem*. II. *miſcellanea quædam carmina & orationes*, *quas inter* (*pag.* 132.) *Oratio Laurii Quirini in funere clariſſimi Capitanei Gattamelatæ Narnienſis*. Inſcriptiones litterarum; Explicatio latinarum ſiglarum a littera *A.* uſque ad *H. Innocentii* VIII. item *Sixti* IV. *Nicolai* V. & *Pii* II. Epiſtolæ aliquot. Inter *Nicolai* Epiſtolas eam animadverti, quam ad *Nicolaum Perottum* datam edidit Cl. *Georgius* in Appendice ad vitam ejus Pontificis (*p.* 207.).

E Codex

Codex ſæculi xv. Chartaceus, quem T. vii. *hiſtoriæ litterariæ* commemoravi. *Incipiunt Orationes Reverendi in Chriſto Patris* Dominici Dominici Veniti (ſic) *Epiſcopi* Torcellani *omnium arcium lberalium* ac *Sacræ Theologiæ magiſtri*. Sunt autem *Oratio in laudem aſtrologiæ & confutationem opinionum ei adverſantium, habita* Venetiis *in aula juxta Eccleſiam* SS. Johanni & Pauli *ante editionem Judicii anni* 1441. *Oratio* ii. *in Laudem Aſtrologiæ ad* Eugenium IV. *Maximum Pontificem ante judicium anno* 1442. *Oratio in Laudem ſacrarum litterarum pro principio lectionis proœmii librorum ſententiarum* Dominici de Dominicis Veneti *Epiſcopi* Torcellani, *tunc Sacræ Theologiæ Baculari habita* Florentiæ *apud edem Sanctæ* (ſic) Novellæ, *ibidem ſummo Pontifice reſidente* 1442. *Oratio ſecunda in principio lecturæ primi libri ſententiarum. Oratio pro principio lectionis ſecundi libri ſententiarum. Oratio pro principio lectionis tertii ſententiarum* Florentiæ *in curia Romana. Oratio* (imperfecta) *pro principio lectionis quarti ſententiarum. Oratio in laudem ſacrarum litterarum in aula doctorat. ejuſdem. Item oratio pro gratiarum actionibus in aula doctoratus die vigeſima ſecunda Februarii* 1441. *alias die undecima Junii* 1452.

Oratio pro principio lectionis ſummæ Theologiæ Sancti Thome *de* Aquino, *dum* Romæ *legere inciperet. Collatio in vigilia Nativitatis Domini ad Canonicos Civitatis Auſtriæ* Dominici de Dominicis &c. *Decani Eccleſiæ Civitatenſis* 1444. *Collatio eodem die anni ſequentis ad eoſdem. Collatio ad eoſdem feria quarta in capite Jejunii* 1445. *Oratio in laudem S.* Johannis *Evangeliſtæ coram ſummo Pontifice* Eugenio IV. *& Romana Curia* Florentiæ 1441. *Oratio de Spiritu Sancto circa Evangelium & epiſtolam, quæ in ejuſdem feſtivitate occurrunt apud ſummum Pontificem* Eugenium IV. *Oratio in laudem Clariſſimi, ac Sanctiſſimi doctoris* Auguſtini *habita* Romæ *in Eccleſia* S. Auguſtini *coram Reverendiſſimis S. R. E. Cardinalibus, dum eſſet Decanus Eccleſiæ Civitatis Auſtriæ. Oratio habita* Romæ *in Capella* Eugenii *Papæ* IV. *infra miſſarum ſolemnia coram ipſo* Eugenio *& Romana Curia in die natalis B. Virginis, dum eſſet Decanus Civitatis Auſtriæ* 1446. *Oratio habita* Romæ *in Eccleſia* S. Petri *coram Sanctis*. D. Nicolao *Papa* V. *in ſolemnitate omnium Sanctorum infra miſſarum ſolemnia celebrante ipſo Pontifice* Nic. - *In laudem* S. Johannis Baptiſtæ *ad* Caliſtum *Papam* III. *& S. R. E. Cardinales oratio in Palatio Pontificis inter Miſſarum ſolemnia. Oratio ad Reverendum P.* Ludovicum *S. R. E. Tituli* S. Laurentii *in* Damaſo *Presb. Cardinalem ac Patriarcham* Aquilejenſem *pro adepta poſſeſſione Patriarchatus*, Dominici &c. *dum eſſet Decanus Civitatis Auſtriæ*. *De concedenda ſepultura, & electione loci ſepulturæ ad Abbatem & Monachos* S. Michaelis de Murano *ordinis* Camaldulenſis *Diœceſis* Torcellanæ (mutila) *oratio*.

Leonardi Arretini latinæ hiſtoriæ. Codex chartaceus fol. ſæc. xv.

Codex membranaceus in 8. ſæc. xv. duo opuſcula exhibet, nempe i. *trattato delle molte ſtoltitie, che ſi commettono nella battaglia Spirituale*. ii. *Incipit liber Diſciplinæ Spiritualium (o ſia) ſermone & trattato contra li deffetti di molti, che paiono & ſono tenuti Spirituali*.

Codex chartaceus in 4. ſæculi xv. In hoc primum legere eſt *Titi Veſpaſiani Strozzæ Magnifico ac Clariſſimo* viro Johanni Pico della Mirandula, *Matthæi Vegii, Antonii Thebaldei, Campani* Epiſcopi, *Porcellii* vatis *Romani*, *Michaelis Canenſis* de *Viterbio* aliorumque carmina. Sequuntur *Epitaphia clarorum virorum novorum & veterum*, qui *ſepulti ſunt* Bononiæ *extracta per Dominum* Antonium de villa, *& per me* Blancum de Camaiorio Lucenſes *ambos* 1487. *quo tempore ibidem ſtudebamus*. Accedunt carmina alia & Epitaphia, atque antiquæ Inſcriptiones nonnullæ. Sunt etiam *Petrarchæ* latina carmina. Extat præterea Blanchi nuper memorati Epitaphium hujuſmodi

Sebaſt. Blancus medicus
Camiorien. A Parmen.
Oriundus Roman. Civis

qui

qui nihil altius voluit
vix. ann. 76. ac
H. M. H. S.

Ejus uxor Bartholomæa Turrectina *obiit* 1507. 8. *Kal. Aprilis*, *eique Blancus Egregium poſuit Epitaphium in Eccleſia Campi Majoris*.

Ad laudem Omnipotentis Crucifixi, ejuſque Sereniſſimi Archiprophetæ David *regis incipit ſumma de caſibus conſcientiæ per fratrem* Bartholomæum de Piſis *de Ordine* Prædicatorum *mirabiliter compilata*. Codex membranaceus 8. ſæculi XIV.

Florentini cujuſdam Poetæ ad *Lucretiam Ferrarienſem* ducem capitula hetruſca 23. ſeu potius Eclogæ; hoc ejus initium.

Titiro paſtor toſcano Eccellentiſſimo
Coridon ſuo compagno e ſuo allevato
Manda a Ferrara ad Ercole invittiſſimo
Trova nel camin Melibeo molto ornato
che fu in Etruria gia pover Paſtore,
Hora al viver civil tutto ſi è dato.

Codex eſt Chartaceus ſæculi XV. 8.

Johannis Villanii chronicon, ex quo multæ decerpi poſſent variæ ab editis lectiones.

Tandem ne longior ſim, egregius Codex membranaceus f. ſæculi XII. unde *Florentinius vetuſtius Eccleſiæ Occidentalis martyrologium* divulgavit. In eo autem præter memoratum *martyrologium* & *Kalendarium* Necrologicum a *Sebaſtiano Donato* editum in erudito *de dypticis veterum* Italico commentario (*p. 257. ſeqq.*) continentur *Regula* S. Auguſtini, *Regula* S. Benedicti, *Dialogi* S. Gregorii M. duæ Fidei Profeſſiones, & Expoſitio Fidei Athanaſianæ, quam in altera voluminis parte divulgabimus.

XI. Nefas ſit *Florentinia* domo excedere, quin Muſæum, quod ibidem ſervatur, gentium idolis, Numis, veteribus Inſcriptionibus, peregrinis, atque exoticis rebus ſatis locuples memoretur. Duos, quos ibi deſcripſi, ſepulcrales titulos hic reddo. Primus is eſt.

L. MINICIUS AV
XIMUS MAGNI
AE. ATHENAI
DI CONIVGI SVAE
CARISSIMAE.
QVAE. VIX. AN
NIS. XXXV. MES. VI.
DIES XII. DE. SE
BENEMEREN
TI. FECIT. ET
SIBI.

Edidit Muratorius (p. MCCCCLXXVIII. 1. *Novi Theſauri*); at pro MES. VI. in ejus exemplum inrepſit MES. V. præterea ſilet Cl. Editor duos lapidi inſculptos Genios alatos cum extinctis facibus, jacentemque mulierem, quæ ſine dubio *Athenais* fuerit. Alter titulus ejuſmodi eſt

AVRELIO DI
ODOTO. B. M. F.
ERENNIUS
SEVERUS
E. R.

Et hunc lapidem a *Muratorio* divulgatum reperi (p. MCCCCXL. 2.) e ſchedis *Ambroſianis*, ex quibus diſcimus, *Romæ* illum olim fuiſſe in ædibus *Benedicti Saxii*; verum neque ordo linearum, quas exhibet autographus titulus, apud *Muratorium* ſervatur, neque litterarum N N. nexus in *Erennii* nomine exhibetur, & *Diodoti* nomen in *Diodatum* commutatur. At veterum Inſcriptionum, quæ in *Florentinio* Muſeo extant, facta mentio, ut alia quæ Lucæ vidimus antiqua monumenta commemoremus, expoſcit. Nihil vero de amphiteatro dicam, ejuſque veſtigiis, quum multa hac de re diſſeruerint *Targionius* (T. IV. *p.* 240. *ſeqq.*) & *Manſius* in *Diario ſacro Lucenſi* (*p.* 94. *ſeqq.*). Potius ſepulcralis cippi in vico quem *Capannoli* vocant, inventi atque juxta magnificentiſſimas Principis ædes locati typum exhibebo; dignus enim eſt, qui oculis ſubjiciatur (Tab. I.).

Utinam integer ad nos titulus perveniſſet? Sed hominis certe fuit primis dignitatibus functi. Cave autem, illum exiſtimes Biſellii, de quo multa erudite *Chimentellius* diſputavit, honore inſignitum fuiſſe. Una enim hic ſedes eſt, quemadmodum ſuppedaneum unum, ſed a ſculptore Perſpectivæ artis parum perito perperam in duas diſſecta. In ædibus autem D: Præpoſiti *S. Anſani* prope urbis mœnia inventum fuit hoc aliud antiquæ Inſcriptionis fragmentum.

. . . . . . EP. L. PRON
. . . . . CTAVIO. PRIS CO
. . . . . I. TRAIANI PARTHIC. PRAEF.
. . . . . . SEVIR. EQUIT. ROMAN
. . . . . . INQ. II. PATRON. COLON.
. . . . ANA

Gruterus (*p.* 326. 7.) Inſcriptionem adfert *Romæ* a *Smetio* exſcriptam. Ea nunc eſt in *Guiniſiæ* nobiliſſimæ Gentis ædibus apud vicum, cui *viareggio* nomen; ſed temporis injuriam miſerrime paſſa, ut maximam partem deleta jam ſit. En illam.

D. M.
P. CVRTIO. P. F. . . . . . *Tuto*
SCRIBAE A. . . . , . *Ædificio*
P. . . CURTIUS OI. . . . . *Oneſimus*
PATER FILIO . . . . *Piiſſimo*
FECIT. SIBI ET. . . . *Curtiæ*
BACHIDI . . . . Matri ejus
VIXIT. ANN. . . . . XVIII. *Dieb.* XV.
S.S. T. N.
H. A. M. N. S.

Ve-




Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

II. p.



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
Scala di Braccia Lucchesi

Digitized by Google

Verum etſi pæne de hoc titulo actum eſt, diſcimus *Bacbulis* nomen a *Grutero* contra marmoris fidem duplici C ſcriptum poſtremaſque litteras perperam fuiſſe commutatas. Ita enim Gruterus eas legit: H. ARA. H.N.S. ſcilicet *hæc Ara heredes non ſequitur*: at in marmore ſiglæ omnino aliæ ſunt, H. A. M. N. S. quas interpretari commode poſſis: *Heredes alios* aut *altenigenas Monumentum non ſequitur*. In domeſtico quoque viridario *Thomæ Bernardi* humaniſſimi viri aliqua reperi notatu digna, ſarcophagum nempe vetus chriſtianum, duo Imperatorum Romanorum capita, & Apoſtolum (*Petrum* fortaſſe ex brevibus capillis arguas) pallio coopertum ſatis pulcra in Sede collocatum, ſiniſtraque tenentem expanſum codicem, qui ferme ad pedes defluit; medii ævi opus non inconcinnum. Mediæ ejuſdem ætatis inſcriptiones nonnullas in adverſaria retuleram, quas quum in Cl. *P. Manſii diario ſacro* editas deinde invenerim, lubens prætermitto. Temperare tamen mihi non poſſum, quin heic tabulam incidendam curem. Regiam agapen epiſtylio inſculptam lateralis januæ cujuſdam Templi, cujus nomen mihi nunc excidit, etſi hoc recte memini, a Cl. *Targionio S. Alexandri* facili memoriæ lapiu perperam appellari. Barbari ſculptoris opus eſt, ſed plane illi ſimile, quod Cl. *Targionius Bargæ* inſpexit, deſcribitque Tertio volumine (*p.* 433.). Ovum ovo ſimilius non eſt, ut utrumque ab eodem auctore profectum felici ſane conjectura idem vir doctus ſuſpicetur. In ipſa tamen operis Barbarie nonnulla ſunt, quæ eruditorum oculos mirifice delectent (Tab. II.).

XII. Aliud nunc eſt monumentorum genus proferendum, diplomata inquam, idque genus mediæ ætatis chartas. Duas mecum humaniſſimus *P. Manſius* communicavit, quas heic edo.

I.

Chartæ concordiæ inter D. Abbatem S. Petri Cæli aurei, & Dominos de caſtello, ex apographo Cl. P. Manſii, qui illud ex ipſo autographo Ticini apud Canonicos Regulares ejuſdem S. Petri adſervato deſcripſit.



,, Die Sabati qui eſt octavus dies menſis Februarii. De diſcordia,
,, quæ verſabatur inter Dominum *Johannem* gratia Dei abbatem ec-
,, cleſiæ *Sancti Petri celi aurei*, Nec non & Dominos *de Caſtello*,
,, dum in campo eſſent apud *Modoetiam* pro duello faciendo ſecun-
,, dum quod judicatum fuerat ab *Opitone Buccafolle* in præſentia
,, domini *Rainaldi Colonienſis* eccleſiæ Electi, & tocius *Italiæ* Archican-
,, cellarii & Imperatoriæ Mageſtatis legati. quæ erat de diſtricto, &
,, Albergariis, & frodo, & aliis multis diverſis conditionibus ſuper rebus, quas
,, eccleſia *Sancti Petri de Celo Aureo* poſſidebat in valle *obſſide*, & in Valle *In-*
,, *traſca*. Supradictus abbas & *Gilius* prior conſenſu aliorum fratrum qui ibi e-
,, rant, & advocatorum, ſcilicet *Alberici* advocati & *Alberici* filii *Cone*, & *Ugo-*
,, *nis de palacio*. Et in preſentia Domini *henrici Leodicenſis* Epiſcopi, & Comi-
,, tis *corolini* & *Marcouldi de Glonbac* & aliorum multorum, nomina quorum in-
,, fra ſcripta ſunt, infraſcriptus *Johannes* abbas & *Gilius* Prior fecerunt ſecuri-
,, tatem per ſacramentum in manibus infraſcripti Domini *Rainaldi* electi & ſu-
,, pradicti advocati juraverunt tactis ſacroſanctis Evangeliis, quod quidquid eis
,, preciperet de diſcordia, que vertebatur inter iſtam eccleſiam & Dominos *de*
,, *Caſtello*, remota omni occaſione obſervabunt, & obſervari facient. Et ſimili-
,, ter Domini *de caſtello*, ſcilicet *Marcius* & *cavalcaſella* & *Olrigutius*, & *Alber-*
,, *tus Barbavaira*, & *Albertus Gritta* juraverunt, quod de tota diſcordia, que
,, vertebatur inter predictam eccleſiam, & ipſos, & omnes parentes eorum, ob-
,, ſervabunt omnia precepta, quecumque infraſcriptus Dominus *Rainaldus* ar-

,, chi-

,, chicancellarius eis *preceperit*, *remota omnis occaſione obſervabunt* , & *alios ſuos*
,, *parentes obſervari faciunt*.

,, Sequenti vero die infra *Pontilum* Solarii *de Modoetia* juſta eccleſiam Sancti
,, *Johannis* de more infraſcriptus Dominus *Rainaldus Colonienſis* Eccleſiæ electus
,, & archicancellarius precepit Dominis *de caſtello* ſub debito ſacramenti , quod
,, finem facerent adverſus iſtam eccleſiam , & fecerunt finem , & refutationem
,, per ſe & per eorum ſubmiſſam perſonam adverſus eandem eccleſiam , Nomi-
,, native de omni diſtricto & honore & Albergariis & frodis, & inveſtituriis, &
,, mannis & arboſtoriciis , & caſeis & tituriis caſtaldorum & omnibus aliis con-
,, ditionibus vel fictis , que dici vel nominari poſſunt , que dicebant ſe debere
,, habere in iſtis rebus *Sancti Petri in* valle *obſede* , & in valle *Intraſca* , ut li-
,, ceat infraſcripto abbati , & ſuis ſucceſſoribus facere de iſtis rebus omnibus
,, quicquid eis placuerit & eis fuerit opportunum abſque contradictione iſtorum
,, dominorum *de caſtello*, ſuorumque heredum , excepto de homicidio & adulte-
,, rio, & perjurio & de his cauſis, ſcilicet hoc modo, quod ipſi Domini *de ca-*
,, *ſtello* non accipient per ſe nec per eorum ſubmiſſam perſonam pro homicidio
,, ultra ſolidos viginti imperialium , pro adulterio decem ſolidos imperialium ,
,, pro perjurio ſolidos ſex imperialium. Eo modo ſi iſta maleficia publice facta
,, fuerint, bannum iſto modo accipiant, & non amplius ; ſin autem querela de
,, iſtis maleficiis ante eos facta fuerit , placitum ante eos ventiletur , & definia-
,, tur, & de viciis ſecundum iſtum modum bannum tollant & nihil amplius per
,, modum aliquem tollere debeant. Et precepit eiſdem dominis *de Caſtello* ſub
,, debito ſacramenti, & ſecundum quod ſcriptum eſt , obſervent, & omnes alios
,, ſuos parentes qui in iſtis rebus aliquid juris ſe habere dicebant , jurare & fi-
,, nem facere. Simili modo facient facere ſi ſunt quindecim annorum. Et eodem
,, die infraſcriptus Dominus *Rainaldus Colonienſis* eccleſiæ electus & archican-
,, cellarius precepit infraſcripto abbati & Priori & advocatis ſub debito Sacra-
,, menti , ut facerent finem adverſus Dominos *de Caſtello* de iſtis tribus placitis
,, ſcilicet de homicidio & adulterio, & perjurio ; tali modo , ut pro homicidio
,, accipiant ſolidos viginti imperialium, pro adulterio decem ſolidos imperialium ,
,, pro perjurio ſex ſolidos imperialium, & nihil plus. Quia abbas de iſtis tribus
,, placitis ſe intromittere non debet , donec iſta tria placita ante Dominos *de*
,, *caſtello* fuerint definita , & bannum pro iſtis tribus maleficiis, ut ſcriptum eſt,
,, receperint . Poſtea vero infraſcriptus abbas & ſui ſucceſſores pro his malefi-
,, ciis & pro omnibus aliis rebus habeat poteſtatem de ſuis hominibus , & eo-
,, rum rebus faciendi, quod ei placuerit ſive de bannis ſeu de omnibus aliis con-
,, ditionibus ſine contradictione iſtorum Dominorum *de caſtello* , ſuorumque he-
,, redum , & debent iſtam concordiam firmam & ratam habere , & habebunt .
,, Et inter ſe fecerunt finem & refutationem una pars adverſus alteram ita at-
,, tendere, ut ſupraſcriptum eſt de omnibus maleficiis, & de omnibus rebus ab-
,, batis & offenſis uſque hodie commiſſis ſub pœna tali , que eſt centum mar-
,, chas argenti , medietatem camere imperatoris , & medietatem abbatis , vel ſi ab-
,, bas . . . . . hoc quod ſupraſcriptum eſt, ſimiliter tantum componet. Et precipimus
,, infraſcriptis Dominis *de Caſtello* quod a ſe & ab aliis omnibus hominibus in-
,, fraſcripti homines abbatis defendantur , & hoc precipimus ex parte Domini
,, imperatoris: unde duo brevia concordiæ ſcripta ſunt uno tenore.


,, Factum eſt hoc anno Dominicæ incarnacionis Milleſimo - centeſimo - ſexa-
,, geſimo quatto iſto die indictione duodecima .

,, Eodem anno . octavo die menſis marcii die Dominico . In burgo *palancie*
,, Juraverunt *Martinus* , & *Guilielmus* fratres *cavalcaſelle* , & *Arditio* frater *Olrigatii*
,, manibus ſuis propriis ad ſancta dei evangelia Eo modo quod firmam & ratam
,, habebunt concordiam factam inter ipſos & Eccleſiam *Sancti Petri Celi Aurei* ,
,, ſimiliter ut ſcriptum eſt in cartulis concordie facte , ſe ſcientibus, ſi Deus il-


,, los

„ los adjuvet, & illa Sancta Dei evangelia. Interfuerunt *Roglerius Cataſſius*, *Syrus mulinarius* presbiter de *cavagnaſco*, *Ardicio de broilo*, *Olricus de monticello de novaria* teſtes.

„ Interfuerunt *Albericus de Beſuto*, *Guifredus de dever*. *Albertus de cedra*, *Jacobus de Caſtelliono*, Marchio Oliverius *de Romagnano*, *Rodulfus de Ftilliaira*; *Roglerius cataſſius*; *Gualterius catopeius*, *Allo* vexillifer, *Opto bugitella*. *Armannus Chriſtianus*, *Joffredus de burgo*, *Allionus buccaſolle*, *Carbonus de piſcaria*, *petrus buccaſolle*, *Girardus de Lomello*, *Carnelevarius de Curte*, *Petrus Cataſſius*, & multi alii teſtes.



„ Ego *Furco* judex & notarius ſacri palacii hoc breve concordie „ ſcripſi.



„ Ego *Rainoldus Notarius interfui & hanc ſententiam ſcribere feci* „ *& SS*

II.

Sententia a Sarperto Judice, & Miſſo Domini Imperatoris lata a. MXCVIII. *ex Tabulario Monialium Lucenſium S. Nicolai Novelli*.

„ In Chriſti nomine. Notitia brevis pro modernis & futuris temporibus, ad memoriam habendam vel retinendam, quod infra Lucenſem civitatem, in caſa *Sarperti* Judicis & Miſſi Domini Imperatoris præſencia jam dicti *Sarperti* judicis & aliorum judicum, ſcilicet *Antonii Signorecta*, *Roberti Benedicti*, *Leonis* cauſidici, *Alberti* notarii, *Ugonis* filii b. m. *Alberti*, *Alborii* filii b. m. *Gheſti*, *Boni* filii b. m. *Andreas*, *Robertus*, *Brunectus* generum filii b. m. *Bonacciani* cum *Bonifatio* infantulo genero eorum, & filium ſupraſcripti *Bonaccia-ni*, & cum *Cecio* filio b. m. *Ruſtichi*, & *Fredictione* filio *Alboni* conſanguinei eorum. venerunt præſentia ſupraſcripti *Sarperti* Judicis, & miſſum Domini Imperatoris, & aliorum, qui ibi aderant, & petierunt ab eodem *Sarperto* judice diviſionem facere de aliquantis terris, quæ communiter habebant, eo quod ipſe *Bonifacium* infantulum inſpartire, & minime jure aliter dividere valebat; & dediſſet ei miſſos de ſua præſentia ut eas dividiſſent, & eſtimaſſent. Tunc ipſe *Sarpertus* judex direxit miſſos de ſua præſentia ſecundum legem duo viri eſtimatores, ideſt ſupraſcriptum *Cecio*, & *Fredictione* conſanguinei ſupraſcripti *Bonifacii* Infantuli ad terras ipſas, ut vidiſſent & eſtimaſſent, qualiter ipſe Infantulum exinde deceptum non eſſet. Tunc ipſe *Cecio*, & jam dictum *Fredictione* ambulaverunt ſuper ipſas terras, & viderunt, & eſtimaverunt, atque renuntiaverunt, quod ipſa diviſio bona, & juſta eſſet, & ex hoc ipſe infantulum dannietatem non habeat. Sic ſtantem ipſe ſupraſcriptus Judicem, & miſſum Domini Imperatoris pro puer auctoritate Domini Imperatoris ſueque mercedis. Dedit ei ex publica auctoritate, ſicut ei poſtulaverat, licentiam jam dictam diviſionem facere. Tunc ipſe *Bonifacium* Infantulum cum ipſo *Cecio*, & *Fredictione* conſanguinei, & tutores eorum per virgam, quam in ſua tenebat manu, tradidit atque inveſtivit ex publica autoritate ſupraſcripto *Uberto*, & *Brunecto* generi ſui ad ſuam proprie-

„ ta-

Digitized by Google

„ tatem in placito & ſorte ſeu diviſione ſtante de duabus pezijs dictis illis, qui
„ eſſe videntur in loco & finibus *Verciano* prima ex ipſe cum caſſina ſuper ſe
„ habente, ſeu curte & orto; inſimul prope eccleſia Sancti *Stefani*, que capita
„ ambo tenet in viis publicis latum venæ intra, & dimidia ſepe (*ſic*) *Mactalde*
„ relictæ quoddam *Raneri*, & aliud latus venæ intra, ubi *uberti Cerameti* generi
„ *Manciorini* & illa ſecunda, quæ campum dictum *cardetoro*, quod unum caput
„ venæ in via publica, & aliud caput venæ in . . . de Filiis ..... latus unum
„ venæ in ipſa & dimidia foſſa *Raineri* quondam *Stefani* Presbiteri & aliud latus
„ venæ in via & foſſa de Filiis quondam *Carbonis de Sancto Miniato*. Hanc autem
„ ſupraſcriptas duo petiis de terris, quos una ex ipſis cum caſſina ſuper ſe cum
„ fundamenta, & omni ædificio ſuo, & curte, & orto inſimul & illa ſecunda,
„ que eſt campum, qualiter ab omni parte circumdate ſunt per deſignata loca in
„ integrum cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus, & in-
„ greſſibus ſuis, ut dictum eſt ipſe *Bonifatium* (*ſic*) Infantulum cum ſupraſcripta
„ conſanguinei eorum ex publica autoritate per iſtam virgam, quam in ſua te-
„ nebat manu, de iſtis duabus petiis de terris jam dictis generis ſuis inveſtivit
„ ad eorum proprietatem in parte & ſorte diviſione ſtante; & inſuper ſpopon-
„ dit ſeque ſeque (*ſic*) *Bonifatium* infantulum ex publica autoritate ad ipſum
„ jam dictum *Rubertum*, & *Brunectum* generos ſuos, quod ſi umquam in tem-
„ pore ipſe *Bonifatium*, vel ſui hæredes, vel eorum ſumiſſa perſona, vel eorum
„ ingenium eiſdem generis ſuis (*ſic*) vel ſuis hæredibus aut . . . . . . ex præ-
„ dictis duo petiis de terris dederint vel ab habere decreverint, eſſent, aut cau-
„ ſaſſent vel removiſſent, ſive intentionaſſent, aut moleſtaſſent, aut placitum
„ frangere feciſſent, aut ſi exinde aparuiſſet fundamentum vel factum, per quod
„ eis exinde ulla intentione, aut danneitas vel moleſtia exiſtat, aut deveniat
„ pro quolibet ingenium, quod computari debeat, ipſeque *Bonifacium* infantu-
„ lum, vel ſui hæredes eidem generis ſuis vel ſuis hæredibus, aut cui ipſi ex-
„ inde dederit, vel habere decreverit, penam argenti optimi libras quadragin-
„ ta, unde ipſe *Robertus*, & *Brunectum* generi fecerunt eidem *Bonifacio* genero
„ eorum meritum anulum unum aureum pro ipſa inveſtitione & diviſione, at-
„ que conſponſione confirmandum preſentia jam dicti Avocati & miſſum Domi-
„ ni Imperatoris, & predictorum Judicum & reliquis. Hoc factum eſt anno ab
„ incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni milleſimo nonageſimo octa-
„ vo ſexto Idus Julii Indictione ſexta.

„ *Sarpertus* Judex, & miſſum Domni Imperatoris interfuit

„ *Antonius* Judex ſacri Palatii interfui

„ *Benedictus* Judex ſacri Palatii interfui

„ *Robertus* Judex ſacri Palatii interfui

„ *Ugo* qui ibidem fuit & ſupraſcriptus *Alboni*, qui ibidem fuit, & ſupra-
„ ſcriptus *Bonum*, qui ibidem fuit

„ *Conradus* Notarius Domini Imperatoris, qui hunc breve ſcripſit, & ibi-
„ dem fuit S.

„ *Ildidrandus* Notarius Domini Regis tacum (*ſic*) illud exemplum.

„ *Sighinulfus* Notarius Domini Imperatoris autem . . . . . . illud vidi &
„ legi, unde unicum exemplum factum eſt hic, ſubſcripſi.

XIII. Plures in nobiliſſimo Benedictinarum Virginum Aſceterio *S. Juſtinæ* ſacro ut evolverem chartas, auctor fuit, quem ſupra cum laude memorabam, Cl. P. *Manſius*.

Imperatorum diplomata, ut ab his ordiar, quæ majoris momenti ſunt, a Cl. *Muratorio* edita fuere. Non tamen me pœnituit autographa cum *Muratorianæ* editione contendiſſe. Nam iſtam ab illis diſcrepare maxime comperi. Exemplum eſto *Ottonis* diploma, quod *Muratorius* (T. 1. *Antiquit. Italic. col.* 829.) divulgavit.

MU-

MURAT.	MS. AUTOGRAPHUM
& individuæ	individuæque
coniugem	coniugem noſtræ Celſitudinis exoraſſe clementiam, quatinus pro Dei
Monaſterio	Moneſtærio
Domnicato	Dominicato & *ſic ſemper*
Saltuclo	Saltutlo
aſſignano	*Caſſignano*
Sorctem unam	in *petrignano* Maſarios quattuor, in *Puliciano* Maſſarium unum, ſortem unam
in Tempuniano &c. (*ut ſupra*)	in *Tempuniano* unum, in Turre quinque, & Sundrium unum in *Caſtagnulo* manentes octo cum Dominicato ſalinas omnes, quæ ad ipſum pertinent Monaſterium. Caſagio dominicato in *Flexo* cum omnibus, quæ ad ipſum pertinent Monaſterium, & alias pecias de terra, quæ ſunt prope *Flexo*, & olivetum, quod ibi pertinet de *Petrucio*, *Manentem* unum in *Vaccule* pecias de vineas duas a *Capragnano*, *Manentes tres* in *ſaltuclo*, *Manentes quinque* & una peciam de vinea, & unum Sundrium domnicatum in *Fraja*, *Manentes quatuor*, in *Priſcia Manentes decem* cum terris, & vineis domnicatis in *Trotta*, Eccleſiam unam cum maſſariciis tribus, & cum terris, & vineis domnicatis in *Pacanico*; *Manentem unum* pecias de prato, tres in loco qui dicitur *Petronacco*, & alias de prato quatuor; in *Aſſignano* Maſſarium unum, ſortem unam in *Maſſa*, in *Quieſa Maſſarium* unum, a *Caprile* Maſſarium unum
Aſſignano	*Taſſignano*
terris	terris, vineis, pratis, paſcuis, montibus, vallibus aquis aquarumque decurſibus molendinis, piſcationibus, ſervis, & ancillis, aldis, & Aldiabus omnibus, rebus mobilibus, & immobilibus, ea ſcilicet &c.
in prænominato	in ſe prenominato
luitgerus	Luitgerius
Auguſti	Auguſtas

Idem *Muratorius* (T. I. *Antiquit. Italic. col.* 1007.) confirmationem Jurium edidit factam *Alpergæ*. Vide quæſo quantum ab autographo diſtat editio.

MURAT.	MS. AUTOGRAPHUM
& terris	cum terris
meretur	mereretur
aut agros	vel agros, aut reliquas poſſeſſiones in quibuſcumque locis, aut territoriis, ſeu molendinis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, vel alia omnia ad jus ipſius monaſterii pertinentes, & quæ in antea in jure ipſius loci divina pietas & bonorum hominum voluntas voluerit augeri ad cauſas audiendas vel freda exigenda aut manſionaticum vel parcitas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quam & ſervos ſuper terram ipſius commanentes inju-

F ſte

MURAT.	MS. AUTOGRAPHUM
	ſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, vel inconſuetas occaſionem requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat, aut ea quæ ſupra taxatas penitus exigere præſumat, ſed liceat memoratæ Abbatiſſæ, ſeu & his, que poſtea ejuſdem monaſterii regimen habuerint, una cum ancillis Dei ibidem degentibus tranquille vivere, & propoſitum monaſticæ converſationis quiete ſervare, ac pro ſalute noſtra, ſeu totius imperii noſtri ſtabilitate a Deo nobis conlati dei miſericordiam implorare. Quapropter precipimus, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Viecomes, Gaſtaldio, Sculdaſcio, Decano, ſeu aliqua noſtri regni magna, parvaque perſona prænominatam Abbatiſſam, atque ſanctæ moniales initi deo famulantibus, quomodo ſunt, aut in futuro inibi Deo ſervire debent, audeat moleſtare, aut inquietare præſumat ſine legali judicio. Siquis vero hujus noſtri præcepti quandoque, quod non credimus, violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem predictæ *Alpergæ* Abbatiſſæ, ſuaſque ſucceſſores ſeu ſanctæ moniales inibi Deo famulantibus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus oſſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.
invictiſſimi	& invictiſſimi

Tertium exemplum eſt Conradi II. Præceptum, quod (T. II. *Antiquit. col.* 95.) protulit *Muratorius*.

MURAT.	CARTA MS.
famulantibus	famulantibus inibique pro tempore ....
Servos	Servos ſuper ejus terra manentes
Incarnationis MXXVII.	Incarnationis MXXVI.

Varias quoque reperi in *Henrici* IV. diplomate, quod exſtat (T. II. *Murator. Antiquit. Italic. col.* 949.).

MURAT.	CARTA MS.
omnibus ſuis	omnibus ſuis pertinentiis
jure manentes	juſte manentes
familiis juſte	familiis inibi juſte
vel paratas	vel parcitas
quæ poſtea	quæ poſt eam
una cum	una cum
ſigillo	ſigillo noſtro
Auguſti	Quarti
Regni vero XX. . .	Regni vero xxy. (ſic).

Extat in ejuſdem Cœnobii Tabulario fragmentum Autographi diplomatis lati ab *Ardoino* Rege *Italiæ*, in cujus extrema parte hæc legi: *Signum Domni* Ardoini *Regis*

Cunibertus Cancellarius vice petri Cumani *Epiſcopi*, & *Archicancellarii recognovit*

...... *nis Mil.* II. *indict.* XIII. *Anno vero Domni* Ardoini *Regis primo actum* .....

Nec

Nec minor eſt in hoc Tabulario Pontificiarum Bullarum copia, atque inter cæteras exſtant *Alexandri* III. *Clementis* III. *Eugenii* III. & *Gregorii* IX. prima quidem ac poſtrema pro Monaſterio *S. Juſtinæ*, reliquæ pro Monaſterio *S. Martini de Agello Lucanæ* diœceſeos editæ. Neceſſe non eſt illas adferre; ſat mihi erit ſingularum ſubſcriptiones prodere, multum enim hinc Pontificum, & Cardinalium hiſtoriæ lucis adfulget.

Alexandrinæ Bullæ ſubſcriptiones.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.
Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus
Ego Bernardus Portuenſis & Sancte Ruffine Epiſcopus
Ego Johannes presb. Cardin. SS. Johannis & Pauli titulo Pammachii
Ego Johannes presb. Card. tit. S. Anaſtaſii
Ego Albertus presb. Card. tit. Sancti Petri ad vincula (1)
Ego Guillelmus presb. Card. tit. Sancti Petri ad vincula
Ego Boſo Presb. Card. S. Pudentiane Tit. Paſtoris
Ego Johannes presb. Card. tit. Sancti Marci
Ego Theodinus presb. Card. Sancti Vitalis Tit. Veſtine
Ego Manfredus presb. Card. S. (*ſic*) tit. Cæciliæ
Ego Cuulius (2) Diac. Card. Sancti Hadriani
Ego Hugo Diac. Card. Sancti Euſtachii juxta templum Agrippæ
Ego Laborans Sancte Marie in porticu Diac. Card.
Ego Rainerius Diac. Card. Sancti Georgii ad Velum aureum

Datum Anagnie per manum Gratiani Sancte Romane Eccleſiæ Subdiac. & Notar. XIX. Kal. Februarii Indict. IX. Incarn. Domini anno MCLXXV. Pontific. vero Domni Alexandri PP. III. anno XVII.

Bullæ Clementis III.
ſubſcriptiones.

Ego Clemens Catholice Eccleſie Epiſc.
Ego Theobaldus Hoſtienſis & Velletranſus Epiſc.
Ego Laborans Presb. Card. Sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti.
Ego Melior presb. Card. Scorum Joh. & Pauli tit. Pamachii
Ego Jacinctus Diac. Card. Sancte Marie in Coſmedin
Ego Gratianus Scorum Coſme & Damiani Diac. Card.
Ego Octavianus Scorum Sergii (*ſic*) Diac. Card.
Ego Petrus S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card.
Ego Rodulfus Sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card.

Datum Piſis per manum Moyſi Lateranenſis Canonici vicem agentis Cancellarii XVI. Kal. Februarii Indict. VI. Incarn. Dominice anno MCLXXXVII. Pontificatus vero Domini Clementis PP. III. Anno primo.

Bullæ Eugenii III.
ſubſcriptiones.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.
Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus SS.
Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum
Ego Ottavianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano
Ego Jacintus Diac. Card. Sancte Mariæ in Coſmydyn
Ego Hubaldus Presb. Card. Tituli Sancti Johannis & Pauli
Ego Julius Presb. Card. Tituli Sancti Marcelli
Ego Guido Presb. Card. Titulo Paſtoris

F 2 Ego

(1) Ita quidem in apographo quodam; at in alio Albertus dicitur Tit. S. Laurentii in Lucina.
(2) In alio apographo *Eringbus*.

Digitized by Google

Ego Jordanus Presb. Card. Titulo Sancte Suſannæ

Datum Piſis per manum Guidonis Sancte Rom. Eccl. Diaconi Cardinalis & Cancellarii XIV. Kal. Decembris Indictione XII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVIII. Pontificatus vero Domni Eugenii Papæ III. anno IIII.

Bullæ Gregorii IX.

ſubſcriptiones.

Ego Gregorius Cath. Eccl. Epiſc. SS.
Ego Corradus Porduenſis & Sancte Ruffinæ Epiſc.
Ego Oliverus Sabinenſ. Epiſc.
Ego Stefanus Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presb. Card.
Ego Thomas Titulo S. Sabinæ Presb. Card.
Ego Oct. Scm Sergii, & Bachi Diac. Card.
Ego Raineriu Sancte Marie in Coſmidin Diac. Card.
Ego Stefanus Sancti Adriani Diac. Card.
Ego Petrus Sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card.

Datum Anagnæ per manum magiſtri Seneballi Sancte Romanæ Ecclefie Vicecancellarii II. Kal. Julii Indictione XV. Incarnation. Dominice MCCXXVII. Pontificatus vero Domni Gregorii Papæ IX.

XIV. Jam vero ut tandem hoc caput abſolvam, exhibeo heic varias lectiones ad Synodale judicium *Lucæ* habitum a. 1062. quod poſt *Florentinium* in Appendice ad vitam *Mathildis* (p. 127.) iterum edidit Cl. P. *Manſius* (T. I. *ſuppl. ad Concilia p.* 1367. *ſeqq.*) quin autographum ipſum poſſet conſulere.

Synodale Judicium apud Florentinium in Appendice (pag. 127.)

Edit.	*MS.*
diffinitur	diffiniuntur
Alexandro	Domno *Alexandro*
quorum	quarum
Eristhe	Erithe
dictum	dictu
apponentes	opponentes
Dei	quamobrem Dei
ſic	ſicut
direxit	direxit illuc
intrepide	intrepida
audientiam	audientia
& non repreſentaretur	& ſe non præſentaret
debere	deberet
dediſſet	detuliſſet
veniſſet	veniens
accuſationem	incuſationem
accuſationis	incuſationis
Abatiſſam	Abatiſſa
congregationis	contionis
fuerunt	fuerant
quatenus	quatinus
ſuprad.	ſupradictarum
neque fornicat.	neque ſe fornic.
agnita	cognita
convenctu	conventu
Epiſcopo	& Epiſcopis
da Bruzo	*de Bruzo.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT II.

Reditus Luca Florentiam Piſtorienſi urbe reviſa, & Jaccberinenſis conventus Mss. codicibus aliquot adnotatis; Florentinæ Bibliothecæ S. Marci codices Latini recenſi; ad Carthuſienſium ædes excurſus; eorumdemque Archivum, unde quarundem chartarum veterum notitia eruitur.

I. ULtra quam initio mecum conſtitueram, *Lucæ* commoratus ſum, ut quem cœperam, abſolverem moleſtum illum quidem, ſed ad *Iſidorianorum* operum editionem, cujus conſpectum in vulgus nuper emiſi, pernecellarium ſane laborem Mss. aliquot Codicum cum impreſſis S. D. libris conferendorum. Sed tandem amicis conſalutatis, *P. Manſio* cum primis, ceteriſque PP. Matris Dei, qui omni me officiorum genere cumulaverant, pridie Kalendas Majas *Piſtorium* contendi. Heic etiam aliquamdiu manendum mihi eſſe intellexi, ut duos, treſve *Iſidorianos* Codices diligenter evolverem. Interea tamen illud commode ceſſit, ut Cl. *Franciſcus Ignatius Merlinius* indiculum aliquot Codicum Mss. qui in *Jaccberinenſi* PP. *Minorum Obſervantium* Bibliotheca etiamnum exſtant, mecum communicarit. Heic ergo *Jaccberinenſes* Codices enumerabo; moneo tamen multo plures in ea Bibliotheca ejuſmodi Mss. libros adſervari. At mihi ſatis erit, quos novi, heic recenſere.

II. Dum ad hæc ſcribenda animum calamumque adjicio, mihi humaniſſimus *Franciſcus Maria Raffaelli Eugubinus*, & *Cingulanus* Patricius eruditum, quem ipſe diligentiſſime elucubravit, commentarium dono mittit inſcriptum *della Famiglia, delle perſone, deg' Impieghi, e delle opere di Meſſer Boſone da Gubbio*, & *Florentiæ* editum a. 1755. in Lamianis *deliciis eruditorum*. Quamobrem a *Boſone*, ut ejus editori grati animi ſignificationem quampiam exhibeam, initium eſto. Quæ in *Dantis* comœdiam commentatus eſt *Boſo*, *Jaccberinenſis* Codex unus complectitur; alius B. *Jacobi Tudertini* carmina; *Auguſtalem* libellum *Benvenuti Imolenſis*, & *Johannis Viterbienſis* opera quædam alius.

Eſt etiam ibi Chartaceus Codex f. in quo non pauca opuſcula. Quænam ea ſint, docet index primæ pagellæ adſcriptus, qui hujuſmodi eſt. *Sermo* de *Proceſſione Spiritus S. Dialogus* B. Auguſtini *ad Oroſium presbyterum*, *Dialogus de origine animæ* ab incerto auctore editus (*ex variis ſcriptis*, *& Epiſtolis SS. Auguſtini*, *atque Hieronymi excerptus*, *atque collectus*, in *quo de origine animæ*, *& unde culpam contraxerit diſputatur*, ut præ ſe fert titulus, quo prænotatur); *Manuale B. Auguſtini de Verbo Dei*, Ejuſdem *ſcala Paradiſi*; ejuſdem *de triplici habitaculo*; ejuſdem *de vita*, *& moribus Clericorum*; ejuſdem *ſermo ad Clericos*; ejuſdem *ad Clericos de contemptu Mundi*, ejuſdem *de Beata vita*; ejuſdem *ſermo de aſſumptione Virginis glorioſæ*; ejuſdem *de divinatione Dæmonum*; ejuſdem *de honeſtate mulierum*, ejuſdem *de convenientia decem præceptorum Legis*, *& decem plagarum Ægypti*; Oratio B. *Hieronymi* Presbyteri. Adnotatio, quæ ſub finem legitur, ſcriptorem, & annum, quo exaratus eſt Codex, prodit: *Finit hic liber ſcriptus per me* Hieronymum Zenonium *Canonicum* Piſtorienſem (a quo alios non paucos Codices fuiſſe deſcriptos in *Bibliotheca Piſtorienſi* notavi) *anno Domini* 1489. *die* 5. *Januarii*.

Duo Codices, membranaceus in 4. XIV. ſæculi alter, alter XV. ſæculi chartaceus f. vitam exhibent S. *Hieronymi* Italice ſcriptam; verum hæc ab alio atque illa auctore profecta videtur. Secundus præterea Codex duo hæc continet Italicis verſibus expreſſa I. *Confeſſione di Santa Maria Maddalena*. II. *Le ſepte allegrezze di noſtra Donna*.

In *Bibliotheca Piſtorienſi* (*p.* 201.) *Evangeliſtæ Gerbi* opus memoravi inſcriptum

ptum *della Metamorfoſi, cioè traſformazione del virtuoſo*. Ejus autographum a
Jacchertinenſibus Patribus ſervatur, atque monito quodam, quod initio adſcri-
ptum eſt, docemur, fuiſſe ab *Evangeliſta* hoſce libros ante compoſitos, quam
Franciſcanæ familiæ nomen daret.

Jacobi de Voragine Vitæ Sanctorum Italice ſcriptæ. Codex membranac. f.

Storie de' Santi Padri, codex item membranac. f.

Dantis *Paradiſus*, Codex chartaceus f.

Celebertimi *Savonarolæ* vita.

Chronicon *Jaccbertinenſis* Conventus, quem *Julianus*, ſeu potius *Gabriel*, ut
rectius in ipſo hoc chronico alicubi dicitur, *de Panciaticis* anno 1414. erexit.
Mira heic *de Jaccherini* etymo traduntur.

III. Pauca hæc *Piſtorium* dedit; multo plura *Florentia*, ad quam urbem quum
ſub medium menſem Majum advenιſſem, ſtatim de conquirendis *Iſidorianorum*
operum codicibus cogitavi. Quum autem aliquot in lectiſſima PP. Dominica-
norum *S. Marci* adſerventur, illam adii; quo factum, ut eorum Patrum, præ-
ſertim vero doctiſſimi P. *Angeli Mariæ Moncadæ* humanitate ſumma ceteros quo-
que Codices omnes luſtrare, illorumque Indiculum deſcribere mihi licuerit. La-
tinos autem tantum heic commemorabo, *Iſidorianis* tamen, de quibus alias ſer-
mo erit inſtituendus, prætermiſſis. Nam Græcos, qui non exiguo numero ibi
ſunt, & vetuſtate præſtant, ab ipſo P. *Moncada* brevi recenſendos in erudito,
quod parat, opere nuper intellexi, neque decet, ut in alienam ego meſſem fal-
cem immittam. Neque vero pauci latini ſunt. Quamobrem in aliquot illos claſ-
ſes partiri lubet, quarum quæ duæ principes ſunt, eos in ſacros, & profanos
tribuent; harum autem ſingulas in alias iterum claſſes diſpertiar. A ſacris igitur
ordiri placet, primum autem a Biblicis, atque Sanctorum Patrum (quorum ta-
men hiſtoricos, & Aſceticos libros in aliam claſſem rejicio) Mss. codicibus.

Liber Eccleſiaſtis. Codex 4. membranac. ſæculi XI. aut XII. In eo præterea
hæc ſunt. I. *Expoſitio luculentiſſima Regulæ* B. Auguſtini *Epiſcopi ad Canonicos*.
II. *Dicta* S. Auguſtini *de triginta gradibus*. III. *Albinius* (ſic) *Presbyter indignus
non in facto, ſed tantummodo ſolo nomine portans nomine Heremitæ Arnaldo Paria-
cenſi* (f. Pariſiacenſi) *Canonico, & ſuo fideliſſimo amico optat gloriam, & pacem
ſempiternam*. Mittit autem *Albinius Arnaldo* libellum XXXIV. capitibus conſtantem
de caritate, de humilitate, deobedientia, de continentia, de ſilentio &c. Heinc au-
geri poterit J. *Alberti Fabricii Bibliotheca mediæ, & infimæ latinitatis*, quo loco
Albinum Eremitam memorat (*T. 1. p. 53. noviſſ. Patav. edit.*) IV. *Quæſtiones*
Oroſii Paulli *ſolutæ* a B. *Auguſtino* Epiſcopo, & alia quædam minoris momenti.

Codex membranac. 4. ſæculi X. aut XI. quod Novum Teſtamentum comple-
ctitur hoc ordine. I. Evangelia, in quorum fine hæc reperi: *Matthæus habet te-
ſtimonia Prophetarum* XXXIII. *Canones* CCCLV. *Marcus habet teſtimonia Prophetarum*
XVII. *Canones* CCXXXVIII. *Lucas habet teſtimonia Prophetarum* XVII. *Canones* CCC-
XLIII. *Johannes habet teſtimonia Prophetarum* XVI. *Canones* CCXXXII. Quæ cum
Vulgatis ſtichometriis conferenda erunt. II. *Actus Apoſtolorum* in LXXV. Capitula
diſtributi. III. *Epiſtola S. Jacobi Apoſtoli*, quæ XV. capitibus conſtat. III. *S. Pe-
tri, S. Johannis*, & *S. Judæ* Epiſtola. IV. Liber *Apocalypſis*. V. Epiſtola ad
Romanos, cui in fine adſcriptum: *habet verſus* CMXI. VI. Prima *ad Corinthios*, &
ſecunda, ut in fine adnotatur, *ſcripta de Macedonia*. VII. Epiſtola *ad Galatas
ſcripta ab Urbe Roma*. VIII. Epiſtola *ad Epheſios miſſa a Roma de carcere*. IX.
Epiſtola *ad Philippenſes ſcripta de Roma*. X. Epiſtola *ad Coloſſenſes ſcripta de
Roma*. X. Epiſtola (apocrypha) *ad Laodicenſes*. XI. *ad Theſſalonicenſes* prima
ſcripta ab Athenis. XII. Secunda ad eoſdem. XIII. *ad Timotheum* prima *ſcripta
de Laodicia* (ſic). XIV. *ad Timotheum* ſecunda *ſcripta de Laodicia* (quæ tamen
verba expuncta ſunt). XV. *ad Titum ſcripta de Nicopoli*. XVI. *ad Philemonem
ſcripta ab Urbe Roma*. XVI. *ad Hebræos ſcripta de Italia*. Singulis autem fere
libris,

Digitized by Google

libris, atque adeo Epiſtolis ſui adduntur Prologi. Verſio Syriaca *Apocalypſis S. Johannis*. Codex Chartaceus f. Librarius *Jacobus Heſronita* ſcribit ſe eamdem *Romæ* 1582. ab autographo antiquiſſimo deſcripſiſſe *Thomæ de Charkel*, qui in Polyglottis *Londinenſibus* perperam dicitur *Thomas Heracleenſis*.

Gloſſulæ Anonymi ſuper *Matthæum*. Præterea *dicta a Domino Papa Alexandrò* (III.) *in Concilio Romæ habito* (a. 1179.) *promulgata*. Primum eſt *de electionè Romani Pontificis, & quod tribus partibus concordantibus quarta ſileat.* Codex membranac. 4. ſæculi XII., quem ut adnotatum in ipſo Codice inveni, *donavit Fratri* .... de Florentia die XXI. *Octobris* 1490. *Veſpeſianus* (ſic) *Philippi civis Florentinus librorum diligentiſſimus inveſtigator*.

Codex chartaceus fol. ſæculi XV. continet *expoſitiones* quaſdam *in Sacram Scripturam, & caſus diverſos*. *Compilata ſunt* autem hæc, (ut Codici adſcriptum eſt) *ſeu in hanc formam redacta a Fratre* Nicolao Piſano Ordinis Prædicatorum, *& conceſſa ad uſum Fratri* Franciſco Andreæ de Florentia *Filio ejuſdem conventus anno D.* 1482. *menſe Februarii die* 17. *per Ven Fr.* Vincentium de Caſtro Novo (id eſt Fratrem *Bandellum*) *Priorem*.

C. Weti (Vettii) *Aquilini Juvenci* V. C. *Presbyteri*. Evangelia hexametris verſibus reddita. Præſtantiſſimus Codex 4. membranac. ſæculi X. ad quem accedit *liber Magiſtri* Johannis Belet *de doctrina Eccleſiaſtica*, ſeu ut in fine vocatur, *de Eccleſiaſticis Officiis* XIII. ſæculo ſcriptus. Idem Juvenci opus cum *Centona Proba ex carminibus P. Virgilii* exſtat in membranac. Codice ſæculi XV. 4., quem, ut in fine legitur, *Coſme de Medicis Johannes Aretinus Florentiæ idibus Februarii abſolvit feliciter*.

Gaij *Sollii Apollinaris* Epiſtolarum libri, & Panegyrici. Codex membranac. 4. ſæculi X. cui additur liber *de ſcientia vel amore Aſtrolapſus* (ſic) *de Arabico in Latinum translatus*.

Commentarius *Philippi Presbyteri in librum Job* ad *Nectarium* Epiſcopum. De hoc *Philippo Gennadius*, cujus verba initio Codicis membranacei 4. ſæculo XI. exarati adſcribuntur.

Expoſitio Rabani *Doctoris* in libros Regum. Codex membranac. 4. ſæculi XII.

B. *Hilarii Pictavienſis* Epiſcopi *de Sancta Trinitate* libri XII. Codex membranac. f. pervetuſtus X. aut etiam IX. ſæculi.

Liber Epiſtolarum S. Cypriani *Martyris, & Doctoris eximii Carthaginienſis Epiſcopi primatis totius Africæ, quæ eſt tertia pars Mundi*. Codex membranac. 4. ſæculi X. Epiſtolæ ſunt LXVI., quas ſequitur *Oratio* Cypriani, *Domine Sancte Pater Agios* &c. & *Cæna Cypriani*.

Codex Chartaceus fol. ſæculi XV. quem *conventui donavit Nobilis Vir* Veſpeſianus Philippi *de* Florentia *anno Domini* 1478. *die* 19. *Januarii*. Hæc in eo adnotata reperi, quæ Codicis hiſtoriam, reſque in illo contentas exponunt. *Liber qui dicitur* Theſaurus Cyrilli Alexandrini *Archiepiſcopi adverſus hæreticos, quod Filius, & Spiritus Sanctus ſunt unus Deus cum Patre, ex Græco in Latinum* per Georgium Trapezuntium *translatus, cujus ſunt libri* XIV. *Qui liber tranſumptus eſt dicti* della Caſa. *Hunc autem librum extra Libreriam dari noluit prædictus* Veſpeſianus *ſine licentia ſua*. Inſcriptus eſt liber a *Georgio Inclito* Alphonſo *Regi* Aragonum, & *utriuſque Siciliæ*.

Codex membranaceus fol. ſæculi X. *Cæſarii Arelatenſis*: in eo ſunt *Ammonitiones*, ſeu homiliæ. Eas diligentius percenſere lubet cum editis collatas, ut ſiquis novam illarum editionem adgrederetur, juvari facilius ejus heinc labor poſſit.

Codex	Editio ex Bibliotheca Patrum.
Ammonitio de lectione Apoſtolica, ubi ait: ſi cujus opus &c. (a)	(a) Hom. VIII.
Ammonitio, per quam oſtenduntur tria	

gene-

Codex.	Editio ex Bibliotheca Patrum.
genera eleemoſynarum, quibus peccata abſque labore corporis redimi poſſunt (b)	(b) Hom. IX.
Ammonitio, per quam docemur &c. (c)	(c) Hom. X.
De diligendis inimicis (d)	(d) Hom. XI.
Ammonitio, per quam ſuadetur &c. (e)	(e) Hom. XII.
Ammonitio &c. (f)	(f) Hom. XIII.
Ammonitio &c. (g)	(g) Hom. XIV.
Ammonitio &c. (h)	(h) Hom. XV.
Ammonitio ad illos, qui ſic &c. (i)	(i) Hom. XVI.
Ammonitio &c. (k)	(k) Hom. XVII.
Ammonitio &c. (l) deſinit in ea verba: *de veſtro in filiis merito jam reſurgat.*	(l) Hom. XVIII.
Ejuſdem *ad Fratres, vel ad Monachos* (m). *Sanctus ac Venerabilis Pater veſter religioſa quidem humilitate, ſed prope indiſcreta ſuggeſtione poſtulat, ut ad ſanctam Caritatem veſtram exhortatorium debeam proferre ſermonem; & dum vobis, quod jam prope non indigetis, deſiderat providere, nobis videtur verecundiam ingerere. Quid enim nos dicturi ſumus verbo, quod vos jam glorioſo non impleatis exemplo? Numquid debemus vobis dicere: nolite mundum diligere; quos cognoſcimus cum omnibus deſideriis ſuis tota fidei devotione contemnere? Dicturi vobis ſumus deſpicere* (f. deſpicite) *ſaeculi ornamenta quae jam Deo propitio velut purgamenta, ac ſtercora reſpuiſtis? Numquid dicere poſſumus ut de ſubſtantia veſtra eleemoſynas tribuatis, qui non ſolum facultates, ſed etiam vos ipſos Domino fideliter obtuliſtis? Numquid admonendi eſtis, gulae vel ebrietati minime deſervire, quum vos videamus jejuniis, & vigiliis indeſinenter inſiſtere? Numquid praedicare poſſumus, ut lites, & ſcandala debeatis fugere, quos videmus & de periculoſo, & nimis fluctibus inquieto ſaeculi hujus pelago ad portum Monaſterii fideliter, ac feliciter convolaſſe? Et licet de his omnibus, quae in vobis Deus contulit, gaudeamus, & quia illa Deo propitiante, fideliter exercetis, ammonere vos minime praeſumimus. Eſt tamen quod non incongrue;* (n)	(m) Confer Hom. XXXVI. (n) Cetera, ut in Homilia XVIII.
Homilia Caeſarii de eo quod ſcriptum eſt in Evangelio: Regnum Dei intra vos eſt, *& ut inter animam, & carnem juſto judicio judicetur, & nunquam contra Deum murmurantes pacem cum ipſo habere poſſimus* (o)	(o) Hom. XIX.
Ammonitio populo &c. (p)	(p) Hom. XX.

Ejuſ-

Codex.	Editio ex Bibliotheca Patrum.
Ejuſdem *de dilectione parentum*, *& de decima*, *& quod ſuperabundat tibi*, *da pauperibus*. (q)	(q) Hom. XXI.
Item ejuſdem *de miſericordia* &c. (r)	(r) Hom. XXII.
Homilia (s)	(s) Hom. XXIII.
Omelia ejuſdem *de ſimilitudine ulme* (ſic) *arboris*, *& de vite ſimilitudinem* (ſic) *a nobis* (t)	(t) Hom. XXIV.
Item ejuſdem: *Frange eſurienti panem tuum*, *& quod melius eſt eleemoſina*, *quam jejunium*. *Rogo vos Fratres* Cariſſimi, *ut in iſto legitimo*, *ac ſacratiſſimo Quadrageſimæ tempore*, *exceptis Dominicis diebus*, *nullus prandere præſumat*, *niſi forte ille*, *quem jejunare infirmitas non permittit* &c. (u)	(u) Hom. II.
Item ejuſdem: *Frange eſurienti panem tuum* (x)	(x) Hom. XLVI.
Sermo S. Auguſtini *de perſecutione inimicorum*, *& ſi in perſecutione Chriſtum negavimus*, *non erimus perfecti*. Hoc ejus initium: *Frequenter diximus*: *Chriſtiani perſecutionem patiuntur*: *mundus iſte in maligno poſitus eſt*. (y)	(y) Hom. XLV.
Item Ejuſdem Cæſarii *Epiſcopi*, *ut Sacerdotes prædicationi inſiſtant* (z)	(z) Hom. XXVII.
Ejuſdem *Monachis*. *& Eremitis* (aa)	(aa) Hom. XXVIII.
Ejuſdem *eiſdem* (bb)	(bb) Hom. XXIX.
Ejuſdem *cor mundum a minutis neglegentiis* (cc)	(cc) Hom. XXX.
Homelia ad heremos, *qui venit* (dd)	(dd) Hom. XXXI.
Admonitio de borrendis fabulis otioſi (ee)	(ee) Hom. XXXII.
Homelia Cæſarii, *quomodo ad audiendam lectionem in Eccleſiam debeamus concurrere* (ff)	(ff) Hom. XXXIII.
Ammonitio populi, *quos* (ſic) *modo in Eccleſia continere debet*. (gg)	(gg) Hom. XXXIV.
De exemplo bene vivendi (hh)	(hh) Hom. XXXV.
Homelia Cæſarii *de ſalubribus medicamentis* (ii)	(ii) Hom. XXXVII.
Homelia (ll)	(ll) Hom. XXXVIII.
De gaudio vocationis, *& de contritione perditionis* (mm)	(mm) Hom. XXXIX.

Codex in fine mutilus eſt. Initio indiculus homiliarum legitur; in eo autem tituli paullo aliter, quam ſuo loco, exhibentur. Nam XXXIII. inter editas homilia inſcribitur *Ammonitio Domni Ephræm de oratione vel ſermonibus otioſis*; XXXIV. *Item alia ammonitio ejuſdem ut genua in oratione flectantur*, *vel de verbis otioſis*; XXXV. *Item ejuſdem Sem* (forte *ſermo*, aut *Ephræm*); XXXVII. *de Letania* XXXIX. *de die Judicii*.

Paullo antiquior, ac ſæculi IX. codex alius in fine mutilus, uti ſuperior, ejuſdem *Cæſarii* homilias continet, atque ab octava inter editas homilia & hic initium ſumit. Homiliæ XIII. & XVIII. ex editis in hoc codi-

codice deſiderantur. Homiliam in editionibus XX. ſequuntur quæ in editis libris inſcribuntur XXXVIII. XXXIX. & XL. Tum exſtant homilia inter editas XXI. quæ prænotatur *de eleemoſyna*, XXII. XXIII. XXIV. & II. quæ inſcribitur: *ejuſdem in hoc ſermone, quod dicitur* frange eſurienti panem tuum, *& quod melius eſt Eleemoſyna, quam jejunium, & ut peregrini vel in uno angulo domus excipiantur, & de veſtimentis commeſtis* (ſic). Deſunt in editis, qui tres ſequuntur ſermones hoc titulo: *Admonitio ejuſdem in Quadrageſima* (initium eſt: *Moyſes* XL. *diebus*, & XL. *noctibus in heremo jejunavit*); *Item admonitio Ejuſdem in Quadrageſima* (incipit: *Nos Sanctæ Quadrageſimæ dies Fratres cariſſimi, debemus omni veneratione ſuſcipere*); *Item de eadem re* (*Non uſque adeo contriſtari debemus Fratres, quod in his Quadrageſimæ diebus*). Poſt hos habemus homilias XL. quæ uti in ſuperiore codice, *ſermo S.* Auguſtini *Epiſcopi* prænotatur, XXVIII. XXIX., XXXIII. (*Incipit Ammonitio Domni* Ephræm *de oratione, & ſermonibus otioſis*) XXXIV. XXXV. (utraque *Ephræmo* tribuitur) XXXVII. XXXVIII., iterum XL. XLI., & XLII. Ad has accedit I. *Sermo S. Auguſtini* Epiſcopi: *Beatus homo, cui miſerebitur Deus; confiteamur Fratres* &c. II. *De viduitate ſervanda* (deeſt in editis). *Audi filia derelicta, quæ perdidiſti ſolatium caritatis*. III. *Sermo* S. Ambroſii *de pœnitentia agenda, ſeu homilia* XLIV., quam editi libri *Auguſtino* adjudicant. IV. Alia *Ammonitio* S. Cæſarii: *Sanctus, ac Venerabilis Pater*. & cetera, quæ ex ſuperiore codice deſcripſimus. V. *De amatoribus Mundi*. *Mundi amatores non ſolum ex eo rei ſunt* &c. omittunt editiones. VI. *de amatoribus miſericordiæ*: *Graviter in Deum delinquunt, qui divitias a Deo conceſſas non in rebus ſalutaribus* &c. Et hæc homilia in editis deſideratur.

Sancti Gregorii Nazianzeni *Apologeticus in Latinum translatus* (a Ruffino) *ex Græco*, & Aproniano inſcriptus. Ejuſdem *de Natali Domini, & Epiphaniis*. Item *de luminibus, & ſecundis Epiphaniis*. Sermo *quum de agro reverteretur*. Item *de dictis* Hieremiæ *ante Imperatorem de quodam periclitante*. Item *de Pentecoſte, & de Spiritu Sancto*. Item *de reconciliatione, & unitate Monachorum*. Item *de grandinis vaſtatione*. Item *de fide ipſius* S. Gregorii. Opuſculorum ordo, ac Tituli paullulum heic ab editis diſcrepant. De hac *Ruffini* verſione confer *Fontaninium* (*hiſt. litter. Aquilejenſis* lib. V. C. VIII.), & P. *de Rubeis* in diſſert. *de Turriano Ruffino* (cap. XIV. *pag.* 95. *ſeq.*) Vides heic deeſſe quam nonnulli addunt, *Gregorii* orationem *de Arianis*. Num autem id argumento alicui ſit, *Ruffino* (quod alii ſentiunt) abjudicandam latinam hujus Orationis interpretationem, peritiores judicent. Verum in Codice membranaceo 4. ſæculi XI. qui hæc *Nazianzeni* opuſcula continet, alius exſtat præterea ſermo *de inventione capitis S. Johannis Baptiſtæ*, quem ex *Vallicellano*, & *Leodienſi* Codicibus, & ex editis in *Cypriano Rigaltii* intulit *Papebrochius* in Tomum IV. Junii (*pag.* 757. *Antuerpienſis editionis*).

Codex chartaceus f. ſæculi XV. Hæc legas primæ pagellæ adſcripta: *S. Johannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium* S. Johannis *Evangeliſtæ Homeliæ* LXXXVIII. *traductæ per* Franciſcum Aretinum *circa annum Domini* 1459. *& eſt hæc originalis traductio, quam* Coſmo (Medici) *emendatam miſit dictus* Franciſcus, *cum paulo ante ejuſdem traductio inemendata avolaſſet e manibus ſuis, ut in fine ſuæ præfationis aſſerit*. Porro ſub finem præfationis *ad Clariſſ. Virum* Coſmum Medicen Florentinum hæc habet *Franciſcus*: *Juſſiſti* Florentiam *venire*; *veni*; *te viſitavi*; *ut filium accepiſti*; *Spem bonam dediſti*. *Sed cum inter loquendum abs te acciperem, quantopere in* Johannis Chryſoſtomi *commentario ſuper Johannis Evangelio, quem nuper rudi, & inemendato ſtylo traductum Reverendo Patri* Iohanni *Epiſcopo* Atrebatenſi *dederam, delectarere, incredibilem cepi voluptatem aliqua ex parte tuæ in me benignitati ſatisfactum ratus*. *Itaque cum primum* Romam *redirem, me ei ultimam manum imponere, & clariſſimo nomini tuo inſcribere pollicitus ſum*. *Primam igitur ejus partem, cujus Græcum exemplar penes me eſt, pro ingenioli mei viribus*

emen

Digitized by Google

emendavi, quam, dum reliquum & inveniam, & abſolvam, viſum eſt interea ad præſtantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meæ memorem intelligas. Opus enim permagnum eſt, & tempore indiget. Hæc *Franciſcus Accoltus*; de quo *Mazzuchellium* V. Cl. adi (*T. 1. pag. 68. ſeqq.*)

B. Johannis *Chryſoſtomi liber* xxiv. ſuper *Matthæum a Georgio Trapezuntio ex Græco in Latinum traductus* (uſque ad librum lxxxviii.) Ad calcem exſtat *Georgii Trapezuntii epiſtola illuſtri Senatori Veneto* Franciſco Barbaro *ex Urbe* V. *Kal. Majas* 1450., cujus initium: *Redditæ mihi ſunt tuæ litteræ* &c.

Johannes Chryſoſtomus adverſus vituperatores vitæ Monaſticæ, Ambroſio Florentino Ordinis Cimaldulenſium interprete, qui verſionem ſuam *Domino amantiſſimo, ac merito venerabili P. Matthæo* inſcripſit. Codex membran. in 4. ſæculi xv. Amanuenſis quis fuerit, diſcimus ex hac adnotatione, quæ librum claudit: *Omni bono Scholæ Marcus Quartarius Parmenſis hunc librum Florentiæ* xvi. *Kal. Decembres feliciter abſolvi.*

Eſt alius ſimilis Codex membranaceus, in quo eadem verſio, & ab alio amanuenſi deſcripta. Fuit is *Johannes Arretinus*, qui *Coſmæ de Medicis hunc librum Florentiæ nonis Februarii feliciter abſolvit*, ut in fine codicis legitur.

D. Johannis Chryſoſtomi Archiepiſc. Conſtantinop. *in Evangelium ſecundum* Matthæum *altera brevis interpretatio nunc primum verſa & nuſquam alias in lucem edita*. Inſcriptum opus *Marcello Cervino* S. R. E. Cardinali. Sub finem epiſtolæ ad *Cervinum* hæc ſcribit *Chryſtophorus Serarrigus Florianus* interpres: *accipe igitur ea qua ſolitus es, fronte & animo perbenigno aureum* Johannis *cognomento* Chryſoſtomi *opuſculum, quod nos nuper e Græco Latinitate donavimus* &c. *Florentia* data eſt epiſtola Kalendis Maij 1540. Quindecim autem poſt annis *Chriſtophorus Venetiis* ſub veriore *Titi Boſtrenſis* nomine hoc opus divulgavit, ut ſcribit in *Bibliotheca Græca* Fabricius T. viii. (*p.* 413.) Codex Chartaceus ſæculi xvi. 4.

Codex Chartaceus f. ſæculi xv., in quo præter opuſcula aliquot *Athanaſii*, & *Cyrilli*, itemque *S. Procli* Conſtantinop. Urbis Epiſcopi adverſus hæreticos, & maxime Neſtorianorum pravitatem ad *Armenos* epiſtolam legitur Epiſtola *Ven. P. Noſtri Brunonis* (Carthuſianorum auctoris) *ad Rodulfum* (Radulfum aliis) *cognomento* Viridem *Eccleſiæ* Remorum *prius Præpoſitum, ac poſtea ejuſdem Archiepiſcopum Civitatis.*

Ambroſii Monachi in librum S. Baſilii *Epiſcopi de vera integritate Virginitatis*; quam ſcilicet ejus libri verſionem *Ambroſius Camaldulenſis* inſcribit *D. Ven.*, *atque omni caſtitatis officio ſuſcipiendo* P. Gabrieli. Hanc ſequitur *laudatio* S. Joſeph *Patriarchæ a* B. Ephræm Syro *edita*. Codex chartac. 4. ſæculi xv.

Codex chartaceus fol. ſcriptus anno 1495. *Bedam* exhibet in epiſtolas, & Evangelia totius anni; inſuper *Evangelium* Nicodemi, *qui venit ad Jeſum, nocte, quod legitur in hebdomada Sancta.*

Codex membranac. f. ſub initium ſæculi x., aut ix. finem exaratus. In eo videre eſt *excerptionem Venerab.* Bedæ *ex opuſculis* S. Auguſtini *Epiſcopi in epiſtolas* Paulli *Apoſtoli*; item librum *B. Auguſtini de natura boni*; item Ejuſdem *de octo quæſtionibus* ex *Veteri Teſtamento, de utilitate Credendi*, & *de gratia Novi Teſtamenti ad* Honoratum.

Tractatus *Sancti* (ſic) Bedæ *Presbyteri in Evangelium ſecundum Marcum*. Codex membran. fol. ſæculi xiii.

Alia *Bedæ* opera in Codice ſæculi xii. f. membranaceo, eoque pictis imaginibus ornato continentur. Sunt illa *Actuum Apoſtolorum expoſitio Bedæ Scoti*; Epiſtola *S. Jacobi* Apoſtoli, & expoſitio *Beati Bedæ Presbyteri*; Epiſtola *B. Petri* Apoſtoli, & *commentum* B. Bedæ *Presbyteri*; Epiſtola *Petri* ſecunda, & *Tractatus ejuſdem* Bedæ; *expoſitio* B. Bedæ *Presbyteri* in Epiſtolam *Judæ* Apoſtoli; Expoſitio Epiſtolæ *B. Johannis* Apoſtoli; *Tractatus de Secunda Epiſtola* Johannis; *Tractatus in epiſtolam* Johannis *tertiam*. *Tractatus* B. Bedæ *Presbyteri ſuper Apocaly-*

Digitized by Google

calypſin, libri duo. Adcedit tractatus *S. Auguſtini* in epiſtolam *B. Johannis* Apoſtoli, & Evangeliſtæ *ad Parthos*.

Tractatus *Origenis* in Epiſtolam *B. Paulli* Apoſtoli ad *Romanos*, *Ruffino* interprete, quem tamen *Hieronymum* perperam Amanuenſis credidit. Hinc in fine ſcripſit: *explicit liber decimus explanationum* Origenis *in Epiſtola* (ſic) Pauli *ad* Romanos, Hieronymi *Orthodoxi egregii Presbyteri translatio de Græco in Latinum feliciter*. Ceterum alii ſequiore ævo ſcripti codices *Hieronymo* hanc interpretationem tribuunt. Vide *Fontaninium* (*hiſt. litter. Aquilej. lib. v. c. 7. num. 6.*) ſequuntur in hoc eodem, de quo agimus, Codice membranac. fol. ſæc. XI. aut XII. genuina quædam *S. Hieronymi* opera, nempe *in Epiſtolam Paulli ad Galatas* libri III. *in Epiſtolam ad Epheſios* libri item tres, & *in epiſtolas ad Titum*, *& ad Philemonem* libri ſingulares.

Sermones CIX. Sancti *Ambroſii Mediolanenſis*. Ejuſdem *de Iſaac*, *& anima*. Ejuſdem *de bono mortis*; tum *Ariſteus* ad *Philocratem* fratrem de LXX. Interpretibus, per *Matthiam Palmerium Piſanum* e Græco in Latinum verſus, & *Paullo* H. P. M. inſcriptus. Codex Chartaceus 4. ſæculi XV.

Libri *de vocatione omnium gentium B. Ambroſio* tributi, quibus in fine hæc adſcribitur notatio: *Qui diu perditus credebatur* de vocatione omnium gentium *Sacratiſſimi Doctoris Ambroſii libellum Clariſſimus Vir Coſma Johannis de Medicis tranſcribendi curam appoſuit*, *anno Domini* 1446. Codex membranac. 4. ſæculi XV.

Periarchon Origenis libri IV. *Ruffino* Interprete. Codex membranac. 4. ſæculi XV.

Auguſtini tractatus in *Johannis* Evangelium. Codex membranac. fol. ſæculi XII. Ex duplici, quæ in extrema pagina legitur, notatione diſcimus librum hunc pertinuiſſe primum ad *Colucium Pierium de Salutatis* Cancellarium *Florentinum*, deinde ad *Coſmam Johannis de Medicis de Florentia*.

Liber *S. Auguſtini* Epiſcopi ad *Suavianum Monachum*. *Scriptum eſt o Fili* &c. Liber *de conflictu vitiorum atque virtutum* S. Ambroſii *Epiſcopi* Mediolanenſis *Eccleſiæ* (confer *Oudinum* in Commentario *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* T. I. *col.* 973. *ſeq.*). Libellus *Smaragdi* Abbatis, *quem collegit de diverſorum Patrum dictis*, *cui nomen* diadema *impoſuit* Monachorum. Codex membranac. 4. ſæculi XIV.

Codex membranac. 4. ſæculi XII. Hæc in eo. *Enchiridion* S. Auguſtini. Sequitur Sermo *de dedicatione Eccleſiæ*. Tractatus eſt in plura capita diſtributus. Primum eſt, *quid ſignificent duodecim Candelæ*: *Morem quem Sancta Eccleſia tenet* &c. II. *Quare ter ſuper liminare percutitur*, *& pax huic domui dicitur*? *Sana illuminatis candelis mos eſt* &c. III. *Quid ſignificet Sacerdos ſcribendo Alphabetum in pavimento*. *His rite completis incipit Pontifex* &c. poſtremum, & nonum, *quid juvat translatio reliquiarum*, *& conditio earum in altari*? *His rite peractis vadit Pontifex*. Hunc Tractatum ſub *Remigii Antiſſiodorenſis* Monachi nomine divulgavit *Martenius* T. II. *col.* 768. *ſeqq. Mediolanenſis* editionis, quam cum hoc codice comparare utiliſſimum foret. Sequitur homilia in illud *Johannis*, *erat quidam Regulus*, *cujus filius infirmabatur Capharnaum Sancti Evangelii lectionem caritati veſtræ modo recitatam vobis exhortantibus Fratres cariſſimi explanandam ſuſcepimus*. Sequitur *vita Sancti* Juliani *Martyris Viennenſis*, *& de inventione capitis ipſius venerandi Agoniſtæ*, quæ quidem *vita* poſt Prologum ab his verbis incipit. *Sanctus igitur* Julianus Viennenſi *ortus urbe* Arvernis *datus eſt martyr*. Ad hæc exſtat hujuſmodi Epitaphium *Rogerii Normanni Pariſiis* ſepulti.

Inter Northmannos *opibus*, *vi*, *ſanguine magnos*
    Magnus Rogerius *claruit exterius*.
Eccleſiæ cultor, *cleri ſpecialis amator*,
    In verbis verax juſtitiæque tenax.
Ultor iniquorum fuit is, *tutorque ſuorum*,
    Caris præſidium, *hoſtibus excidium*.
Multis multa dabat, *nulli debere volebat*,

Deque

Deque ſuo ſtuduit vivere, dum licuit.
Alte prandebat, nec copia deficiebat
Profłua divitibus, largaque pauperibus.
Qui poſt preteritæ nonnulla volumina vitæ
Hoc ſitus eſt tumulo, quod patet ex titulo.
Namque dies februi primus ſimul ultimus iſti,
Atque ſepultura Pariſius *fuerat.*
Qui legis, & tranſis, hic te doceat modo, quid ſis,
Tunc vir precipuus, nunc cinis exiguus.

Sequitur *Priſciani* Grammatici ad *Symmachum de figuris numerorum*. In extremis porro pagellis exſtat hæc epiſtola, quæ *Urbani* II. Pontificis eſſe videtur. *V. Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis fratribus Romanæ Eccleſiæ Fidelibus ſalutem*, & *Apoſtolicam benedictionem. Anguſtias animi veſtri ſuper Contritionem Romanæ Eccleſiæ cognoſcentes novo nuntio vos relevamus. In vigiliis itaque Apoſtolorum* Petri & Pauli *milites noſtri cum* Caſtellanis *adverſus Hæreſiarcham pugnantes, annuente Deo ita vicerunt, ut nepos ejus O. armis nudatus, equo, vexilloque perdito fugerit. Cetera omnia Deus proſpere egit ita, ut ſequenti die laceſſiti pugnare omnino timuerint. Profecto* (ſic; ſed legendum Præfecto) *tamen Regio equus eſt interfectus. Die altera* Romani *omnes ad reddenda debita eum provocantes ita in iram excitaverunt, ut paralyſi captus dicatur; certiſſime tamen & maxime languet. Miſericordia deinde poſtulata a noſtris abire permiſſus eſt: ſui pene omnes pedites abierunt. Nos die menſis Julii tertio clero, & populo equitibus, ac peditibus cum floribus & palmis, cum cymbalis, & cytharis proſequentibus in via palliis cooperta porticum adivimus, & in urbem coronati redivimus. Nobiſcum ergo gratias agite qui ſine omni* Northmannorum *ope ſupra ſpem nobis miſericordiam ſuam contulit; Deum autem timentibus, quæ a Deo acta ſunt, notificare curate. Valete.*

Cameram pro jumentorum inopia apud Theobaldum Cincii *filium reliquit.*

Sequitur concilium *Romanorum*, in quo *Berengarius* fidem catholicam profeſſus fuit. Contuli cum editione *Labbei* (*T. x. columna* 378.)

Codex	*Labbeus*
1078.	1079.
principii	Principis
om.	univerſalis Pontificis
6. anno	anno 6.
om.	regionum &
res cepit	cepit res
foret	fuerit
Sinodum	Synodo
ſacra evangelia	Sancta Dei Evangelia
hanc fidem	fidem hanc

Codex definit in ea verba, at ea receſſerant.

Mutilus liber *Aurelii Auguſtini de mendacio.* Ejuſdem ad *Conſentium contra mendacium*. Tum *incipit Epithoma de Chronicon* (ſic) *quibus & Geneſeos ab Adam uſque ad Abraham, & a paſſione Domini omnes conſules, & quæ conſecutæ* (ſic) *ſint poſt finem* Valentii *uſque ad quintum Conſulatum* Valentiniani *Imperatoris adjicimus.* Chronicon *Proſperi* eſt, quod cum *Labbeana* editione contuli, ut Clariſſ. Viro *P. Hieronymo de Prato* ſatisfacerem. *Auguſtini* liber de *hæreſibus*. Codex membranac. 4. ſæculi XII.

Homiliæ L. *S. Auguſtini*; *Regula Clericorum* Johannis Abrincenſis *Domino Vere Sancto & meritis honorando* M. *Venerabili Sanctæ* Rothomagenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopo* inſcriptus, liber nempe *de divinis officiis*. Codex membranac. 4. ſæculi XII.

Liber *S. Auguſtini de Hæreſibus. In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis incipiunt* S. Methodii *Epiſcopi* Paterenſis *de Regnis Regum Gentium, & de noviſſimis tem-*

temporibus certa demonſtratio chriſtiana. Confer Fabricium *Biblioth. Græcæ* T. V. (*p.* 258.) *Epitoma Egdiceſeos* Ygini *contra hereſiarces*; *contra ſectas*: inemendatum ſcilicet *Prædeſtinati Sirmondiani* exemplum, cui in fine hoc additur: *Nonageſima prima hæreſis, quæ a ſolo Patre Spiritum Sanctum procedere in Symbolo dicit, nuper orta eſt tempore* Nicolai *Papæ, & ut ferunt, invento cauſſa invidiæ; prædictus enim Papa* Bulgaros, *qui ſunt* Græcis *vicini, miſſo Epiſcopo* Formoſo *convertit ad Fidem Chriſti. Quare* Græci *ducti invidia neſcientes, qualiter* Romanis *aliter hæc derogarent, invenerunt hanc hæreſim fidei Catholicæ repugnantem, quaſi Spiritus Sanctus a ſolo Patre procedat. Quam rem refert ipſe Papa in Epiſtolis, quas per* Gallias *mittens* Græcos *utpote hæreticos damnavit*. Codex membrana. 4. ſæculi XII.

Beati *Proſperi de vita contemplativa*. *Jacobus Bechetus* eos hac epiſtola *Coſmo de Medicis* inſcribit. Jacobus Bechetus *ſalutem dicit plurimam* Coſmo de Medicis *Patri & Benefactori ſuo optimo. Rem abſurdam ut opinor nonnullis feciſſe videbor,* Coſme *vir Clariſſime, quod ad te libellum hunc* Proſperi, *qui* de vita contemplativa *inſcribitur, dono miſerim, putantes imprimis, me minus prudenter feciſſe, qui tibi librum hujuſmodi miſerim, cui in tam egregia librorum ſupellectile, qua tu abundas, vix locus eſſe poterit; tum etiam nihil tibi minus convenire, quam ut de contemplatione libros legas, qui totus circa vitam activam exerceris. Atqui certa ratione, & conſilio id me feciſſe arbitror; primum ut aliqua ex parte meam erga te fidem, & devotionem declararem, ne omnino tuæ ſummæ in me liberalitatis oblitus videar, tum etiam quia ex ea parva conſuetudine, quam tecum habui, & multorum etiam rumore, atque opinione didici, non uſque adeo his mundanis curis deditus es, quin etiam temporis partem tibi vendices, quod de te, & de anteacta vita tua rationem reddas. Vidi enim, cum eſſem* Florentiæ *& multa, magnifica, ac ſplendida Monaſteria, quæ in honorem Dei, & Religionis noſtræ magna cum impenſa extruxiſti, luſtrarem, te cellulam quandam in Monaſterio* S. Marci *tibi extruxiſſe, ubi interdum ab aliis mundanis curis ſemotus quieſceres, & Deo, ac contemplationi vacares. Ceterum feceris rem mihi pergratam, ſi modo ita tibi viſum fuerit; ſi hujus libelli copiam facies reverendiſſimo Patri, & integerrimo viro Domino Archiepiſcopo* Florentino, *quem ego propter ſingularem in ſacris litteris eruditionem, & vitæ ſanctimoniam tanquam unum ex antiquis Patribus in terris veneror, cuique cupio familiaris fieri; multa enim libellus continet meo judicio, quæ his pertinent, qui regimen, & curam animarum ſuſtinent, & ſibi, ut opinor, non ingrata erunt. Vale, & me pro tua pietate, ut cepiſti, ama; nam ego tuo amore me fortunatum, felicemque judico. Iterum vale cum* Poggio *viro doctiſſimo, quem ego propter ſummas ejus virtutes, tum etiam ſingularem doctrinam, & dicendi facilitatem non ſolum amo, ſed etiam colo, & obſervo. Ex* Mediolano 4. *Idus Februari*. Hactenus epiſtola. Codex eſt membranaceus 4. ſæculi XV.

Anicii Manilii (ſic; Manlii) *Severini Boecii* V. C. & Ill. *Ex-conſulis Ordinarii Patricii incipit liber, quomodo Trinitas unus Deus ſit, ac non tres Dii*, ad Quintum Aurelium Memmium Symmachum & *Ill. V. C. Ex-conſulem Ordinarium, atque Patricium*. Ejuſdem ad *Johannem Diaconum, utrum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus de divinitate ſubſtantialiter prædicentur?* Ejuſdem ad eumdem, *quomodo ſubſtantiæ in eo, quod ſunt, bonæ ſint, cum non ſint ſubſtantialia bona*. Ejuſdem ad eumdem *contra* Neſtorium, & Euthicen *pro perſona*, & *natura*. Codex membranac. 4. ſæculi XI.

Martiani Minci (ſic) *Felicis Capelli Afri Chartaginienſis* libri novem. Codex 4. membranac. ſæculi XI.

Euſebii de præparatione Evangelica Georgio Trapezuntio interprete ad *Nicolaum* V. Codex chartaceus f. ſæculi XV.

Auguſtini de Sanctiſſima Trinitate libri Græce verſi a *Maximo Planude*. Codex chartac. f. ſæculi XV.

Auguſtinus *contra Epiſtolam* Parmeniani. Ejuſdem *de correptione, & Gratia*. Liber

Digitized by Google

Liber *S. Gregorii Papæ Urbis Romæ* ad Auguſtinum Anglorum *Epiſcopum: per dilectiſſimos filios meos Laurentium &c. Caroli Magni Gratia Dei Regis* Francorum, *&* Longobardorum, *ac Patricii* Romanorum *dilectiſſimo Magiſtro* Albino *Abbati epiſtoia, unde dicatur ſeptuageſima*. Liber *S. Johannis Chryſoſtomi de naturis beſtiarum*. Codex membranac. 4. ſæculi XII.

Codex membran. in 4. ſæc. XII. Auguſtini *de Catechizandis rudibus*. Ejuſdem *de pœnitentia*. Ejuſdem *de agone Chriſtiano*. Cypriani *de duodecim abuſionibus ſæculi*. Ejuſdem *de Aleatoribus*, & *de primo inventore*, & *auctore earum*. *Expoſitio ſacramentorum quæ fiunt in eis*, qui *ad Chriſtianitatem veniunt*, *quid ſint illa Sacramenta*, *&* *quare fiant*. Cap. I. *quid ſit Baptiſmus*: Græce ec. II. *quid ſit Catecuminus*. Catecuminus autem ec. III. *Quid ſit ſymbolum*, *&* *cur fiat*: Symbolum Græce. Penultimum caput eſt *de Communione poſt Baptiſmum*; ultimum eſt *recapitulatio brevior*, *&* *plenior*. Citatur in hoc opuſculo *S. Auguſtinus*. Incipit liber *definitionum*. *Dicendi*, *ac diſputandi prima ſemper ratio eſt etiam dialecticis auctoribus* &c.

Codex Membran. in fol. ſæculi IX. liber *Beati* Athanaſii Archiepiſcopi Alexandriæ *contra impium* Apollinarem *de ſalutari Epiphania Chriſti*. Ejuſdem *de divina*, *&* *conſubſtantiali Trinitate*, *&* *de inhumanatione verbi contra* Apollinarem. Ejuſdem *de Apparitione Dei verbi in carne*. Ejuſdem *ad* Adelphium *Epiſcopum*, & *Confeſſorem*. Ejuſdem *ad* Maximum *Philoſophum*. Ejuſdem *de Incarnatione Dei verbi*. Ejuſdem *dilectiſſimo Papæ & ei*, *qui ipſo* (ſic) *Clero*, & *qui in* Perſorum (ſic) *provincia habitant*. Dionifii *Epiſcopi* Alexandriæ *ad* Paulum Samoſatenum: *Orthodoxi & Apollinariſtæ Dialogus de Chriſto Sancti* Athanaſii. *Sermo Beati* Gregorii Nazianzeni *de Paſchate*. Ejuſdem *de ſermonibus*, *&* *de martyribus*, *&* *in* Julianum *Peræquatorem* (ſic). Ejuſdem epiſtolæ duæ *ad Cledonium*. Ejuſdem *ad Virginem*. Sancti *Baſilii* Anfilochio *Epiſcopo*: *Quia ignoret filius diem*. Ejuſdem Terentio *Comiti*; *quia non id ipſum eſt eſſentia*, *&* *Hypoſtaſis*. Ejuſdem *Beato* Ambroſio Mediolanenſi. Ejuſdem *ad* Theodoram *ancillam Dei*. Ejuſdem *Ancillis Dei*. *Beati* Gregorii Nyſſeni *ad* Philippum *Monachum de Arrianorum oppoſitionibus*. Epiſtola *Beati* Johannis *Epiſcopi* Conſtantinopolitani *ad* Cæſarium *Monachum tempore ſecundi exilii ſui*. Celeberrima eſt *S. Johannis Chryſoſtomi* epiſtola, de qua diſputantes conſule *Harduinum*, *Maffejum*, & *Bollandianos* (T. IV. *Septembris*). Cyrilli *Epiſcopi* Alexandriæ *ad* Acacium *de Apopompeo*. Ejuſdem *Acacio*. *Communitorium* (ſic) *Dei amabilis*, *&* *Sanctiſſimi Archiepiſcopi* Cyrilli *ad* Succeſſum (ſic) Diocæſarienſis *Eccleſiæ Epiſcopum*. Aliud *commonitorium* ejuſdem ad eundem *Succeſſum*. *Commonitorium* ejuſdem *Eulogio Presbytero permanente Conſtantinopoli*. *Homelia* Procli *Epiſcopi de Natale Domini Noſtri Jeſu Chriſti in collecta*, *quando erat* Neſtorius *Epiſcopus*, *juſſus a* Neſtorio *Epiſcopo*.

Homiliæ Origenis *in Lucam numero* XXXIX. verſæ ab *Euſebio Hieronymo*. Hinc *Pearſonii* confirmatur ſententia, non *Ruffino*, ut *Johannes Dalleus*, & *David Blondellus* contendunt, ſed *Hieronymo* hanc verſionem eſſe tribuendam. Codex membran. 4. ſæculi IX.

S. Hieronymi contra *Jovinianum* libri duo, & *Apologeticus ad Pammachium*. Codex membran. 4. ſæculi IX.

Tractatus *S. Hieronymi* Presbyteri in Pſalmos. *Proxime quum* Origenis *Pſalterium* &c. *Chronographia ab* Hieroſolyma *per* Pompejum *capta ad annum Dominicæ Incarnationis* DCCXCVI. *Chronographia tripartita* B. Nicephori Conſtantinopolitani *Epiſcopi* ab *Anaſtaſio Bibliothecario ſedis Apoſtolicæ* verſa. Codex membranac. in folio majore ſæculi XI.

Expoſitio Origenis *ſuper Cantica Canticorum Salomonis S. Hieronymo* Presbytero Interprete; immo *Ruffino*; qua de re vide ſis *Fontaninium* (*hiſt. litter. Aquilej. p.* 292. *ſeq*;) Codex membranac. 4. ſæculi XIII.

IV. Aſceticos, & Concionum ſacrarum libros Patribus jungimus. En illos.

Regu-

Digitized by Google

Regulæ Monachorum a Johanne Caſſiano *conſcriptæ*, & *primo de octo vitiis generalibus*, *de Gaſtrimargia*. *Inſtitutio* Nili *Monachi*: in fine dicitur, ejuſmodi *de octo vitiis* tractatus. Tum *in Dei nomine incipit Regulæ Monachorum Ægyptiorum a* Johanne Caſſiano Maſſilienſi *Presbytero conſcriptæ*, *quam* Eucherius Lugdunenſis *breviori conſcripſit ſermone*. Sequuntur *Caſſiani collationes* decem. Codex membranac. f. ſæculi x. Hæc eadem exſtant in alio ejuſdem ſæculi x. membranaceo Codice in f.

Codex membranaceus 4. ſæculi xi., in quo Regula *S. Benedicti* Abbatis. Exſtant in fine hæ duæ *Friderici* Imperatoris epiſtolæ.

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator, & *ſemper Auguſtus* G. *Poteſtati*, & *univerſo populo* Piſtorienſi *gratiam ſuam*, & *bonam voluntatem*. *Perlatum eſt ad noſtræ majeſtatis excellentiam*, *quod homines quidam in civitate veſtra poſſeſſiones*, & *bona eccleſiæ Beati* Antimi *injuſte*, & *violenter contra voluntatem dilecti* & *fidelis noſtri* G. *ejuſdem Eccleſiæ Abbatis detineant*. *Mandamus itaque vobis*, & *ſub optentu gratiæ noſtræ per imperiales apices diſtricte precipimus*, *quatinus eoſdem homines ad gratiam ejuſdem Abbatis redire*, & *poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ in pace dimittere diſtricte compellatis*, & *nullos* . . . . *fugitivos ſuos in civitate veſtra recipiatis*. *Specialiter autem precipimus ut* M. *Filium* Rainaldi, & *fratres ejus ab invaſione bonorum præfatæ eccleſiæ*, & *infeſtatione hominum* de Martinaria *omnino ceſſare imperiali autoritate cogatis*, & *de quacumque re idem* Abbas, *vel Prior ejus quærimoniam vobis fecerit*, *plenariam eis juſtitiam faciatis*.

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator, & *ſemper Auguſtus* Lambardis de monte Vicele, & *omnibus in curte* de Caſi *poſſeſſiones Eccleſiæ beati* Antimi *tenentibus gratiam ſuam*, & *bonam voluntatem*. *Dilectus*, & *fidelis noſter* G. *Abbas Sancti* Antimi *coram noſtræ Majeſtatis excellentia conqueſtus eſt*, *quod Eccleſiam ſuam a Glorioſo* Principe *progenitore noſtro* Carolo *dilectam*, & *nobilitate ditatam* & *ad noſtram cameram ſpecialiter pertinentem injuſte gravetis*, & *poſſeſſiones ejus violenter*, & *irrationaliter auferatis*. . *Quocirca Univerſitati veſtræ mandamus*, & *ſub obtentu gratiæ noſtræ*, & *rerum*, *ac perſonarum veſtrarum precipimus*, *quatinus uſque ad feſtum Sancti* Andreæ *omnia ei ablata ſine omni occaſione reſtituatis*, & *de cetero predictum Abbatem nec in his*, *nec in aliis ullatenus gravare preſumatis*.

Regula *S. Baſilii* a *Ruffino* Presbytero latine verſa; item Regula *S. Auguſtini*; item Regula *Pauli*, & *Stephani*. Codex membran. 8. ſæculi xii.

Tomo ſuperiore meorum *Excurſuum* (*p.* 132. *ſeq*;) *Albertani* latina opera in *Mediolanenſi* Codice comprehenſa percenſui. Exſtat & heic membranaceus Codex in 4. ſæculi xiv. in quo illa habentur hoc ordine. Albertani *Cauſidici* Brixienſis *de ora Sanctæ* Agathæ, *liber de doctrina dicendi*, & *tacendi*. Ejuſdem *liber conſolationis*, & *conſilii*, *quem* (ut in fine libelli dicitur) Albertanus *Cauſidicus* Brixienſis *de hora* (ora) *Sanctæ* Agathæ *compilavit*, *atque compoſuit ſub anno* 1246. (alii codices notant annum 1248. uti Cl. *Mazzuchellius* animadvertit *T.* 1. ſui præclariſſimi de Italicis Scriptoribus commentarii, ubi de *Albertano*) *in menſibus Aprilis*, & *Madii*. Ejuſdem *de amore* & *dilectione Dei*, & *Proximi* libri quatuor, quibus in fine eadem Chronica nota, atque iiſdem verbis adſcribitur, quæ in Codice *Mediolanenſi*. Sequuntur *Albertani* Sermones aliqui, nempe: *hic eſt ſermo*, *quem* Albertanus *Cauſidicus* Brixienſis *de Sancta* Agatha *compoſuit*, & *edidit inter Cauſidicos* Januenſes, & *quoſdam Notarios ſuper confirmatione vitæ illorum*, *tempore Domini* Manuelis de Medio *Poteſtatis* Januenſis *anno currente* 1243. *in Domo viridarii Domini* Petri de Nigro *Cauſidici in die* Sancti Nicolai. *Sermo factus ſuper illuminatione*, & *ſuper ſpirituali*, & *corporali refectione*, & *quæ ſint neceſſaria in refectione*. *Incipit ſermo ſecundus*, *quem* Albertus *Cauſidicus* Brixienſis *compoſuit*, & *edidit inter Fratres Minores*, & *Cauſidicos* Brixienſes *in congregatione*, *quam faciunt more ſolito*. *Sermo factus ad cognoſcendum*, *quæ ſunt neceſſaria in convivictio*, & *quomodo debemus intelligere ſuper egenos*, & *pauperes*

peres ſecundum Prophetam dicentem. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Eo abſoluto hæc in Codice adnotantur: *Hic eſt ſermo, quem* Albertanus *Cauſidicus a* S. Agatha *compoſuit & edidit inter Cauſidicos* Brixienſes *apud Fratres Minores in Congregatione ſolita ſub* 1250. *in media Quadrageſima. Sermo* Albertani *ſuper doctrina timoris Domini*. Sequuntur Rhythmi *Domini* Petri Damiani *Heremitæ, & Epiſcopi, & de omnibus ordinibus*.

Libri duo *de ſæculo, & Religione compoſiti a* Collucio Pyeri de Stignano *Cancellario* Florentino *ad Fratrem* Hieronymum de Uzano *Ordinis* Camaldulenſis *in Monaſterio* S. Mariæ de Angelis *de* Florentia. Codex membran. in fol. ſæculi xv. Vide *Laurentium Mehus Collucii Salutati* ſcripta recenſentem (*p.* LXXX. *ſeqq.*), qui alios ejuſdem operis Codices in aliis Bibliothecis adſervatos memorat.

Inter Concionatores hos reperi collocandos.

Primus eſt membranaceus Codex ſæculi xv. continens LXI. ſermones. Tabellæ autem, qua Codex tegitur, inſcripta hæc ſunt. *Hunc librum compoſuit Magiſter* Simon Berti, *& ſcribi fecit eum Frater* Robertus Ubaldinus *de* Florentia ex *pecunia, quam materna ſolvit expenſa pro membranis, & pro ſcriptura, & ceteris hujus libri. Cujus ſollicitudine, & opera, ac precibus, interventu tamen* Silveſtri Andreæ *de* Florentia Rev. *P. Magiſter* Simon de Bertis *ex ſuis prædicationibus jam olim actis, & in ſchedis recollectis in hoc volumine hos preſentes ſermones edidit a ſe reviſos atque correctos, ſeu caſtigatos, & ordinatos; quoſque pretio ſupradicto quidam Frater* Thomas *Baccalarius tunc Frater* S. Mariæ Novellæ *tranſcripſit ſatis inemendate, ſed prædictus Frater .... poſtea & emendavit, ac poſtillavit, ad noſtri uſum conceſſus fuit per Vicarium Generalem tunc Congregationis Tuſciæ Fratrem* Hieronymum Ferrarienſem, *qui uſus eſt in predicando ſermonibus ipſis pluribus annis, & poſtea Conventui dedit* S. Marci, *cujus filius eſt*. Recitat autem *Echardus* hanc notationem (T. I. *pag.* 875.) Verum ſermones *Quadrageſimales*, quos ipſe memorat & ex eo *Fabricius in Bibliotheca mediæ, & infimæ Latinitatis*, heic deſunt. Sermones autem non LX. ſunt ſed LXI.

Codex alius membranaceus eſt ſæculi XIV. in 4. In eo ſunt *ſermones de Sanctis Compilati a Fr.* Johanne de S. Geminiano *Ordinis Prædicatorum*. Echardus meminit Codicis, qui *Florentiæ* apud *Servitas* adſervatur, non hujus.

Ejuſdem Johannis *Sermones Dominicales Epiſtolarum, & Evangeliorum* exſtant in alio Codice membranaceo ſæculi XIV. 4.

Ejuſdem ſæculi eſt, ſed Chartaceus Codex, quem his ſubjicio. In hoc I. *Sermones Communes* XI. *Fratris* Hugonis de Prato ordinis Prædicatorum. II. *Sermones in decalogo præceptorum* ejuſdem *Hugonis*. III. *Sermones Dominicales*. IV. Sermones *feſtivi anni* ignoti auctoris *per totum annum*. V. Sermo *de gratia*. VI. Sermones *de* VII. *vitiis compilati* a *Fratre* Hugone de Prato. VII. *de ſumma vitiorum*, & alia fragmenta. *Echardus* (T. I. p. 557.) duo peccat hunc codicem citans, & quod ignoti Auctoris Sermones *Hugoni* tribuat, & quod ſermones *de* VII. *vitiis* vocet *de octo vitiis*. Sermones *Dominicales* ejuſdem Fr. *Hugonis de Prato completi per manus* Henrici Martini de Almania an. *Domini* 1445. *triceſima die menſis Julii* exſtant in Codice alio Chartaceo ſæculi xv., qui, ut in calce legitur, fuit *mei* Fr. Dominici de Alexandria *Heremite S. Auguſtini, quem feci ſcribi* Enrico Thaotonico *moranti in* S. Dominico *de* Prato.

Sermones Magiſtri Petri Manducatoris *per anni circulum*. Codex membranac. 4. ſæculi XIII. aut XIV.

Codex chartaceus 4. ſub cujus initium hæc legas. *Hunc librum ſcripſi ego* Fr. Marcus Petri *de* Succhiellis *de* Florentia, *dum eſſem apud Monaſterium* S. Jacobi de Ripolis *Ordinis* Prædicatorum. Primum autem ſe offert ſermo *Florentiæ* recitatus in *Eccleſia Cathedrali* 1494. *de Paradiſo terreſtri*; hunc ſequuntur Sermones alii *Florentiæ* habiti 1495. immo & 1498. atque adeo in *S. Ambroſii* ædibus a. 1512.

Sermones, aliaque id genus exhibet Codex alius Chartaceus 4. ſæculi xv.; tum hæc ſequuntur. *Reverendus Cardinalis Spoletanus dictus* D. Everardus *vir in jure peritiſſimus in reſponſionibus ad quædam dubia, ſuper quibus fuerat interrogatus* a D. Antonio *Archiepiſcopo Florentino ſic ait:* „ Cenſuræ deſcriptæ in Con„ ſtitutione *Martini*, & *Eugenii*, an extendantur ad omnes quoſcumque Simo„ niacos? Mihi ſub correctione V. R. Petcetera.

Fratris *Jordani* Italicæ conciones LXXXVII. extant in alio codice fol. ſæculi XIV.

Quadrageſimale notabile Fr. Petri Jeremiæ *de peccatis in genere*, *Ordinis* Prædicatorum. Codex Chartaceus 4. ſæc. xv.

Sermones predicabiles Fr. Nicolai Piſani *Ordinis* Prædicatorum; primi autem ſunt *Expoſitio Orationis Dominicæ per ſermones predicabiles*. Sub indicis initium notatio hæc adſcripta eſt: *Piſis in majori Eccleſia anno Domini* 1481., unde & locum, & annum liceat colligere, quo ſermones ſuos habuit Fr. *Nicolaus*. Codex eſt Chartaceus fol.

Adde his codicem chartaceum ſæculi xv. 4. ſcriptum die Aprilis XII. a. 1477. Flores exhibet *B. Hieronymi ad materias collectos*; *editus* autem dicitur liber *per famoſiſſimum virum* Fr. Bartholomeum de Colle *Ordinis Minorum de Obſervantia*.

V. Jam vero Theologicos libros recenſeamus.

Codex fol. ſæc. xv. membranac. *Incipiunt quæſtiones ordinariæ Reverendi Domini Magiſtri* Guidonis B. *Mariæ de monte Carmelo*, *qui &* Elnenſis &c. in calce autem libri: *expliciunt quæſtiones* de verbo *diſputatæ*, *& determinatæ Pariſiis a Rev. Patre*, *& Magiſtro*, *doctoreque profundiſſimo*, *& ſolemni* DD. Guidone *de* Perpignano *Epiſcopo* Elnenſi *Ordinis* B. M. *de Monte Carmelo*, *cujus anima requieſcat in pace*. Porro ut a notatione codicis tegumento inſcripta docemur, *has quæſtiones exemplavit* Fr. Antonius de Salomone *anno*, *quo ipſe fuit promotus ad legendum Biblia*, *& pro aliis duobus annis ſequentibus immediate ad legendum ſententias* Bononiæ *in Conventu*, *& fuit promotus*, *& hoc anno Domini* 1424. *manu propria fuit ſcriptum*.

Codex membranac. in fol. ſub ſæc. XIII. finem ut videtur perſcriptus, cujus pretium, ut in adſcripta extremæ paginæ nota legimus, eſt *viginti ducatorum auri*. Exhibet *ſecundam ſecundæ* S. Thomæ Aquinatis, cujus icuncula primam operis litteram efformat. *Donavit* autem *Conventui*, ut in eodem codice ſcriptum reperi, *magnificus* Coſmas Johannis de Medicis, *qui & alia* D. Thomæ *opera hic ſervata donavit*.

Codex in fol. ſæc. XVI. autographus, quem diligentiſſime recenſebo, quod multæ ex eo adceſſiones peti poſſunt ad illa, quæ de Auctoris operibus a *Poſſevino*, ab *Julio Nigro*, aliiſque ſcripta ſunt. Hoc ergo titulo prænotatur: *de puriſſima veritate divinæ ſcripturæ adverſus errores humanos: opus egregium*, *in quo continentur inquiſitiones*, *ac reſolutiones veteris*, *& novi teſtamenti*, *auctore Fratre* Johanne Maria de Tholoſanis Florentino *ex* colle Vallis Elſæ, *nec non &* Dominicani *ordinis Reformati profeſſore*, *atque catholicæ veritatis inquiſitore*, ac *verbi Dei prædicatore evangelico*, *& apoſtolico*.

Hoc ſub initium extat ad librum Tetraſtichon Matthæi Gambacurtæ *presbyteri* Orbitellenſis

Docte liber propere dominam te confer in urbem.
Et pia Pontificis baſia da pedibus.
Dicque requirenti, quid toto corpore geſtes?
Diſcipulis reddo lumina ſacra Dei.

Sequitur epiſtola Magiſtri ſacri Palatii Fratris *Bartholomæi* (Deſpina) *Piſani* in confirmationem examinati ſequentis operis ex urbe die 16. menſis Auguſti anno Domini 1546.

Hanc excipit dedicatio *Beatiſſimo*, *ac Sanctiſſimo Patri Domino* Paulo *hujus nominis*

Digitized by Google

minis tertio &c. Clauditur autem his verbis: *ſed nonnulli fidei Zelatores me ad id peragendum precibus impulerunt , & præcipue Germanus meus Dominus* Nicolaus Tholoſanus *in utroque jure peritus , quem nuper Sanctitas veſtra ad hoc officii munus evexit , ut eſſet Urbis Romæ Senator , & eques auratus . . . . implevi , atque complevi in die Sancto martyrii Apoſtolorum* Petri , & Pauli *anno Domini* 1544. *Quod emendavi ſpatio alterius anni* &c.

Conſtat autem hic liber *inquiſitionibus* 250.

Sequuntur opuſcula alia item autographa ſexdecim.

1. *De Poteſtate Papæ , & auctoritate Concilii Generalis , eorumque inter ſe comparatione .*

2. *Brevis adnotatio emendatoria Calendarii* Romani *collapſi pro Paſcha Reſurrectionis Domini rite celebrando .*

3. *Computatio annorum ab orbe condito ad Chriſti ortum .*

4. *De cælo ſupremo immobili , & terra infima ſtabili , ceteriſque intermediis mobilibus .*

5. *De conflictu , & pugna inter catholicos Doctores , & hæreticos ex Apocalypſi.*

6. *De Cardinalium Origine , ac dignitate per modum Sermonis coram Pontifice Romano , & cœtu Cardinalium .*

7. *Diſputatio , & aſſertio de ſtatu , & opificio Cardinalium .*

8. *De diſcrimine inter Epiſcopum , & Presbyterum .*

9. *De forma Eccleſiæ , quæ repræſentatur in Concilio generali .*

10. *De Epiſtola prima* Clementis Papæ *ad* Jacobum *Fratrem Domini , qualiter ſit authentica .*

11. *De* Conſtantini *Baptiſmo , quo mundatus a lepra donationem fecit Eccleſiæ Romanæ .*

12. *De fide , & operibus , quibus homo juſtificatur .*

13. *Epiſtola prima ejuſdem auctoris ad amicum reſponſiva .*

14. Item *alia de mutatione concilii de loco in locum , & de ejus diſſolutione per Summum Pontificem .*

15. *Epiſtola tertia , qualiter* Petrus , & Paulus Romæ *fuerint contra* Lutheranos *id temere negantes .*

16. *Epiſtola 4. de neceſſitate corrigendi Calendarium . & Paſcha Domini .*

Ceterum quatuor hæ epiſtolæ deſunt in hoc Codice , etſi in indice notantur.

Codex membranac. ſæc. xv. *Tractatus de verbo Magiſtri* Hervei *Generalis Ordinis* Prædicatorum ; Ejuſdem quatuor *magna quodlibeta* ; item duo *quodlibeta Magiſtri* Johannis de Neapoli *Ordinis* Prædicatorum.

Codex membranaceus in 4. ſæculi xv. in quo ad *Illuſtriſſimum* & *Excellentiſſimum Ducem DD.* Herculem *Eſtenſem Epiſtola Fratris* Vincentii de Caſtro novo *Ordinis* Prædicatorum *narrativa diſputationis factæ de materia conceptionis Beatæ Virginis* Mariæ *coram celſitudine ſua* (nempe *Ferrariæ* in Ducali Palatio coram Doctorum , ac aliorum eruditiſſimorum virorum conſeſſu , quem collegerat *Hercules*) . Item *ad illuſtriſſimum , & excellentiſſimum Ducem* DD. Herculem *Eſtenſem tractatus de ſingulari puritate , & prærogativa Conceptionis Salvatoris noſtri* Jeſu Chriſti *editus per Fratrem* Vincentium de Bandellis de Caſtro novo Terdonenſis *diœceſis Ordinis* Predicatorum *continens diſputationem coram celſitudine ſuæ Dominationis factam* . Item *opuſculum Fratris* Vincentii *de* Caſtro novo *Ordinis* Predicatorum *ad magnificum , ac generoſum virum* Laurentium Medicem , *quod Beatitudo hominis in actu intellectus , & non voluntatis eſſentialiter conſiſtit* . Inſcribitur opus *Laurentio Medici* hac epiſtola . *Frater Vincentius de Caſtro novo ordinis Predicatorum Laurentio Medici* viro *magnifico* S. P. *Dicit . Superioribus diebus nihil tale cogitanti , querentive mihi caſu oblata eſt epiſtola , ſive magis tractatus quidam ornatiſſimi viri* Marſilii Ficini , *in quo ſicut ſui ſemper moris eſt , dilucide eleganterque determinat inter te , & ipſum in agro* Charegio *de ultima rationalis* crea-

Digitized by Google

creaturæ felicitate habitam diſputationem : Cum , ut reor , is in voluntatis , tu contra intellectus actu beatitudinem hominis ſitam eſſe confirmares : Tandemque in eandem ſententiam conveniſtis : Ex qua rationum diverſitate admirabilis mihi reddita eſt tum tua religio , provitaſque , qui inter domeſticas , & publicas curas divinarum rerum ſcientiam , contemplationemque non negligas ; tum illius ſingularis viri peritia utpote qui efficacibus argumentis , & ſuſtinere , & quod plurimis perſuadere potuerit opinionem ſuam : Verum quoniam ea Marſilii *noſtri determinatio non tantum celeſti theologo* Aquinati Thomæ , *ſed & potioris partis ceterorum illuſtrium Doctorum* &c.

Codex membranac. in fol. ſæc. xv. Presbyteri *Laurentii Piſani* , cujus nulla a *Fabricio* in *Bibliotheca mediæ , & infimæ Latinitatis* mentio facta eſt . Dialogi V. in eo continentur. Primus autem eſt *de caſu primæ intelligentiæ , qui dicitur* Nicolaus *a viro probo , & peritiſſimo* . Secundus *qui dicitur* Matthæus *a Presbytero probo , & erudito , de ſapientia* agit *& divinatione dæmonum* . Tertius , *qui dicitur* Paullus *a viro probo , & Græcis , Latinis ; Arabis erudito de tentatione* diſſerit . Quartus *qui dicitur* Matthias *a viro Græcis Latiniſque diſertiſſimo de tentatione* iterum diſputat . Quinctus *de judicio* inſcribitur , *& cruciatibus dæmonum , & damnatorum* .

Opus Fr. Thomæ Anglici *Ordinis* Predicatorum *contra Fr.* Johannem Scotum *Ordinis* Minorum *ſuper primo libro Magiſtri ſententiarum , ſive ut parcius loquamur , declaratio dictorum* Scoti *in primo ſententiarum* . Codex membran. in fol. ſæc. xiv. nitidiſſimus. In prima operis litera cernitur affabre pictus *Thomas* auctor ſedens , ac diſputans cum *Scoto* ſtante ; *Thomæ* autem *Anglici* capiti imminet *S. Thomas* ſolem in pectore geſtans . *Echardus* (T. 1. pag. 509.) *Neapolitanum* Codicem citat . Hactenus Theologi .

VI. Canonum , & Liturgiarum libros , quod pauci ſunt , ſimul heic exhibebo .

Iſidori Mercatoris Epiſtolæ Romanorum Pontificum . Codex membranac. ſæc. x. fol.

Acta Generalis Concilii Conſtantienſis ; Codex chartac. fol. ſæc. xv.

Panbormia Ivonis Carnotenſis *Epiſcopi* in ſeptem partes tributa . Codex membranac. 4. ſæc. xiii.

Ægidii Bituricenſis *Archiepiſcopi ad* Bonifacium *Papam compilatio de Eccleſiaſtica poteſtate* . Codex membran. 4. ſæc. xiv. in quo præterea reperias *Gloſſas* Valerii Maximi , *ſeu expoſitionem editam a* Fr. Dionifio de Burgo *Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini S. Theologiæ Magiſtro* , de quo bis agit *Fabricius* in Bibliotheca *mediæ & infimæ Latinitatis* .

Liturgici libri duo tantummodo ſunt , nempe totidem Martyrologia . Alterum *Uſuardi* eſt in Codice ſæc. xiv. membranac. 4. in quo præterea *lectiones Evangeliorum . Legende cum Calendis per totum annum , & Regula B. Auguſtini* . Alterum *Hieronymianum* eſt , quod cum *Dacheriana* editione contuli . Primum occurrit libellus *de feſtivitate Apoſtolorum* , ſed mutilus ; incipit enim a xii. Kal. Januarii .

XII. Kal. Januarii *Natale Thome Apoſtoli* .

Kal. Maii *Natale Philippi* . VI. Kal. Januarii *Natale Jacobi* IX. Kal. Septembris *nat. Bartholomei* VI. Kal. Octobris *nat. S. Matthei Apoſtoli* VI. Kal. Nov. *nat. Apoſtolorum Simonis Zelotis , & Judæ . Matthias de ſeptuaginta diſcipulis unus , & pro Judas Scariot duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatus , electus ſorte , & ſolus ſine cognomento ; cui datur Evangelii predicatio in Judea* . Tum ſequitur martyrologium . En aliquot varias lectiones . Littera D. *Dacherii* editionem , M. Manuſcriptis lectionem denotat . VIII. Kal. Januarii D. *Bethleem* M. in Bethlehem , D. *Juvini* M. Jovini , D. *Victuriane , Achillei , Euticeti , Simphroniani* M. Victoriane , Acelli , Euthicetis , Simphronianæ , D. *Syrmiæ* M. Syrmæ , D. *Mediolani* M. Mediolano , D. *in Pergamo Sancti* M. in Pergamo .

VII. Kal. Januarii D. *in urbe Jeroſol.* . M. in oppido Jeroſolim. *D. Diaconi*

Mar-

Digitized by Google

Martyris M. primi Martyris, Diaconi D. *in Antiochia* M. Antiochiæ.

VI. Kal. Januarii D. *Epiſcopatus* M. Apoſtoli, *D. Tempore Paſchali* M. medio Paſca.

V. Kal. D *Domitiani Diaconi* M. Domitiani, D. *Caſtori* . . . *Gatæ* . . *Saturi*, *Catonis* . . . *Saturnini* . . . *corporis Sancti* . M. Caſtorii, . . . Gatticæ . . . Catonis, Saturi . . . Saturnine . . . Sancti Corporis.

IV. Kal. D. *Victuriæ* . . . *Romæ* M. Victoriæ . . & Romæ.

III. Kal. D. *Policliti*, *Appiandi* M. Polecliti, Appiani, & Oia Inſula Sancti Florentii. D. *Clementis* M. *Om.* D. *Oia* uſque *Florentii* M. Om.

D. II. *Kal.* M. Pridie Kal. D. *Bononiæ*. M. Bononia, D. *Sereni*, *Romæ*. M. & Romæ. D. *& confeſſoris*. *Retia* M. Ritiaria. D. *Catana* M. Catenenſi. D. *Potiani* M. Pontiani D. *Sexti* M. Xiſti D. *Minervini* M. Menervini, D. *Amonis* M. Apionis. D. *Donatæ*, *Nominandæ*, *Rogati*. *Senonas civitate*. M. Nomnandæ, Donatæ, Rogatæ. Sennonis.

JANUARIUS.

D. XXX. *litera Indictionis* M. XXXI. Letanias indicendas.

Kal. Jan. D. *in Retia Eventii* M. in Ritia Evantii. D. *Bononiæ*, *Gai*. M. in Bononia Gaggi, Acti D. *militum* M. *& milites* D. *Auguſtiduno* M. Auguſtuduno D. *in civitate uſque Confeſſoris*. M. *om.*

IV. Non. Jan. D. *Acutionis* . . . . *Hereſii*, *Arthaxa* . . . *Tobiæ*, M. Ationis . . Heriſſi, Artaxi . . . Tobiæ, Eugendæ.

III. Non. Jan. D. *& civitate Tomis Claudionis*. M. & in civitate Tomis Claudionii. D. *Chriſtianifili*. M. Chriſtiani, Fili. D. *Epiſcopi* M. Epiſcopi, qui ſub Licinio, etdigo (*ſic*) Junii, D. *Rodonis* M. Rodonis, Primæ. D. *item Candidi* M. om. D. *Viennæ*. M. Vienna D. *& confeſſoris* M. om.

Pridie Non. D. *Eugenti*, *Martiani*. M. Eugentii, Marciani D. *Agei*. M. Aggei. D. *Gai uſque Anaſtaſiæ*. M. & Gaii.

Non. Jan. D. *Sereni*. M. Sermi. D. *ei*. M. Dominum, D. *Anthiochiæ*. M. & in Anthiochia. D. *Monachi*, *&* M. om.

VIII. Id. Jan. D. *Domini Noſtri Jeſu Chriſti* M. om. D. *item Fori* M. om. D. *Anaſthaſiæ* M. Anaſtaſii D. *Anthiochiæ* ... *Sanctorum*. M. in Anthiochia .. Sancti. D. *Pueri* M. om. D. *Antonini uſque Fauſtæ*. M. om. D. *Melani*. M. Miliani D. *& Confeſſoris*. M. om.

VII. Id. Jan. D. *in quatuor partes diviſus eſt*. M. quatuor partibus fractus eſt, & reliqua. D. *Sancti Poliotti*, *Candidæ* M. Poliocthi D. *civitate* . . . *Januarie*. M. Januarii. D. *Civitate Policoſtini*. M. Polecoſten. D. *Poliarti* M. Poliaſti D. *Evthici* M. Evothi.

VI. Id. D. *Phiſei*. M. Phiſthi. D. *Flori*. M. Flori, Theleſphori. D. *Marci uſque martyrum* M. om.

V. D. *Frivmi* M. Firmini. D. *Silli* M. om. D. *Januaria*. M. om. D. *Saturi*. M. om.

IV. D. *Mirthi* M. Niſthi. D. *Caliſti via Appia*. M. via Appia Calixti, &. D. *Melciadis*. M. Miliadis. D. *habet Artatius*. M. habentur Artatis.

III. Id. D. *Sancti Lucii* M. Sanctæ, Leucii D. *Aſſolami quinti* M. Alſolami, quorum geſta habentur. D. *Vincentii*, *uſque Augenti* M. in Spaniis Vincentii, Tegentii. D. *Item Felicis*. M. om. D. *Eugenthi* M. Eugenii D. *Stephani*. M. Stephanæ, D. *Hortenſis* M. Hortinſi.

Pridie Id. D. *Moſcenthi*. M. Morcentii. D. *Saturi*. M. Saturi Civitate Arabiæ, qui (*ſic*) tranſiens ante templum cujuſdam idoli inſufflans, cum ſignaſſet frontem, corruit: tenentes eum, ibidem obſervantes, duxerunt ad Ducem, & indicantes factum decollatus eſt.

Id. D. *Modeſti* M. om. D. *Clereri* M. Claſceri. D. Januarii. M. Zari. D. *Secun-*

Digitized by Google

cundæ, *Rogati*. M. Secundi. D. *Lavicana*. M. Latina D. *Eos*, *Quomo* M. quos Como, D. *Ambianis ad finem* M. om.

XIX. Kal. Jan. D. *Meſſoris* M. Miſſoris. D. *Lucriti* M. Lucretii. D. *Theocoſæ*. *Nolæ*. M. Theucoſiæ. Nola, D. *Sancti*. M. Paſſio Sancti, D. *Depoſitio*. M. Depoſitio Beati.

XVIII. Kal. D. *Criſconi*. M. Creſconii. D. *Genonis*. M. Genonii. D. *Caleſti* M. Calixti. D. *Leceri* M. Licerii D. *Remigii*. M. Remedii D. *Baſilicæ* M. om.

XVII. D. *Sancti* M. om. D. *Via* M. & via D. *Caleſti* M. Calixti. D. *Audeinæ* M. Audemi D. *Cornelia* M. Cornua D. *Militum*. M. Milites. D. XIII. M. numero XIII. D. *nomina*. M. nomina tenentur D. *tenetur* M. om. D. *Flaviniani*. M. Fraviani. D. *& confeſſoris* M. in Fontanella depoſitio Landono Abbatis.

XVI. Kal. D. *Mubæ*. M. a Nice (*ſic*) D. *Theoſæ* M. Thecuſæ D. *Veneriæ*. M. Veneniriæ. D. *Hoſtenſiani* M. Ortiſiani D. *Victuriæ*. M. Victoriæ. D. *Rubentiæ & Marteri* M. Rubentis, & Maſterii. D. *Leonellæ*, *Meonis*, *Junellæ* M. Lunellæ, Neonis D. *Sancti* M. om.

XV. Kal. D. *Dedicatio* M. Depoſitio Sanctæ, ac glorioſæ Beatæ Mariæ Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & dedicatio D. *qua* . . . *ſedit*. M. quia . . . Petrus Apoſtolus ſedid. Romæ Sanctæ Priſcæ Virginis, & D. *Amonis*, *Micæ* M. Ammonii, Micheæ. D. *Fortunati*, *Zenonis*, *Zoſimi*. M. Fortunani, Zezonis, Zeſimi. D. *Feleriani*. M. Heleriani. D. *Pauls*, *Majuli*, *Luci* . . . *Saturnini*, *Floridæ* M. Pauliano Julii, Lucis . . . Saturninæ, Floridi D. *& uſque Priſcæ* M. om.

XIV. Kal. D. *Quinti Pauli* M. Pauli Quinti. D. *Celeſtice* M. Calliſte D. *Sororum* M. Sororis. D. *Fortunati*. M. Fortunati. Romæ Paſſio Sancti Sebaſtiani Mart. D. *Nicetii* M. Nycetii Epiſcopi.

XIII. D. *Paſſio Sancti*. M. om. D. *Martyris*. M. om. D. *Uxoris ejus*. M. om. D. *Abacuc*. M. Abbacum. Lugduno Galliæ Clementis Presbyteri. D. *Felicis*. M. Leuci, Flori, Felicis. D. *Nicetii* M. om. D. *Lugduno* uſque *ad finem* M. om.

XII. D. *& Natalis* M. natale. D. *Fêlogice*. M. Fulogice. D. *Candei* M. Candidi. D. *Flore*. M. Flori. D. Deuſtaſi. M. Euſtaſii. D. *Solutoris &*. M. Salutaris. D. Hiſpania M. Hiſpaniis. D. *Sanctorum*. M. Sancti. D. *Eologi* M. Elogii D. *Diaconi*. M. Diaconi. Fragas Paſſio Sancti Patrocli Martyr. Arvernus (*ſic*) depoſitio Beati Aviti Epiſcopi D. *Celeniani* M. Celiani. D. *Rogati*. M. Arogati. D. *Ermis Epiſcopi* M. Ermis Presbyteri. D. *Item uſque Epiſcopi* M. om.

XI. D. *Martyreſque octodecim cum*. M. eum XVIII. D. *Publii* M. Pulvii D. *Eboti* M. Eoboti D. Luperci, Apodimi M. Luberti, Apodonii. D. *Municipi* M. Municipio.

X. D. *Neoceſaria*. M. Neoceſarea. D. *Anaſtaſii martyris &* M. om. D. *Damati* M. Clemente. D. *Emerentianæ &* M. om. D. *Pulvii martyrum* M. om.

IX. D. *in Antiochia* M. Antiochiæ. D. *Neoceſaria* M. Neoceſareæ. D. *Eugenii* M. Eugenii, Metelli. D. *Ruppi*. M. Ruppi, Publiani. D. *Gelici*. M. Galei. D. *cum ſociis ſuis* M. Ravennæ Saturnini, Marini, Dati, Saturi, Labelli, Gudodiani, Celeani, Ermetis, Euſtaſii Confeſſoris, Mimmæ, Vincentiæ.

VIII. Kal. D. *Biti* M. Viti. D. *Sancti*. M. om. D. *in Africa uſque Martyris* M. Caſtulæ. Siciliæ Sancti Tyrſi. In Africa Epititi, Pupliani, Papie. In Egipto, Catine, Agape, Fabiani, Saviniani, & in Salathec Sodoni. Ravennæ Puteolis. Anthimaſius, Sabinus, Leudocius.

VII. D. *Picteolis*. M. Puteolis. D. *Donate*. M. om. D. *Macarii*. M. om. D. *& XXXVI. Martyrum* M. cum XXXVI. Martyribus. D. *Betleem* uſque *Paule* M. om.

VI. D. *in uſque Dativi*. M. Donati, Viti. In Africa D. *Voſoni*. M. Boſoni. D. *Theocoſe* M. Theucaſe D. 44. M. 44. & dedicatio Baſilice Sancti Victoris D. *& uſque in finem*. M. om.

V.

Digitized by Google

V. D. *Rome* . M. Rome Nativitas . D. *Agnetis* M. Agnetis Virginis , in Africa Dativi D. *Papæcanti*. M. Papæ Canti D. *Martyrum*. M. om.

IV. D. *Sancti Pauli* M. Sanctæ Paulæ. D. *Peruſiæ*. M. Peroſie . D. *Turſia* . M. Tuſcia. D. *Conſtanti*. M. Conſtantini. D. *Beati*. M. Beatiſſimi . D. *& confeſſoris*. M. om.

III. D. *Martyris*. M. om. D. *Flelippiani*. M. Philippiani D. 124. M. 123. D. *Cala* uſque ad finem. M. om.

Pridie D. *Gemini*. M. Gerimmi D. *Martyrum* M. om. D. *Gai*. M. om.

Menſis Februarius habet dies XXVIII.

Kal. Februarii Letanias indicendas. D. *item Dionifii* M. om. D. *Martirum*. M. om. D. 24. M. 14. D. *in uſque in finem*. M. om.

IV. Non. D. *Beatæ* M. Sancte . D. *quando* uſque *in templo* . M. Matris Domini Noſtri Jeſu Chriſti . D. *Marini* M. Maurini . D. *Perpetue* M. Perpetui . D. 74. *Martirum*. M. 73. D. *Secunde*, *Cappe* M. Secundole , Carpe. D. *Victoris*. M. Victoris, Felicis. D. *Urbici* . M. Urbicii D. *Victurie*, *Onorie* M. Victorie, Honoſie. D. *item* M. item Victorie, Item. D. *Depoſitio*. M. civitate depoſitio D. *Sancti Fuſculi* M. Beati Fluſculi . D. *quæ ibidem* . M. Virginis , quæ Aurelianis obiit. Mutilus eſt Codex,, & ad III. Nonas Maii tranſit. Quam ob rem conferre omiſi; tantum curavi, ut viderem, an quæ *Dacherius* alio caractere deſcribit, eſſent in codice, & num aliqui Sancti noſtrates additi.

III. Non. Maii Arelato &c. *om.*

VII. Idus Maj Auguſtiduno &c. ut apud *Dacherium* ; ſed *Placidi* nomen in *Placiti* commutatur.

VIII. Idus Corbeja &c. *om.*

XVII. Kal. Maj (folia enim male compacta ſunt , & aliqua exſtant , quæ periiſſe putabam) apud *Dacherium* legitur *Luciani . . . . Epiſcopi*, & *Confeſſoris*, *ubi ſunt conditæ reliquiæ Sancti Johannis Evangeliſtæ* . In Codice vero *Luciani* , *& alibi Sancti Gorgii*. *In Autiſſiodoro Galliæ dedicatio Baptiſterii* , *quod eſt juxta Baſilicam Sancti Germani Epiſcopi*, & *Confeſſoris ubi* &c.

Mutilus eſt etiam ſub finem ; *explicit* enim XIII. Kal. Octobris . Sequitur liber *de vita*, *vel obitu* , *ſeu iteratione Sanctæ* Paulæ *editus a Beato* Hieronymo *Presbytero* Bethleem *in conſolatione Beatæ* Euſtochiæ *Filiæ ejus*; tum *retractationes Sancti* Auguſtini.

VII. Hiſtorici Codices plures ſunt . In his Codex valde elegans , ſed ſub finem mutilus . Continet hic *volumen hiſtoriarum veteris Teſtamenti* . *Hiſtoria narrata additur moralitas*, *& allegoria ex SS. Patribus* Iſidoro, Adamantio Remigio, Beda, Auguſtino, & magiſtro Bernardino (Senenſem ſuſpicor) . Hiſtoria libri *Maccabæorum* extrema eſt, quæ narretur.

Euſebii, Hieronymi, & Proſperi *Chronica* complectitur codex alter membran. fol. quem *Antonius Marii Filius Florentinus civis* , *atque notarius tranſcripſit Florentiæ* VII. Kal. Januarias 1452.

Porro *Euſebii* Eccleſiaſticam hiſtoriam a *Ruffino* verſam , ejuſdemque *Ruffini* undecimum librum cum *Hieronymi*, & *Gennadii* libris *de illuſtribus viris exhibet* Codex alius membran. f. ſæc. XIV.

Multo præſtantior antiquitate (nam ſæculum IX. ſapit) Codex eſt, in quo *hiſtoria Eccleſiaſtica*, *quæ & tripertita* (ſic) *vocatur Caſſiodori Senatoris*.

Nec deeſt membranac. Codex in f. *hiſtoriæ Scholaſticæ novæ editæ* a Fr. *Tolomeo de Luca Ordinis Fratrum Predicatorum* . Quis , quove anno Codicem exaraverit, docet hæc notatio extremæ paginæ inſcripta : *anno Domini* 1464. *Indictione duodecima*. *Scripſi hunc librum ego Antonius Ludovici de Antuerpia*.

Liber hiſtoriarum Egeſippi Hieroſolymitani excidii a B. Ambroſio ex Græco Sermone in Latino (ſic) *tranſlatus decenter*. Codex membran. fol. ſæc. XIV.

Chro-

Chronica Martini de geſtis Pontificum , & Imperatorum ad ann. 1270. Codex membran. 4. ſæc. XIV. Legitur in eo ante *Benedictum* III. fabella *Johannæ* Papiſſæ .

Hiſce codicibus, qui univerſam fere exhibent Eccleſiaſticam hiſtoriam, adcedunt non pauci, qui res a Sanctis geſtas deſcribunt.

Sæculi XII. eſt codex membranac. fol., cui iſthæc inſunt ad rem præſentem. *Sermo Nativitatis* Sanctæ Mariæ , *ſeu acta Sancti* Hieronymi *Presbyteri de Genealogia Beatæ* Mariæ *Virginis . Hiſtoria de Paſſione Domini Salvatoris , quam invenit* Theodoſius *Imperator in* Hieruſalem *in Prætorio* Pilati *in libris Publicis . Factum eſt in anno quinto decimo .* Vita Sanctæ Efraxiæ . *In diebus Theodoſii Imperatoris piiſſimi* ſequitur . *Qualiter corpus Beati Jacobi ad Hiſpaniam venit . Nemo putet , quod iſte Jacobus ſit .* Paſſio *Sanctorum* Felicis, & Audacti , *Romæ via Oſtienſi . Capitula conſtituta in capitulo Vallis* (ſcilicet Umbroſæ) ab *incarnato Domino* 1154. *indictione* II. *ibique quadraginta , & duo Abbates . Alia Statuta Vallis anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 1160. *indictione* 8. *Secundo idus Octobris . Alia ſtatuta* inquorum fine legitur : *Factum eſt hoc in nomine Sanctæ , & individuæ Trinitatis anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 1171. *menſe Octobri indictione* IV. *Domino Alexandro in Sanctæ , & univerſalis Eccleſiæ Cathedra præſidente , & Domino Jacobo in Vallis Conventu Dei Gratia præſidente*. Alia ſtatuta, quæ hac Chronica nota clauduntur : *Factum eſt pro hoc conventu præſtante Deo apud venerabile Cœnobium Sancti Salvii anno Domini* 1179. *in quo interfuerunt Abbates ejuſdem conventus , & Priores , & Fratres Plurimi , & Domini Epiſcopi Feſulanus , & Florentinus .* Sequitur : *in Chriſti nomine Anno Incarnationis ejuſdem* 1188. *præſidente Domino Tertio Abbate Congregationis Vallis Umbroſanæ omnes pene Abbates ejuſdem congregationis ad eundem locum de ipſius Domini Abbatis mandato majoris unanimiter convenerunt die Sancto Pentecoſten , in quo preſente Domino Alexandro Livienſi Præſule , Sancti Spiritus gratia invocata de ſtatu jam dictæ Congregationis tractantes ea , quæ minus idonea in converſatione , & habitu Monachorum , vel converſorum eſſe videbantur , decenter , & honeſte reformare ſtuduerunt . Capitulum namque , quod ſuper actum eſt eodem Domino* Tertio *per Dei gratiam præſidente , & ex mandato Domini Papæ Alexandri hoc ipſum faciente apud Sanctum Salvium , ut per omnia ſervetur , & ab omnibus teneatur , firmiter cenſuerunt* &c. Sequitur concilium Romanum (puto *Alexandri* , certe poſt *Innocentium* , & *Eugenium* , qui *prædeceſſores noſtri* dicuntur) . *Licet de vitanda diſcordia in electione Romani Pontificis manifeſta ſatis a prædeceſſoribus noſtris conſtituta manaverint* . Moneo tandem primæ paginæ Codicis adſcripta hæc eſſe : *Anno ab Incarnatione Domini* 1147. *fuit conventus apud . . . cui interfuit Domnus Atto Piſtorienſis Epiſcopus , & Domnus* G. *Abbas Vallis Umbroſæ , atque Abbates numero* 28. qui *ſtatuentes* ſequi *inſtituta majorum* &c. Sequuntur autem aliqua ſtatuta *Vallis umbroſæ* .

Libro delle Leggende , e delle Storie de vita Patrum Cod. membr. fol. ſæc. XIV.

Vitæ aliquot Patrum exſtant in alio Codice membran. 4. ſæc. XII. qui præterea ſermonem exhibet *Sapientiſſimi* Groſtolani *Archiepiſcopi Mediolanenſis de Capitulo Monachorum* , *Fabricio* , & *Saxio* ignotum .

Codex membran. 4. ſæc. XII. In eo I. Vita *Eligii* Epiſcopi *Noviomenſis* , qualem dedit *Acherius* (T. II. *Spicilegii noviſſ. edit. pag.* 76.) ; capitum tamen ordine non nihil immutato. Hic quoque Codex *l.* I. *cap.* V. (in editis VII.) habet: *delicta pectus fuſcarent* , & paullo poſt *omnia adoleſcentiæ ſuæ* . Sic etiam cap. IX. *ferebatur ei*. Capite autem X. ut in Codice *S. Audoeni* , unde variis lectionibus locupletata eſt ſecunda *Dacherii* editio, *ſiquos ſuadere poterat* . II. Vita Beatæ *Aureæ* Virginis . *In diebus Dagoberti excellentiſſimi Francorum Regis erat quædam puellula Chriſtianiſſima nomine Aurea* . III. Sermones duo *in Solemnitate* ejuſdem *S. Aureæ* , & officium *pro eadem ſolemnitate cum muſicis tonis* . IV. Vita *S. Ægi-*

Digitized by Google

S. Ægidii, qualem (T. I. *Sept.*) edidere Bollandiani ſocii . v. officium *in vigilia S. Aureæ*.

Legendæ Sanctorum ſecundum Voraginem Cod. fol. membran. ſæc. XIV. Hæc autem in calce codicis legas: *ſcripſit hunc librum Preſbyter* Cinus *Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum Canonicus, animam cujus in cælis collocet Deus*. Inter ſingulares Sanctorum vitas commemorandi cum primis *Severi* (Sulpicii ſcilicet) *de vita S. Martini Epiſcopi* libri IV., quos notatio illthæc claudit. *Quo tempore authenticatus fuit liber iſte Anno Incarnati Verbi* MLII. *dum proficiſceretur Romam Odalricus Sanctæ Remenſis Eccleſiæ Præpoſitus, & Canonicus, detulit authenticum horum præſcriptorum quatuor librorum ſecum, deditque Sancto Martino Eccleſiæ Lucanæ auro, argento, & ſculpto ebore decentiſſime coopertum, in quo videlicet ebore hi verſus habentur.*

Mucro ſecat Chlamydem, Martinus *veſtit egentem;*
Indutum Chlamydem ſe Chriſtus monſtrat eamdem.
Poſcit Odalricus *pro munere Codicis hujus*
Martini *precibus ſanctis conſcribier unus.*

Explicit liber quartus Dialogi Sancti Severi. Hos libros excipit primo *Georgii Florentini, Gregorii Turonici de virtutibus B. Martini*; tum eadem vita carmine reddita

Sybariæ Caſtri lux aurea Pannoniorum.

Deinde *quædam miracula S. Martini, quæ non fuerant notata per alios auctores; tandem epiſtola B. Martini* (Braccarenſis) *ad Regem* Mironem *de honeſta vita S.* Britii *Epiſcopi Diſcipuli, ac Diaconi S. Martini*. Codex membran. fol. ſæc. XIV. cujus ſimilem *Venetum* recenſet Cl. P. *Hieronymus dePrato* (T. I. operum *Sulpicii Severi pag.* x.) immo *Venetus* ille ex hoc *S. Marci* videtur exaratus, quamvis imperite, ut verſus a me deſcripti, ſi cum editis a P. *de Prato* conferantur, oſtendunt. Certe *Venetus* Codex dicitur ſcriptus *propriis manibus* a D. Benedicto *de Mutina in monaſterio Angelorum S. Marci Florentiæ*.

Tres porro Codices Vitam *S. Gregorii Magni* ab *Johanne Diacono* perſcriptam continent. Primus membranaceus eſt in fol. Ex catalogo autem Romanorum Pontificum, qui in calce exſtat, ſub *Urbani* II., qui extremus eſt ſine annorum, ut in ceteris, notatione, Pontificatu perſcriptus videtur a *Petro* quodam; hoc enim ſe ſcriptor nomine deſignat. Alter item membranac. in 4. majore, ſed ſæc. XI. aut etiam X. præter *S. Gregorii* vitam Expoſitionem *Bedę* Presbyteri complectitur in *parabolas Salomonis*, & *B. Hieronymi Commentarium* in librum *Eccleſiaſten*. Tertius item in 4. antiquitate ceteris præſtat, & fortaſſe IX. ſæculo fuit exaratus.

Extremus, qui ad hanc claſſem pertineat, Codex eſt membranaceus ſæc. XIII. Vitam in eo habes *S. Bernardi* a *Bollandianis* editam T. IV. Auguſti, atque in quinque libros tributam, quorum primus a *Guillelmo* Abbate, ſecundus ab *Hernaldo Bonęvallis* Abbate, ceteri a *Gaufredo* Abbate prodierunt; nec deſunt ſermo ejuſdem *D. Gaufredi* Abbatis *in anniverſario S. Bernardi*, ſermones alii *De laudibus* ejuſdem Sancti, ac *litterę* quatuor *Alexandri Papę de Cannonizatione B. Bernardi*, ut in eodem *Bollandiano* opere. Accedunt Sermones aliqui *S. Bernardi*.

VIII. Codicum, quæ ad ſacras facultates pertinent, recenſione hactenus ſumus perfuncti. Reſtat ut illos enumeremus, qui profanarum ſunt diſciplinarum, a Grammaticæ rei libris initio ducto. Sunt autem hi omnino ſex. 1. *Johannis* Arretini *Tortellii Commentariorum Grammaticorum de Orthographia dictionum e Gręcis tractorum ad Sanctiſſ.* P. Nicolaum V. *Pont. Max.* Codex chart. fol. ſæc. XV. Confer de hoc opere, quod *Venetis* typis exſcriptum prodiit a. 1471. *Georgium* p. 182. *Diſquiſit. in* Nicol. V. *Pont. Vitam*. 2. *Papię Vocabularium*. *Codex membr. f. ſęc.* XV. 3. *Grammatica; Gloſſę ex Novo, & veteri Teſtamento ſpiritualiter*

liter compoſitę (atque alphabeti ordine diſpoſitæ); liber *Eucherii Epiſcopi* (*Lugdunenſis*) *de formulis ſpiritualis Intelligentię* (ad *Veranum filium*); *Junilii* ad *Primaſium* Epiſcopum libri duo *inſtitutorum*; Liber *differentiarum S. Iſidori*. Cod. membranac. f. ſæc. XII. aut etiam XI. 4. Libellus *de octo partibus Orationis*; hunc excipit *Ars minor* Priſciani *Grammatici*; tum dialogus, cujus hoc eſt initium: *fuerunt in ſchola Albini Magiſtri* (Alcuinum intelligo) *duo pueri unus Franco, alter vero Saxo, qui nuperrime* ſpineta *grammaticę denſitatis irruperunt. Quapropter placuit illis paucas litteralis ſcientię regulas memorię cauſa per interrogationes, & reſponſiones excerpere*. Codex membranac. 4. ſæc. XII. S. *Manuelis Moſchopoli Erotemata Gręca*. Codex Chartac. 4. ſæc. XV. 6. *Manuelis Cretenſis protoſchedia* (nempe idem opus, quod Fabricius T. VII. *Bibl. Gręcę* p. 37. χεδοχεφίαν, ſive *praxim* περὶ χεδῶν appellat). Cod. membranac. 4. ſæc. XIV. cujus primæ paginæ hæc adſcripta ſunt: *Exempla Emanuelis Moſchopuli* XX. *accuratiſſime expoſita*, F. Emanuelis *Ordinis Prædicatorum*. Ab hoc vero emit a. 1446. Octobris die XXIX. dum *Conſtantinopoli* eſſet *Bartholomęus Lapacius Cortonenſis* Epiſcopus, quod ejus autographa manu ibidem adnotatum eſt.

IX. Paullo plures ſunt, qui ſolutæ orationis leges aut exempla ſuppeditant: 1. Codex membranac. 4. ſæc. XV. Ciceronis *de officiis* libros continens; ſcriptus autem *Lurſię* 1422. *tempore, quo Dominus* Onofrius de Virilibus *erat Poteſtas*. 2. codex membranac. f. ſæc. XI. aut XII. quem, ut ipſo initio antiqua manus notavit, *Werinbarius Epiſcopus dedit Sancte Marie* (forte *Iliceti*, ut in alio Codice legimus). Plura in eo ejuſdem *Ciceronis* opera, ſcilicet *de natura deorum*, *de divinatione*, in *Timęo Platonis*, & *de fato*, & *Topica* (corrupta tamen, ac perturbata) *Paradoxa Stoicorum*, ad *Lucullum* liber unus, *de legibus* libri tres. 3. Codex membran. 4. ſæc. XV. ubi præter opuſcula aliquot *Senecę* exſtant *Jacobi Bracellei* epiſtola *Viro Claro, ac doctiſſimo* Poggio *Apoſtolico Secretario ex Genua* XII. Kal. Martias a. 1439.; *Poggii* reſponſio; alia *Bracellei* ad eumdem *Poggium* epiſtola; ejuſdem *Bracellei Genuenſis ad* Blondum Flavium *Apoſtolicum Secretarium deſcriptio orę Liguſticę*. 4. Codex memb. 4. ſæc. XIII. In eo *Senecę declamationum* libri X. Epiſtolæ *Senecę* ad *Paullum*, hujuſque ad illum (utrique ſcilicet ſuppoſitæ) 5. *Quinctiliani Inſtitutiones oratorię*. Codex membranac. f. ſæc. XV. *ſcriptus*, ut extremæ pagellæ adſcriptum reperi, *& redintegratus a me* Nicolao de Chiannigianis *cive* Piſano, *dum* Piſis *Grammaticam legerem ſub anno Domini* 1423. *pro conſuetudine Piſarum*. 6. Codex Chart. ſæc. XIV. Plura in eo exſtant, nempe *Franciſci Petrarchę* epiſtolæ aliquot; incerti auctoris (num *Boccacii*, videant, quibus ocii ſatis eſt) *genealogia Deorum*; *Matthęi Boſſi Veronenſis Canonici Regularis dialogus de tolerandis adverſis*; tum *collatio, cur iniqui fortunatius agunt*; ejuſdem *de gerendo magiſtratu juſtitiaque colenda* opuſculum; ejuſdem *ne feminea ornamenta* Bononienſibus *reſtituantur*, *ad* Beſſarionem *Cardinalem*, *atque legatum cohortatio*; ejuſdem epiſtolæ C. II. editæ ſæculo XV., non tamen loco, anno, aut typographi nomine adſcripto; ejuſdem *oratio in beata cœna Domini*. 7. Codex membran. ſæc. XV. 4. Orationes aliquot *Demoſthenis* exhibens a *Leonardo Arretino* verſus ad *Nicolaum Medicen cum argumentis earumdem*. Sunt autem *Philippicę* tres; oratio *de pace ſervanda*; oratio *pro Dyopithe*; oratio *Eſchinis contra Cteſiphontem*, & Demoſthenis *pro Cteſiphonte*. Sequuntur *Platonis* epiſtolæ ab eodem *Leonardo* Latine redditæ ad *Coſmam Medicem*. 8. Codex Chartaceus ſæc. XVI. Præter Latinam Orationem *Alexii Lapaccini* Florentinæ Reipublicæ a Secretis: *in dandis* Malateſte Balionio *Florentini exercitus Imperatori militaribus ſignis*, hæc in eo Italica ſunt: *l' epiſtola di* Girolamo Benivieni *cittadino* Fiorentino *mandata a Papa* Clemente VII. *a dì* 1. *Novembre* 1530. *colle annotazioni critiche di un Domenicano*: *Breve diſcorſo di* Jacopo Nardi *fatto in* Vinezia *dopo la morte di Papa* Clemente VII. *l' anno* 1534. *ad iſtanza di alcuni gentiluomini* Viniziani *per informazione delle novità ſeguite in dall' anno* 1494. *inſino al detto anno*

1534.

1534. *Altro diſcorſo del* Nardi, *che la promeſſa fatta dalla Ceſarea Maeſtà a* Clemente *non debbe pregiudicare a quella, che ha fatta alla Città di* Fiorenza: *Lettera de' Fiorentini al Conte di* Sitonce *reſidente per lo Imperadore 14. Maggio 1535. Diſcorſo di Meſſer* Jacopo Nardi *fatto in* Vinezia *contro a' caluniatori del popolo* Fiorentino: *Diſcorſo dello ſteſſo in* Napoli *agli agenti Ceſarei, eſſendo ſua Maeſtà in quella Cittade di Gennajo 1536. Diſcorſo del* Nardi *fatto in* Napoli *contro a quegli, i quali diſſuadevano lo Imperadore* Carlo V. *dalla reſtituzione della libertà alla Città di* Fiorenza. *Eſpoſizione del ſalmo quinto verba mea &c. eſpoſto per* Jacopo Nardi *in* Napoli, *& mandata alla Maeſtà di* Carlo V. *Imperadore in nome degli exuli* Fiorentini, *& di tutto il popolo* Fiorentino *l'anno 1535. La vita di* Antonio Giacomini Tebalducci *ſcritta dal* Nardi, e *indritta a* Jacopo *di* Lorenzo Giacomini Tebalducci *Cittadino* Fiorentino *di* Vinezia *l' ultimo di Dicembre 1552.*

X. Nec deſunt Poetæ, licet non magno numero. Inter hos offert ſeſe primo *Ovidianorum* operum antiqua editio ſine anni, loci, ac typographi nota: ea autem inſignis eſt ob adnotationes *Angeli Politiani*, ad quem liber olim ſpectavit, manu paginarum oris adſcriptus. Sequitur Codex membranac. (f. ſec. xv.) in quo Tragœdiæ *Senecæ*. Anonymi, qui fortaſſe Auctor quoque fuit adnotationum margini inſcriptarum, præfatio initio codicis legitur; in ea autem Magiſter *Benvenutus de Imola* appellatur: tum epiſtola *Ser Colutii* Civis *Florentini Lucæ* idibus Octobris ſcripta, in qua diverſum fuiſſe *Senecam* Tragœdiarum Auctorem a Morali diſputatur. Illius hoc eſt initium: *Frater Cariſſime, ſæpe numero mecum reputans*. Tertius eſt in hac Claſſe Codex Chartaceus ſæc. xv. Quid porro in eo exſtet, docet adnotatio hæc extremæ paginæ inſcripta. *Liber mei* Lucæ Antonii de Sancto Geminiano, *in quo plura ſunt ſcripta, in marginibus manu mea, edita a* Laurentio ſer Johannis Lippi Collenſi. *Opus hoc* Oppiani *de natura piſcium ad* Laurentium *Medicem* (Latinis verſibus) *editum, ſive translatum fuit de Græco in Latinum a ſupradicto* Laurentio, *& ſcriptum manu ſua, & ab ipſo emendatum, ut apparet* in *Codice hoc. Quem librum ego* Lucas *ſupradictus cum ipſo* Laurentio *emendavi, & in bonam fidem reduxi, & deinde prefatus* Laurentius *largitus eſt mihi, quia aliud* Oppiani *Volumen manu mea ſibi largitus fuit, quod dixit ſe miſſurum in* Siciliam, *neſcio ad quem. Ego* Lucas *ſupradictus docui ipſum* Laurentium *Grammaticam in oppido* Collenſi, *dum ibi publico ſalario* conductus eſſem. Hæc ille. Quartus Codex chartaceus in f. *Dantis Paradiſum* cum *Franciſci Buti* Commentario complectitur. Clauditur codex his verbis: *qui finiſce l' ultimo Canto della terza Cantica del Paradiſo della Commedia di Dante Aldighieri, & la ſua lectura facta expoſta per Meſſere Franciſcho* (ſic) di *Bartolo da Buti compiuta nel 1395. & ſcripta per me Appollonio di Meſſere Arcolano da Volterra adi 4. di Marzo 1455.* In eumdem *Dantis Paradiſum* breves enarrationes exhibet Codex alius membraneus in f., cujus hæc ſunt extrema verba: *Finiſcono le Gloſe accolte & compilate per* A. L. N. F. *ſopra la Commedia di Dante Alleghieri Fiorentino*. xv. ſæculi, uti hic, quem nuper memorabam, Codex eſt membraneus, in quo *Laudes Fratris Jacobi de Tuderto*. Ad ipſam hanc Poetarum claſſem, etſi ad ſuperiorem potius ſpectat, elegiæ, quam initio exhibet, ratione habita refero Codicem alium Chartaceum in 4. ſæculi xv. Ejus, ut dicebam, initium ab Elegia, qua *Franciſcus Arretinus* Muſam adloquitur, rogatque, ut libellum ſuum Epiſtolarum *Diogenis* reddat Pio II. P. M. Hanc ſequitur *ad Sanctiſſ. & Clementiſſimum Patrem, & Dominum* Pium II. *P. M. in Diogenis Philoſophi epiſtolas Franciſci Arretini Præfatio*. Meminit in ea *Franciſcus Phalaridis* epiſtolarum, quas latine reddiderat. Tandem *Diogenis* epiſtolæ exhibentur ab *Arretino* latinitate donatæ.

XI. Ad Philoſophicos libros tranſeo. Sunt hi non pauci; nempe 1. *Compendium Logicæ Fr. Hieronymi Savonarolæ de Ferraria Ordinis Prædicatorum* (Codex char-

taceus in 4. ſæculi xv.). 2. Codex chartaceus ejuſdem ſæculi in 4., cujus primæ paginæ adſcripta hæc ſunt. *Iſte liber eſt Conventus* S. Marci *de Florentia ordinis Fratrum Prædicatorum, quem habuit ex perſona* Fr. Petri Pauli D. Poggi *de Florentia Fratris nativi dicti Conventus, & ex quadam commutatione facta de menſe* Junii 1465. *cum Domino* Baptiſta *Canonico Florentino germano dicti Fratris* Petri Paulli, *qui obiit Romæ die 6. Septembris* 1464. *In hoc volumine continentur infraſcripti tractatus, videlicet Conſequentiæ Magiſtri* Rodulfi Strode *Anglici; expoſitio Cajetani ſuper dictis Conſequentiis; obligationes ejuſdem Magiſtri* Rodulfi Strode; *tractatus de ſenſu compoſito, & de ſenſu diviſo; ſophiſmata aſinina; tractatus de inſolubilibus; concluſiones omnium librorum* Ariſtotelis; *item* Senecæ, Boetii, Platonis *in Timæo, &* Apuleij *de Deo Socratis*. 3. *Logichetta Magiſtri* Paulli de Venetiis (Codex chartac. in 4.). 4. *Logica, ac tractatus de ſenſu compoſito, & diviſo editus, & conſtructus per famoſiſſimum, clariſſimumque Artium doctorem, ac Magiſtrum digniſſimum in ſacra pagina, videlicet* Paullum Pergulenſem (Codex membraneus in 8. Sæc. xiv.) 5. *Scriptum Magiſtri* Gentilis de Cingulo *ſuper Artem Veterem* Ariſtotelis. (Codex membranaceus in 4.). 6. *Fr.* Gratiadei de Eſculo *ſuper totam artem veterem* (Codex membraneus in f. ſæc. xv., in cujus extrema pagina hæc adduntur: *nota, quod quando iſte* Gratiadeus *fecit has ſententias Fr.* Guidoni de Preſtano, *erat viginti ſeptem annorum, & in diſputationibus ſemper obtinebat* Ægidio *Ordinis* Heremitarum, *qui* Ægidius *per totum Orbem diſputando ibat, ut augeret ſuum Ordinem. Vixit autem iſte* Gratiadeus *per annos triginta, & mortuus eſt*). 7. *Scriptum* S. Thomæ de Aquino *ordinis Fratrum Prædicatorum ſuper poſteriora Ariſtotelis* (Codex in 4. membranaceus, qui *Fr. Petri Paulli D. Poggii* nuper memorati fuerat). 8. *Scriptum* Fr. Gratiadei de Eſculo *ſuper librum poſteriorum Ariſtotelis* (Codex in f. chartaceus ſæculi xv.). 9. Codex chartaceus in fol. ſæculi xv., qui hiſce verbis clauditur: *explicit liber ſecundus ſuper Poſteriorum* (ſic) *famoſiſſimi viri, Artium optimi Doctoris, nec non ſacræ paginæ profeſſoris, & Philoſophorum principis Magiſtri* Paulli de Venetiis *ordinis Fratrum* Heremitarum S. Auguſtini, *ſcriptus & compilatus per me Fr.* Johannem de Conſtantia *Provinciæ Rheni ejuſdem ordinis Paduæ* 1463. *die vero* 10. *menſis Januarii*. 10. antea appellati *Fr.* Gratiadei *ſuper librum* Porphyrii *quinque prædicabilium, & ſuper librum prædicamentorum* Ariſtotelis, *& ſuper librum ſex principiorum, & ſuper perihermenias* Ariſtotelis (Codex membranaceus in fol. ſæculi xiv.). 11. *Commentum* Averrois *ſuper* Porphyrium; *item ſuper librum prædicamentorum; dicta Magiſtri Indaginenſis ſuper librum perihermenias* Ariſtotelis; *alia; item commentum* Roberti Groſſatestæ *Epiſcopi Linconienſis ſuper librum poſteriorum* Ariſtotelis; *alia; quæſtio, utrum ordo Prædicamentalis ſit poſſibilis circumſcriptis proprietatibus rerum? per Magiſtrum* Angelum de Arretio; *quæſtiones Magiſtri* Thaddæi de Parma *ſuper tres libros* Ariſtotelis *de anima; alia; quæſtio, utrum omne generabile neceſſario generabitur? ordinata a Magiſtro* Johanne de Genua *anno Domini* 1318.; *alia; quæſtiones aliæ Magiſtri* Thaddæi de Parma; *item quæſtio, utrum propter impreſſionem ſpeciei ſenſibilis in medium, vel in ſenſum quantitas rei ſenſibilis minuatur? Magiſtri* Angeli de Arretio; *alia quæſtio* Johannis de Genua, *utrum æternis repugnet habere cauſſam efficientem? Ejuſdem quæſtio diſputata, utrum ſpecies intelligibilis ſit aliud realiter ab actu intelligendi? Ejuſdem utrum in cælo ſit materia?* (Codex membraneus in fol. ſæculi xiv.). 12. *Incipit preclariſſimus tractatus* de intenſione & remiſſione formarum *editus ab excellentiſſimo Artium, & medicinæ Doctore* Jacobo Forlinienſe nempe *Forolivienſi*. (Codex chartaceus in 4. ſæculi xv.). 13. *Ad preclariſſimum Philoſophum, & Medicum, Equitemque auratum* D. Benedictum Reguardatum de Nurſia *invictiſſimi* Franciſci Sfortiæ *Ducis Mediolani Phyſicum, & Senatorem digniſſimum* Johannis Marliani *Mediolanenſis de proportione motuum in velocitate quæſtio* (Codex membranaceus in 4. ſæculi xv., in cujus calce hæc leguntur: *ſcribere finivi Mediolani die 27. Auguſti hora tertia, aut*

circa

Digitized by Google

circa 1464.). 14. Commentarii in libros *Ariſtotelis* de anima (Codex chartaceus in fol. ſatis nitidus ſæculi xv.: ejus tegmini inſcriptum eſt : *iſte liber eſt Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Prædicatorum, quem quidem magnificus* Laurentius *magnifici* Jacobi de Biſticcio *famoſiſſimi Medici Florentini, Medicinæ artis Profeſſor ipſi Conventui moriens delegavit anno ſalutis noſtræ* 1478. emerat autem hunc librum Laurentius, ut in notatione alia deleta reperi, *Artium Scholaris ſtudens Senis ab uno Fratre ordinis Minorum quatuor ducatis die vigeſima Novembris* 1471.). 15. *Quæſtiones Magiſtri* Antonii de Neapoli *Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopi Malphenſis ſuper libros Metaphyſicæ* Ariſtotelis (Codex chartaceus in 4. ſæculi xv.). Ethicam porro Philoſophiam quatuor codicibus comprehenſa opera illuſtrant. Primus membranaceus in fol. ſæculi xiv., qui, ut ſub medium libri ſeptimi paginæ cuidam adſcriptum eſt, fuit *Colucii Pyeri de Salutatis, Euſtracii* (ſic) *Metropolitani Nickee enarrationem* continet *in primum* Ariſtotelis *Moralium ad* Nicomachum. Codex alter item membranaceus in fol. ejuſdem ſæculi xiv. *ſententiam* adſcriptam habet, *& expoſitionem cum quæſtionibus ſuper libros Ethicorum* Ariſtotelis *editam a Fr.* Giraudo Odunis *Ordinis Fratrum Minorum Provincię Aquitaniæ.* Eodem ſæculo xiv. exaratus fuit tertius Codex membraneus in fol.; in eo autem exſtat 1. *ſententia declarata ſuper librum Ethicorum* Ariſtotelis *formata per Magiſtrum* Petrum de Corvelieda. 2. *Sententia libri Politicorum* Ariſtotelis *expoſita, & abbreviata per Fratrem Reverendum* Atgerii *Civitatis Miniatenſis de Ordine Fratrum Minorum*. 3. *liber de regimine principum editus a Fratre* Ægidio *Romano Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Auguſtini*. Poſtremus Codex, qui chartaceus eſt in fol., ſcriptuſque ſæculo xv., Donati Acciajoli *Florentini expoſitionem* ſuppeditat *ſuper libros Ethicorum* Ariſtotelis *in novam traductionem* Johannis Argyropili *Byzantii ad* Coſmum Medicem.

XII. Ceteras jam facultates, libroſque ad eas ſpectantes perſequamur. Ad Matheſim hi pertinent. 1. Codex Chartaceus in fol. ſæculi xv. Libros xv. *Euclidis* complectens, *quem ego* Petrus Johannis *de Fivezano, & de territorio Lunenſi, alias Luneſane, die* xii. *Septembris* 1408. *inivi, & Deo meis manibus amminiculum donante die tertia Octobris ejuſdem milleſimi ad finem perduxi. Euclidis* libros excipit *nota quædam pro intellectu notabilis* Petri Campani *Commentatoris* Euclidis *poſiti in Commento Rubricæ ſecundi libri*, *Fr.* Leonardi de Antoniis *de Cremona Ordinis Minorum Baccalarii*; item *diviſio decidens materiam ſingulorum librorum totius Geometriæ* Euclidis *facta ad procurationem cujuſdam Artium Doctoris Magiſtri* Petri de Curte *de Padua, quam* Fr. Leonardus de Antoniis de Cremona *Ordinis Minorum Baccalarius Divina favente gratia compegit* 1404. ii. *Libri Matheſeos* Julii Firmici Materni *Junioris* V. C.; Codex membran. ſæc. xii. in 8., ſed mutilus. iii. *Claudii Ptolemæi Coſmographia* ab Jacobo Angelo verſa; Codex chartaceus in 4. ſæc. xv. Adde his Codicem membranaceum in 4., in quo præter tractatus duos *de ponderibus*, alterum *ordinatum per Magiſtrum* Blaſium de Parma *tempore magnarum vacationum*, alterum *Jordani*, ſæculo xiv. perſcriptos exſtat libellus alius hoc veluti titulo prænotatus: *incipit Liber Embadorum* Aſavaſordi *Judæi in Ebraico compoſitus, & a* Platone Tiburtino *in Latinum ſermonem translatus anno Arabum* DC. *menſe Sophar.* Tribus porro capitibus conſtat. Primum continet *Geometriæ Arithmeticæque univerſalia propoſita*: ſecundum eſt *de agrorum dimenſionibus*, item *de triangulorum dimenſionibus*: tertium differit *de agrorum domorumque diviſionibus inter conſocios, & cohæredes*. Etiam in alio membranaceo codice ſæculi xv. in fol. plura continentur Opuſcula, ac primum *canoni* (de prognoſticis) *compiuti per* Proſdocimo di Beldimondo *Padovano nell' anno del Noſtro Signore Geſu Criſto* 1424. *Morì il ditto Maeſtro* Prodozimo *nel* 1428. *a Padova*; deinde tractatus *quarumlibet partium projectionum* Guidonis Bonati *de Furlivio*; tandem tractatus *canonum circa cæleſtes motus*. Auctorem *canonum*, illorumque deſcriptorem indicat libri clauſula, quæ hujuſmodi eſt: *& ſic ſit finis*

horum

Digitized by Google

horum canonum per Proſdocimum de Beldemundo *Patavinum anno Domini noſtri Jeſu Chriſti* 1424. *Padue completorum cum Dei gratia. Amen.* Nicolaus Hamer *tranſcripſi Bononiæ die* 23. *Februarii de ſero aſcendente .... anno Domini* 1438. *incompleto*, Eugenio IV. *Papatus ſolio Apoſtolico ſedente anno creationis ejus* VII. Tandem huc ſpectat Liber Julii Solini *de ſitu orbis terrarum*, & *de ſingulis mirabilibus, quæ in mundo habentur*, cum Libello *Martini* Epiſcopi ad *Mironem* Regem *de quatuor virtutibus* exaratus in codice membranaceo fol. ſæculi XI.

XIII. Politicam docet venuſtiſſimus Codex ſæculi XV. in quo Donati Acciaroli (ſic) *Florentini commentum ſuper politicam* Ariſtotelis *ad illuſtriſſimum* Federigum *Urbini Ducem*. Huc aliqua demum ratione referri poteſt *il libro delli ammaeſtramenti delli antichi conpoſto* (ſic), & *fatto*, & *volgarezato per Frate* Bartolommeo da Santo Concordio D. *Piſano dell' Ordine de' Frati Predicatori*. Codex eſt Chartaceus in fol. ſæculi fortaſſe XIV. Res medica pluribus continetur Codicibus. Summam Medicinæ *Nicolai* (Falcuccii); ſummam quoque *de febribus* XXXVII. in capita diſtributam complectitur Codex chartaceus in fol. ſæculi XIV. Exſtat in alio ejuſdem ſæculi codice chartaceo Anonymi *medicinalis pandecta per Alphabetum Domno* Roberto *illuſtriſſimo*, & *ſereniſſimo Jeruſalem principi inſcripta*. Anno 1472. exaratus fuit codex chartaceus in 4. in quo libri B. Platinæ *de honeſta voluptate*, & *valitudine ad ampliſſimum Dominum* B. Rovarellam S. Clementis *Presbyterum Cardinalem*, ejuſdemque dialogus *in amores*. *Anotomiam Magiſtri* Mundini *Sciencie Medicine profeſſoris eximii* habes in chartaceo Codice ſæculi XV. in 4. *Viaticus* Conſtantini *Africani Montis Caſſianenſis Monachi cum gloſſulis Magiſtri* Gerardi *Bitacenſis* reperitur in codice membranaceo in 4., quemadmodum in alio chartaceo in 4. *liber unguentorum*, & *emplaſtorum Magiſtri Dini de Florentia* .. ſæculi XIII. Codex membranaceus in fol. a quodam Oliverio exaratus, ſeu, ut in extremo opere dicitur, *ædificatus de menſe Madii* 1271. *Antidotarium Nicolai* (Falcuccii) ſuppeditat. Duos præterea libros continet Codex alter membraneus, alterum *librum ſimplicis Medicinæ per Magiſtrum* Matthæum Platearium, alterum *Magiſtri* Petri Hiſpani *de ægritudinibus oculorum*. Adde librum (Codex eſt chartaceus in 4. ſcriptus anno 1476.) *de herbis, leguminibus, oleribus*, & *virtutibus herbarum, quem ſumma cum diligentia ornatiſſime* (alphabetico ordine) *compoſuit eximius artium, medicinæque Doctor* Dominicus *Magiſtri* Bandini de Arretio. Claudat Medicorum librorum claſſem Codex membraneus in fol. ſæculi XIV. *Clavis* inſcribitur *ſanationis elaborata per Magiſtrum* Simonem Januenſem *Domini Papæ Subdiaconum*, & *Capellanum*, *Medicum quondam felicis recordationis Domini* Nicolai *Papæ* IV. *qui fuit primus Papa de Ordine Majorum* (ſic). Miſſum eſt autem hoc opuſculum, quod Alphabeticum ordinem ſervat, a Simone *Domino ſuo præcipue Domino Magiſtro Campano Domini Papæ Capellano Canonico Pariſienſi*. Porro *Simonem* fuiſſe *Rothomagenſem* Canonicum diſcimus ex *Campani* ad ipſum epiſtola. Adfinis argumenti Codex membranaceus in folio minore ſæculi XIII. opera nonnulla Chirurgica complectens. Hæc inter *Bruni Longoburgenſis* libri duo, quorum primi hoc eſt initium. *Rogaſti me, jam eſt diu,* Andrea Vicentine *venerabilis amice mi, ut tibi brevi*, & *aperto ſermone in medicatione cyrugiæ librum deſcribens collectum & exceptum ex libris glorioſiſſimi* G. *Avicenni, Almanſoris, Albucaſim* &c. Porro hæc ſub finem leguntur. *Anno ab Incarnatione Domini* 1252. *menſe Januarii Indictione* X. *in Civitate Padue in loco S. Pauli ego Brunus Longoburgenſis ſub ſpe divini favoris per omnia veſtigia Veterum Sapientum perſectans huic operi debitum finem impoſui. Suſcipias ...... amice cariſſime*, & *non erubeſcas, non hæſites operari cum eo, nam apud compoſitionem ejus non fui promptus ad aliud, niſi ut colligerem*, & *exciperem flores ex ſecretis veterum.*

XIV. Nec deſunt hiſtorici libri. Eos quo ordine in adverſaria retuli, hic recenſebo.

Appianus *de bello civili traductus a* Petro Candido. Codex eſt chartaceus in

fo-

folio, quem *Philippus Nannis Socci de Piſtorio ſcripſit die* 14. *Decembris* 1457.

Incomincia Joſafo *della guerra, che fu tra' Judei, & Romani compoſta in Greco da eſſo* Joſafo *Judeo, & di Greco tradutta in Latino da Rufino, & di Latino tradutto in volgare in Firenze ad petitione di Meſſere* Ercole (nempe primus) da Heſti. Codex membran. in fol. ſæculi xv.

Hiſtoriæ populi Florentini a *Leonardo Arretino* conſcriptæ. Codex membranaceus in fol. quem *Johannes Petri de Stia notarius Florentinus ſcripſit anno* 1449.

T. *Livii* ab Urbe Condita libri priores decem; codex membran. in fol. ſæculi x.

Leonardi Arretini *de bello Punico*. Ejuſdem *de bello Gallico*. *Æneæ de Piccolominibus Imperialis Poetæ, & Secretarii, qui Papa Pius ſecundus nunc eſt, ad* Ladislaum *Regem Hungariæ*. *Platonis Vita per* Leonardum Arretinum. *Sertorii Ducis præſtantiſſimi Vita ex* Plutarcho *in latinum tradutta per* Leonardum Arretinum. *Ejuſdem de rebus geſtis per Italiam ætate ſua, opus divinum*. *Ejuſdem de ſtudiis Litterarum ad Illuſtrem Dominam* Battiſtam de Malateſtis. *Ejuſdem Iſagogicum breve in fines bonorum, & malorum*. *Ejuſdem liber, qui eſt collatio* Collutii, *& aliorum quorumdam de . . . . trium vatum Florentinorum*. Baſilii *Philoſophi Chriſtianiſſimi liber ad* Gregorium *de fuga ſeculi, & de vita monaſtica traductus per S. Virum Fratrem* Ambroſium *Camaldulenſem*. Plutarchus *de educatione liberorum de Græco in Latinum translatus per Dominum* Leonardum Arretinum. Poggii *Florentini dialogus contra avaritiam*. Codex membranaceus in fol. ſæculi xv. qui fuit *Georgii Antonii Veſpucci*.

Juſtini *epitome ex* Pompejo Trogo. Codex membran. in 4. ſæculi xi.

Thucydidis *hiſtoriarum liber a* Laurentio Vallenſi *traductus ad* Nicolaum V. P. M. Codex membranaceus in fol. ſæculi xv.

Fl. Joſephi *Judaicarum Antiquitatum* libri xx. latine verſi a *Rufino*, Codex membran. in folio majore ſæculi xii.

His adde Philologicos aliquot libros, atque Antiquitatum illuſtratores. Sunt autem

Auli Gellii *Noctes Atticæ*, Codex chartaceus in fol. ſæculi xv.

Macrobius *de Somno Scipionis*, Codex membranaceus in fol ſæculi xii.

Macrobii Theodoſii *Viri Illuſtriſſimi Saturnaliorum*, Codex in fol. ſæculi xiv., qui fuit *Colucii Pyerii de Stignano Cancellarii Florentini*. Sequitur *expoſitio* Franciſci Diaceti Florentini *Platonici in verſus illos* Boetii *libro* iii. *de conſolatione*. *Videlicet de creatione animæ ipſius mundi ſecundum opinionem, quæ eſt ſumpta e* Timæo Platonis: tu triplicis mediam naturæ cuncta moventem &c. Porro *Bernardo Oricellario* inſcribitur opus hac epiſtola. *Franciſcus Diacetus Bernardo Oricellario* S. P. D. *Arduum profecto ac magni negotii opus per te a Fratre* Zenobio Acciajolo *nobis propoſitum eſt, & quod magnos alioqui viros ſæpe anxios habuerit, habiturumque ſit olim, quotiens in examen revocetur; non enim plebeja quædam minutula, quæ a nobis exiguntur, ſed quæ in arcanorum Theſauris Pythagoricæ Platonicæque Sapientiæ repoſita ſint maximarum plena queſtionum, plena ſolutionum. Ego vero, mi* Bernarde, *non inficias eo parum abfuiſſe, quin negligenter nobiſcum* (*ſic*) *egerim. Et niſi monita* Bindacci Recaſolienſis *non minus officioſi, quam gravis amici me excitaſſent, certe aut coram de his diſſeruiſſem, aut leviter jejuneque delibaſſem. Deterrebat enim me tum rei magnitudo, pleniorem potioremque mentem poſtulantis, tum Epiſtolæ ipſius ingenium utpote ad hujuſmodi aperienda enarrandaque ineptum. Nam videbar ſi agerem per epiſtolam, aut prolixitatis, aut obſcuritatis crimen ſubiturus, quorum utrumque viro penitus non ineleganti vitio dandum eſt. Sed ubi me ipſum recepi, longe vicit gratia, & auctoritas veſtra apud me; Quomodo enim vobis non ſatisfecerim, qui mihi nunquam ſatisfacio? Quid vobis a me non modo non impetratum ſed diſſimulatum aut velim, aut debeam qui me totum jam pridem vobis dedi? Si me propoſitos nodos abunde eſſe ſolvendo arbitramini* &c. *Ergo operæ pretium fuerit imprimis declarare, quomodo anima rerum media,*

tri-

triplexque ſit; quo *pacto ſe ipſam cælumque moveat, cujuſmodi vehicula, quæ ſementis* (ſic) *animarum, quibus expeditis obvia cuique faciliſque erit, ut opinor, propoſitæ quæſtionis intelligentia*.

Codex Chartaceus in 4. ſæc. XVI. in quo multa ſunt partim collecta partim deſcripta a *P. Johanne Baptiſta Bracceſchi Ord. Præd.* In hoc Codice exſtat inter alia Nicolai Agelii Buccinenſis *de complexu partium orationis ad* Dominicum Comitem Buccinenſem *Protonotarium, & ſcriptorem Apoſtolicum*: in hujus autem libelli calce habes *Andree Dactii* Tetraſtichon, item *Alexii Lapaccini Florentini carmina* 14. in libelli hujus laudem. Sequitur Epiſtola *Franciſci Zeffi Florentini ex Caſagiolano* idibus Auguſti 1533. in qua de ſua villa deque finitimis locis agit. In eodem volumine ſunt inſcriptiones quædam *Spoleti, Mevaniæ, Ravennæ, & Fulgineæ repertæ*. Tandem exhibentur Inſcriptiones quædam in marmoribus & urnis ſepulcrorum cum adnotationibus *Franciſci Aligerii Dantis* III.

XV. Haſtenus de Bibliothecæ *Marcianæ* Codicibus, quorum fortaſſis aliqui me fugerunt, alii diligentius, ſi per tempus licuiſſet, potuiſſent expendi. Auguſto menſe ad *Florentinam Carthuſiam* excurrere placuit ab *Acciajuola* nobiliſſima gente erectam, atque locupletatam. Multas in domeſtico tabulario ſervant Monachi chartas. Aliquarum, quæ ad hiſtoriam ſive profanam, ſive ſacram, ſive etiam litterariam faciunt, indicem texui, quem heic ſubjicio, habita temporum ratione.

Inſtrumentum quo *Carolus* II. *Siciliæ* Rex *Philippum* filium ſuum *Taranti* Principem renunciat, terraſque illi complures, & caſtra donat *Adenulphi Aquinatis Comitis Acerrarum proditoris*. *Actum Aquis* . . . . 1294. IV. *Februarii* VII. *Indictionis Regnorum noſtrorum anno decimo*.

Philippi nuper memorati Teſtamentum, quo *Robertum* primogenitum ſuum *Tarentini* Principatus hæredem inſtituit. a. 1352. *Regnante Domino noſtro Roberto* &c. *Regnorum ejus anno* 23. *die* 25. *menſis Decembris* XV. *Indict. Neapoli*. Inter teſtes, qui Teſtamento ſubſcribunt, reperi *Johannem de Penna* Phyſicæ Profeſſorem, & *Guillelmum de Johanna* Juris Civilis profeſſorem.

Terræ Prati ſtatuta a *Florentina* Civitate a. 1353. probata.

Inſtrumentum fœderis, quod *Bartholomæus de Capua* Comes *Altevillæ*, & *Jacobus de Extandardo* nomine *Margaritæ Duratiæ* inierunt; anno 1385. *regnante Domino Noſtro Domino Ludovico* II. *Dei gratia Jeruſalem, ac Siciliæ Rege* ... *Regnorum ejus anno primo Februarii die* 20. *ejuſdem octavæ Indictionis*. Teſtes inter reperio *Dominum Amicum Archiepiſcopum Sanctæ Severinæ*.

Johannis XXIII. litteræ, quibus *Forolivienſi* Epiſcopo, & *dilectis Filiis* . . . *S. Petri de Cerreto*, ac . . . . *Sancti Andreæ de Candiculis* (Candegli) *Vulterranæ & Florentinæ diœceſis Monaſteriorum Abbatibus* defert judicium de conceſſa *Benedicto de Bernardis de Forlivio Priore Prioratus S. Paterniani de Ferazano Camaldulenſis Ordinis Bretoronenſis Diœceſis* parochiali Eccleſia *B. Mariæ Adelmi dicti ordinis Vulterranæ Diœceſis* poſt obitum *Ludovici* Epiſcopi *Vulterrani*, qui illam a Pontifice obtinuerat, etſi *ab Heremo Camaldulenſi Arretinæ Diœceſis dependebat, ac per Monachos dicti ordinis gubernari conſueverant*. Datæ ſunt hæ litteræ *Romæ apud S. Petrum* V. *Idus Junii Pontificatus Noſtri anno* II., anno ſcilicet 1411.

Litteræ *Joannis de Thomariis de Bononia* decretorum doctoris *univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus* &c. Narrat in iis *primum quod Reverendiſſimus Oſtienſis* S. R. E. *Cardinalis auctoritate Sacroſanctæ Generalis Synodi Conſtantienſis quamdam commiſſionis ſive ſupplicationis cedulam ipſi præſentari fecit*. Deinde ſuum ad tribunal accerſit *Hermannum de Cremizen & Hermannum de Ratingen*. *Datum & actum Conſtantiæ anno* 1417. *Indictione* X. *die vero Veneris* 16. *menſis Julii Apoſtolica Sede vacante*.

Pii II. *Litteræ dilecto Filio Magiſtro Jacobo de Ammannatis* diœceſis *Lucanæ Secretario, Scriptori, & Familiari ſuo, quibus de ſua mera liberalitate* concedit, ut

Digitized by Google

ut conſequi poſſit *unum vel duo beneficium, ſeu beneficia Eccleſiaſticum vel Eccleſiaſtica in Florentina, aut in Piſtorienſi civitatibus. Datum Romæ apud S. Petrum* 1458. VIII. *Kal. Decembris Pontificatus Noſtri anno* 1.

Anathematis ſententia a Petro *de Vicentia Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Cæſenatenſis Diœceſis* lata a. 1500. 18. Julii in *Benedictum* quondam *Pigelli Fulci Portinari nobilem virum Civem & Mercatorem Florentinum*.

XVI. Verumtamen multo plures chartæ ſunt apud Carthuſianos *Florentinos*, quæ ad *Acciajolos* ſpectant. Eas indicabo, quæ majoris viſæ ſunt momenti.

Diploma, quo *Catharina Dei Gratia Imperatrix Conſtantinopolitana & Principiſſa Tarenti, ac Robertus eadem Gratia Romaniæ Deſpotus, Achajæ, & Tarenti Princeps . . . . ad ſupplicationem Nicolai de Azzarolis de Florentia Regii ciambellani, dilecti conſiliarii, & Familiaris ſui domeſtici* concedunt, *quod ſi dictum Nicolaum mori contingat, legitimis ex ſuo corpore liberis in pupillari ætate ſiſtentibus maſculinis*, Monaſterio Carthuſiæ *jam incæpto* cedant feudales reditus, quos in *Achajæ* Principatu habebat. *Datum* Neapoli 1338. 15. *Julii ſextæ Indictionis*.

Clementis VI. litteræ ad *Nicolaum de Acciajolis*, quibus eum monet, ut ejus Nuncio *Johanni Brunduſino* Archiepiſcopo fidem habeat, quod ſpectat ad liberationem *Nobilium virorum natorum quondam Hugonis Comitis Avellini. Avinione Kal. Februarii anno* IX.

Ejuſdem *Clementis* ad eumdem *Nicolaum* litteræ, quibus ſuadet, ut eidem Nuncio *Johanni* credat, quod pertinet ad fœdus inter *Ludovicum Siciliæ* Regem, & *Ludovicum* Regem *Hungariæ*. *Avinione* Idibus *Februarii* anno IX.

Clementis ejuſdem litteræ, quibus eidem *Nicolao* commendat *Petrum Dominum de Sancto Marciale Militem Lemovicenſis Diœceſis conſanguineum* ejus, quem Regi *Ludovico* Nuncium deſtinaverat. *Avinione Idibus Februarii anno* X.

Donatos duos *Acciajuolos* hoc ſæculum protulit, alterum qui a. 1317. *Prioribus Florentinæ* civitatis adcenſebatur, atque ab *Johanne Villanio* hiſtoriarum *lib.* IX. *c.* 80. memoratur, alterum a. 1384. *Piſciæ* Vicarium, de quo agunt *Ferdinandus Leopoldus Migliore* in ſua *Florentia illuſtrata* (p. 474.) & *Dominicus Mannius* XIII. *de ſigillis* volumine (*p.* 90.) Ad alterutrum ſpectant epiſtolæ duæ, quæ ſine anni nota in *Carthuſienſi* tabulario exſtant, ac veroſimilius ad primum. Altera a Civitate *Sancti Miniatis* ad ipſum *Donatum* data eſt XXIV. *Junii* XII. *Indictione*, atque ea civitatem ſex menſium intervallo reformaturus illuc accerſitur. Altera *Donati* eſt, qui *Florentinos* monet, ab *Jacobo Caraccio Caroli* Regis Vicario accepiſſe ſe Caſtrum *S. Donati Arretini* agri.

Fortaſſis *Donati* hujus, quem primum fuiſſe conjeceram, filius fuit *Jacobus Donati Acciajuolii*, quem cum *Johanne Rucci Savini Nicolaus Acciajuoli* Procuratorem conſtituit a. 1351. ad Terram *Prati Florentinæ* Civitati donandam, quemadmodum ſibi a *Ludovico* Rege, & Regina *Johanna* fuerat conceſſum. *Nicolai* Litteræ, quibus Procuratores illos inſtituit, exſtant in eodem Tabulario, docentque, erraſſe *Caſottium*, qui ſuperiore anno 1350. *Florentinos Prati* dominationem conſequutos fuiſſe adfirmavit in diſſertatione edita Tomo 1. *Calogerianæ collectionis* (*pag.* 301.).

Sed *Innocentii* VI. cum primis litteræ *Nobili viro Nicolao de Acciajolis Comiti Melphienſi Magno Regni Siciliæ Seneſchallo* ſunt indicandæ. Igitur *Avinione* III. Kal. Januarii anno Pontificatus 1. anno ſcilicet 1352. ſcripta ad eum epiſtola, ut apud Regem, Reginamque *Johannam* adlaboraret, rogat, quo ſuis illi ſtudiis pergerent proſequi *Guillelmum Rogerii comitem Bellifortis Germanum*, *& Guillelmum Rogerii Vicecomitem Turennæ nepotem felicis recordationis Clementis Papæ* VI.

Octavo autem Idus Februarii anno item Pontificatus I. Chriſti 1353. *cum gratiæ quas ... Ludovicus Rex Siciliæ illuſtris fecerat Ven. Fratri.. Guillelmo Archiepiſcopo Braccarenſi, & nobili viro . . Petro de S. Marciale Militi Lemovicenſis Diœceſis . . . defectu debito caruiſſent pro eo quod Univerſitates Provinciæ ſe illarum*

K exe-

executioni *oppoſuiſſe* dicerentur, datis *Avinione* ad *Nicolaum* litteris eos illi commendat.

Eodem anno ſexto Kalendas Junii ei ſcripſit *apud villam Novam Avinionenſis Diœceſis*, ut a *Ludovico* Rege, ac Regina *Johanna* liberationem impetraret *Roberti Comitis Avellini*. Tertio porro Nonas Octobris Avinione ei commendavit *Taylarandum Epiſcopum Albanenſem*.

Sequente anno 1354. anno ſecundo Pontificatus III. Idus Maij, quum *apud Villam Novam* conſiſteret *Avinionenſis diœceſis*, gratulatus eſt, quod ab ſchiſmate ad Regis *Ludovici*, ac Reginæ *Johannæ* obedientiam nobiles aliquot, & *Siciliæ* civitates tranſiiſſent.

Anno tertio (a. ſcilicet 1355.) nonis Maij epiſtolam *Nicolao* ſcripſit, qua eum ad tumultus adverſus Regem *Ludovicum*, & Reginam *Johannam* excitatos ſapientia ſua componendos hortabatur.

Abrumpenda eſt *Innocentii* litterarum ſeries, ut Caroli IV. Imperatoris indicemus diploma, quo *Nicolaum Acciajolum*, ejuſque hæredes *ſui ſacri Lateranenſis Palatii & Aulæ Imperialis comites* creat, illiſque facultatem largitur Notariorum toto late Romano Imperio inſtituendorum. *Actum fuit Petraſanctæ 1355. octava Indictione quarto Nonas Junii Regnorum noſtrorum anno* IX. *Imperii vero anno primo*.

Ad *Innocentii* recenſendas litteras redeo. Sub finem anni quincti, ſcilicet anni 1357. duas ejus epiſtolas invenio ad *Nicolaum*. Utraque *Avinione* data eſt: altera quidem XVII. Kal. Januarii, qua illum monuit ut crederet, quidquid ejus nomine ipſi diceret *Bertrandus Archiepiſcopus Salernitanus* ſuper chriſtianis, *de Principatus Achajæ partibus quos infidelis Turcorum furor .... indeſinenter excruciat*. Altera illi commendat *Reginaldum de Luperchato Cantorem Eccleſiæ Antiſiodorenſis*, quem negociorum cauſſa ad Regem *Ludovicum*, & Reginam *Johannam* mittebat.

Duas quoque anno VI. Pontificatus, noſtræque æræ 1358. litteras *Innocentius Nicolao* miſit. Ut de prima dicam, erat *Nicolaus exequutor ultimæ voluntatis* B. M. *Johannis Archiepiſcopi Neapolitani*. Scribit igitur Pontifex *Avinione* IV. Idus Februarii. ut *Franciſco* Tituli *S. Marci Exequutori ultimæ voluntatis* B. M. *Anibaldi Epiſcopi Tuſculani* procuret *nonnulla jocalia vaſa argentea, res, & bona, quæ ad dictum Epiſcopum Tuſculanum pertinebant*, quæque *Johannes Neapolitanus* Archiepiſcopus juſſu Pontificis habuerat *a Johanne de Leodio*. Secundam *Innocentius* dedit ad *Nicolaum* epiſtolam *Avinione* XIII. Kal. Martii diſcordiarum cauſſa, quæ *inter Ludovicum Regem Siciliæ, & Nobilem virum Ludovicum de Duratio* vertebantur; eum itaque hortatur, ut illas componat, & *Bertrandum* Epiſcopum *Montis Albani*, quem illuc propterea mittebat, opera ſua adjuvaret.

Anno 1358. Pontificatus ſui anno VII. *Avinione* III. *Kalendas* Maij idem *Innocentius Nicolao* commendat, ut *cum venerabilis Bartholomeus Epiſcopus Theatinus quaſdam domos & terras, quæ fuerant quondam* Franciſci *de Turre* Civis *Theatini olim per B. M. Guilielmum tunc Epiſcopum Theatinum præfati Epiſcopi prædeceſſorem de labe pravitatis hæreticæ auctoritate Apoſtolica condemnati juſto titulo pro ſe, & ſua Theatina Eccleſia poſſideret pacifice, & quiete, illiſque fuiſſet ſpoliatus, reddi eas illi juberet*.

Ultima, quam reperio, *Innocentii* VI. epiſtola ad *Nicolaum apud Villam Novam Avinionenſis Diœceſeos* miſſa eſt *Nonis Auguſti* anno VII. eodem ſcilicet anno 1358. Hortatur illa Pontifex *Nicolaum*, ut bellum in Turcas gerere ſtrenue pergat.

Carolus III. *Siciliæ* Rex ſcriptis *Neapoli* litteris a. 1382. 19. Decembris *Guiluccio de Mari de Neapoli Juſtitiario Angeli Acciajuoli Rapollani* Epiſcopi precibus mandat, ut *Rapollani* Epiſcopatus bona ab omni, quam ipſe intulerat moleſtia, adſereret.

Nicolaus Tituli *S. Cyriaci* S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacri Collegii Reverendiſſimorum Patrum Dominorum S. R. E. Cardinalium Camerarius litteris *in Caſtro Luceriæ Salernitanæ* Diœceſeos 1384. *Indictione* VII. 14. *Menſis Auguſti da-*

tis

tis abſolvit D. *Angelum de Azzarolis Dei Gratia Epiſcopum Florentinum ab excommunicationis ſententia , quam incurrit propter moram ſolutionis communis , & minuti ſervitiorum dicto collegio , a reatu perjurii , & aliis pœnis , ſecum ſuper irregularitate , ſi quam propterea incurrit , diſpenſans* &c.

Anno 1385. miſit *Urbanus* VI. *ad Priores Artium , vexilliferum Juſtitiæ , conſilium , & commune Civitatis Florentiæ ven. . . Bartholomeum Archiepiſcopum Cretenſem ſuper certis ex ſua parte , & circumſpectioni* Angeli S. R. E. *Presbyteri Cardinalis* (de Acciajuolis) *referendis & de intentione ſua plenarie informatum*; commendavit autem illum eidem *Angelo* Cardinali epiſtola , quam dedit *in portu Sancti Stephani Suanenſis Diœceſis* XVII. *Kal. Octobris Pontificatus ſui anno* VIII. Eidem *Angelo Titulo S. Laurentii in Damaſo Presbytero Cardinali Bonifacius* IX. *ſecundo* Kal. *Septembris Pontificatus ſui anno* III. facultatem per litteras *dedit* ut confeſſarium , a quo ab omnibus peccatis in mortis articulo abſolveretur , ſibi eligeret; Anno vero 1397. *ſecundo nonas Decembris Pontificatus* anno IX. diplomate edito eidem *Angelo* ſolutionem remiſit , quam Beneficiorum cauſſa Apoſtolicæ Cameræ debebat.

Atque de *Carthuſienſi* Archivo hæc hactenus.

CAPUT III.

Auctor Regium Lepidi a. CIↃIↃCCLIV. *proficiſcitur. Archiva principis templi , Ædis S. Proſperi , & Benedictinorum ab eo luſtrata. Bibliotheca Minorum Obſervantium , & codices aliquot ibi inſpecti. Inſcriptionum a Ferrarinio collectarum MS. Codex apud PP. Carmelitas. Alia in privatis ædibus adnotata.*

I. UT verni jejunii tempus appropinquavit , iter *Florentia Regium Lepidi* adripui , eo enim vocabat me concionum cauſſa humaniſſimus æque ac generis nobilitate , ac virtutum omnium , quæ Epiſcopum decent , ſplendore conſpicuus *Regienſium* Pontifex *Caſtelvitreus* Mutinenſis . Quum primum autem ad eam urbem acceſſi , quæ & antiquitate præſtat , & elegantia , cum iis hominibus agendum mihi eſſe intellexi , qui advenas omni officiorum genere cumulare certant. Eſt ibi in ceteris litterarius cœtus , quem *hippocondriacorum* appellant , illuſtris ſane cum ob virorum , qui in illo connumerantur , præſtantiam , tum ob egregia , quæ in eo exhibentur , doctrinarum omnium ſpecimina . Quibus me humanitatis omnis officiis ornarint docti ejus conventus viri , in *hiſtoria litteraria Italiæ* docui non ſine grati animi ſignificatione. Nunc illud dicendum , ex illis aliquot , *Achillem* cum primis comitem *Criſpium* , ejuſque fratrem pereruditum Canonicum *Franciſcum* nuper heu! nobis morte præreptum , Canonicum *Joſephum Ritornium* , Abbatem *Regis* , qui tum nobiliſſimo Urbis Gubernatori *Mario* Marchioni erat a ſecretis , in luſtrandis patriæ antiquitatibus maximo mihi fuiſſe præſidio. Eorum quippe auctoritate , officiiſque factum eſt , ut præcipua Urbis Archiva , ac Bibliothecas illuſtriores adire mihi liceret , & quæ ibi notatu digna reperiſſem , in adverſaria referre . Enimvero quum Canonicorum principis templi archivum libuit mihi luſtrare (ab hoc enim exordiri placet) adfuit mihi ſocius , *Criſpii* præſertim *Achillis* rogatu , patriorum monumentorum peritiſſimus *D. Bartholomæus Proſper de Camillinis* , a quo etiam *Regienſium* Epiſcoporum adcuratam *chronotaxim* nuper habueramus .

II. Incredibilis porro ibi latet veterum chartarum congeries , quæ ſi in adſpectum hominum , lucemque prodiret , maxima ſane Italicæ hiſtoriæ adceſſio fieret . Paucas heic percenſebo . In arcula prima (in plures enim arculas tributum illud archivum reperi) num. 105. charta exſtat , qua anno MLXXIV. X. *die menſe Auguſto Indictione* XII. *convenit inter Domnus Gandulfus Epiſcopus Vir Venerabilis Sanctæ Regienſis*

Digitized by Google

Eccleſie, nec non inter Martinus Presbyter &c. In arcula ſecunda num. 184. donationis inſtrumentum reperi *regnante Domno Carolo Rex in Italia anno* II. *die* IV. *Menſe Martii Indictione* XIV. (anno ſcilicet 881.), cui ſubſcribit *Paulus* (fuit is *Regienſis* Epiſcopus ab anno DCCCLXXVIII.) *per miſericordiam Dei humilis Epiſcopus*. Anni DCCCXCVIII. inſtrumentum *commutationis* a Mauro *Scavino* ſcriptum ſuppeditavit Arcula quarta num. 565. Ejus hæ ſunt notæ chronicæ: *Lambertus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus anno Imperii ejus* V. *die* II. *menſe Martii Indictione* I. Multo antiquius diploma eſt in arcula ſexta contentum num. 807. Dedit illud *Carolus gratia Dei Rex Francorum*, *& Langobardorum*, *ac Patricius Romanorum* anno DCCLXXXI., ſeu, quemadmodum in eo legitur, *in menſe Junii dis* VIII. *in anno tertio decimo*, *& ſeptimo*. *Actum* eſt autem *Papia Civitate in Dei nomine feliciter*. Uno poſt anno datum eſt aliud Caroli Diploma: *Solet Imperialis Majeſtas*. Extat in arcula ſeptima num. 1224. Sed integram chartam libet adferre ex eadem arcula ſeptima num. 1074., ea enim illuſtrantur, quæ vir de Italicis antiquitatibus optime meritus *Muratorius* tradidit *T.* I. *ant. Italic. Diſſert.* XV.

„ In nomine Sancte, & individue Trinitatis anno ab Incarnacione ejuſdem „ MCXLVIII. de menſe Junii indictione XI. Tibi *Tſe* Filie condominice de *Felegaria* ancille juris noſtri ego quidem in Dei nomine defenſor filius quondam „ *Guidonis de Vacareza*, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere *Longobardorum* Dominus & benefactor tui, propterea dixi, quod ad meritum anime „ mee, meorumque parentum pertinere poteſt, neceſſe eſt mihi ſemper illud „ agere, unde in hoc & in futuro ſeculo plenam & maximam apud omnipotentem Dominum poſſim conſequi mercedem; ideoque ego jam dictus defen„ ſor ſtatuo te *Tſam* ancillam juris mei & amodo a preſenti die in an„ tea ſis libera, & abſoluta ab omni vinculo ſervitutis, fulfreal, & amon factus „ ſum, vitam ſemper bene, & integram deducas ingenuitatem, & ubi a pre„ ſenti de quattuor viis ambulare, aut cum quo abitare volueris, liberam atque „ firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem, & congruam libertatem, ut dixi „ juxta legem pro anime mee, & parentum meorum mercede, & neque a me „ neque ab heredibus meis ullam non habeas reprehenſionem, nec conditionem „ ſervitutis, ſet tu in perpetuum & omnem agnicionem, & procreacionem tu„ am, ſi abueris, in plena, & integra maneat libertate, Sicut illi, qui in qua„ druvio in quartam manum traditi & amon facti ſunt, vel ſicut illi qui per „ manum Sacerdotis circa ſacrum altare ad liberos dimittendos deducti ſunt, „ conceſſumque ſit tibi ad gratiam tue libertatis omne tuum conqueſtum pecu„ liare vero tam quod nunc habes, aut in antea acquirere potueris, ut facias „ exinde a preſenti die tu & heredes tui, aut cui vos dederitis jure proprietario „ nomine, quicquid volueritis ſine omni mea & heredum meorum contradictio„ ne pro anime mee & parentum meorum mercede, & nec liceat mihi ullo „ tempore aliter velle, quod volui, ſed quod a me ſemel factum eſt, inconvul„ ſum & inviolabile conſervare promitto cum ſtipulacione ſubnixa. Actum Re„ gii feliciter.

„ Signum manus predicti defenſoris, qui hanc cartam libertatis fieri & ſcri„ bere rogavit, ſicut ſupra legitur.

„ Rogati teſtes *Guiriſius de Griſſo*, *Sigifredus*, *& Johannes de Fellegaria*, *Ge„ rardus*, *Criſtofolus*, *Maletaleatus*, *Euſtacius*, *Bernardus de Vacareza*, *Aginus*.

„ Ego *Atmericus* Notarius Sacri Palacij rogatus interfui, ſcripſi, complevi, „ ac dedi.

III. Plura ut ex archivo Baſilicæ *S. Proſperi* deſcriberem, *Franciſci* Canonici *Criſpii* τῶ μακαρίω feciſſet humanitas; verum Comes *Achilles* ejus frater quum me concionum laboribus feſſum, ac multis diſtentum litterariis curis conſpiceret, aliquot a *Franciſco* ſibi conceſſa illius archivi monumenta ipſemet exarare voluit. En igitur

tur quatuor veteres ejus archivi chartas, quales ab egregio viro accepi. Prima *Sigefredi* Regienſis Epiſcopi Conſtitutiones quaſdam exhibet nulla anni nota diſtinctas; quum tamen ille *Regienſi* Eccleſiæ præfuerit ab anno MXXXII. ad MXLI. de earum tempore ſatis conſtare poteſt. Duorum *Regienſium* item Epiſcoporum quæ duæ ſequuntur chartæ, donationes ſuppeditant. Quarta ſententiam quamdam præbet latam ab *Opizone de Lavania*, ex qua ritus etiam aliquis in celebrandis Sabbati Sancti officiis eruitur.

I.



„ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Sigefredus* divina ordinante
„ providentia Epiſcopus. Conſtitutio iſta quam coram totius Epiſcopatus fratribus
„ in Synodo facimus firma, & ſtabilis, & inconvulſa permanere debet. Pro-
„ pterea veſtrorum præſentiam expectavimus Regienſis Eccleſia a ſuis prepoſitis
„ dilacerata, & pene proſtrata, & quaſi ad nihilum redacta. Cotidie lacrimabi-
„ li voce exclamat. Quam ſui fideles ſibique famulantes conſona voce aſſidue
„ proſecuntur, & ne omnino abſorberetur noſtram ſepiſſime adierunt paternita-
„ tem. Unde graviter comoti, acriterque ſtimulati, illorum incomodum quaſi
„ noſtrum paterno compatientes affectu, Sanctæ Dei genetricis Eccleſiæ, San-
„ ctique *Michahelis*, atque Beati *Proſperi* præpoſitos veſtra auctoritate ex parte
„ Dei patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, & ſupradictorum ſeu
„ cæterorum Sanctorum excomunicamus, & anathematizamus. Si de rebus e-
„ juſdem Eccleſiæ, videlicet Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Michahelis* ſcriptum abſ-
„ que conſenſu Archipresbiteri ſimul cum tribus presbiteris, & Archidiaconi cum
„ tribus Diaconibus ſi in eadem Eccleſia tunc fuerint. Et etiam cum tribus
„ ſubdiaconibus, & cum ipſo de cujus parte fuerit. Similiter, & Sancti *Proſpe-*
„ *ri*, ſi de rebus ipſius Eccleſiæ abſque conſenſu duorum presbiterorum, & Dia-
„ conorum ejuſdem Eccleſiæ, & illius de cujus parte fuerit, deinceps in antea
„ fecerint. Et inſuper ccc. ſolidos componant. Medietatem ejuſdem ſedis anti-
„ ſtiti. Et medietatem injuriam ſuſtinenti.

„ *Sigefredus* Dei nutu Epiſcopus huic inſtitutioni a ſe cum auctoritate tutius
„ Epiſcopatus fratrum in Sinodo factæ ſubſcripſit, & libenter confirmavit.

„ *Heicardus* Archipresbiter ſubſcripſit.) *Bernardus* Archidiaconorum minimus ſubſcripſit.
„ *Dominicus* Presbiter Magiſter Scolarum ſubſcripſit.) *Sigefredus* Diaconus ſubſcripſit.
„ Ego *Adam* presbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Adelbertus* presbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Adelbertus* presbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Teuzo* presbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Gregorius* presbiter & cuſtos ſubſcripſi.
„ *Ingo* presbiter ſubſcripſit —— *Dominicus* Diaconus ſubſcripſit.
„ *Adam* Diaconus ſubſcripſit.

Johan-



„ *Johannes* ſubdiaconus hujus inſtitutionis ſcriptor „ & confirmator exiſtunt.
„ Ego *Frotgerius* Archipresbiter ſubſcripſi — Ego *Reſfanus* Archipresbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Johannes* Archipresbiter ſubſcripſi.
„ Ego *Livaldus* Archipresbiter ſubſcripſi.

II.



„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Albertus*
„ Dei largiente gratia Sanctæ *Regienſis* Eccleſiæ Epiſco-
„ pus proviſor licet indignus erumpnoſæ vitæ diſcrimi-
„ na conſiderare oportet, dum ſumus in via quatenus
„ ammiſſis temporalibus comodis vita comite non pri-
„ vemur æternis. Sepiſſime enim dum his utimur, ab
„ inproviſa morte rapimur, & tunc hactenus vagantes
„ ſero cupimus querere, quod obſtantibus culpis non me-
„ remur acipere. Ac per hoc accepta Eccleſiaſtici regi-
„ minis cura decet Epiſcopalem diligentiam ſic erga ſub-
„ ditas Eccleſias & Clericos vigilanti animo gerere, ut
„ de bono in melius juvante Deo proficiant. Et clerici
„ divinis ufficiis promptius intempti Eccleſiæ noſtræ nobiſque fideliores exiſtant,
„ unde congruum ſatiſque conveniens nobis apparuit, ut interventu Domni Gra-
„ ciani cariſſimi Fratris noſtri, Canonici, & Prepoſiti Canonicorum Sancti *Pro-*
„ *ſperi* ejuſdem Eccleſiæ neceſſitati ſubvenientes. omnem decimam de domnicato
„ noſtri Epiſcopatus de .... pratis, & vineis quæ jacent in *Suzaria*,
„ & in *Nove*, & in *Maſenzatico*, & in *Regio* & in *Albineto*, & ſi forte domni-
„ catum Epiſcopi in aliquo loco ſe ampliaverit decima ſimiliter ad menſam, &
„ ad comunem utilitatem Canonicorum fratrum noſtrorum præſentium, ac futu-
„ rorum Sancti *Proſperi* Eccleſiæ famulantium nos largiendo, ſicuti predeceſſo-
„ res noſtri largiti ſunt a tempore Domini *Teuzonis* Epiſcopi beatæ memoriæ
„ uſque ad præſens tempus. Nos eamdem decimam damus, & in perpetuum
„ confirmamus. preterea omnes alias decimas, quas Canonica Sancti *Proſperi* ha-
„ bet, & tenet infra omnia ſua confinia, nec non & Eccleſias verbi gratia ſicut
„ eſt capella Sancti *Fauſtini*, & Eccleſia Sancti *Stevani*, quæ eſt ſita in *Burgo*,
„ & Capella Sancti *Martini de Vinea* paſſiva, & Eccleſia S. *Mauricii*, & Ec-
„ cleſia Sancti *Martini* de *Pinzo*, & Eccleſia S. *Dalmacii de Siſſo*, &
„ Eccleſia Sanctæ *Juſtinæ* de *Arzene*, & Eccleſia Sancti *Johannis* de *Corrigia*,
„ & Plebs *de Baniolo* cum omnibus ſuis pertinentiis, & tercia pars plebis *Nu-*
„ *vellariæ*, & Sancta *Maria de Cella*, quæ eſt ſita in plebe *Arolæ*, & tercia pars
„ plebis Sancti *Stevani*, cum tercia parte curiæ & tercia pars candelarum mor-
„ tuorum; & tercia pars palafreni quod datur in receptione Epiſcopi, & in
„ conſecratione Eccleſiarum ſecundum veſtram conſuetudinem intereſſe debetis,
„ & in Natale Domini, & in reſſurectione Domini, ſi Epiſcopus adeſt ad miſ-
„ ſam majorem intereſſe debetis, & in refectione, & de familia noſtræ Eccle-
„ ſiæ.

Digitized by Google

,, ſiæ ſi quis illorum de Poſſeſſione ſua aliquid judicare voluerit. & ....
,, damus & hæc omnia ſupradicta prænominatæ Eccleſiæ perpetualiter confir-
,, mamus, ea ratione, ut prædicti fratres ad comunem .... menſam ſem-
,, per a modo ea quæ ſupra leguntur retineant, & poſſideant ſine omni noſtra,
,, ſeu etiam ſucceſſorum noſtrorum contradictione, vel diminutione, nec liceat
,, unquam alicui fratrum vendere donare aut aliquo modo comutare, ſeu a pro-
,, poſito officio alienare, ſed ſicut ſuperius dictum eſt ad menſam fratrum reſer-
,, vent & teneant. Quod ſiquis divinum poſt tergum deiciens timorem hanc no-
,, ſtræ inſtitutionis vel confirmationis paginam frangere temptaverit maledictio-
,, nem Dei patris omnipotentis, & Filii & Spiritus Sancti habeat, & cum Juda
,, traditore dampnatus eternis ignibus maneat cruciandus, & inſuper ſciat ſe
,, compoſiturum penam argenti denariorum Lucenſium lib. xl. medietatem quæ
,, dicto Epiſcopo, & medietatem prælibatæ Eccleſiæ, quod ut verius credatur
,, firmiuſque a nobis noſtriſque ſucceſſoribus obſervetur, & nos propria manu fir-
,, mavimus, & teſtibus roborandum attulimus.

,, Ego *Alberius* Regenſis Epiſcopus licet indignus ſubſcripſi.

,, Ego *Gandulfus* Archipresbiter ſubſcripſi.

,, Ego *Albertus* Præpoſitus Reginus ſubſcripſi.

,, Ego Donnus *Gandulfus* ejuſdem Donni
,, Epiſcopi Capelanus ſubſcripſi.

,, Actum *Regii* in manu Donni *Graciani* ſuperius deſcripti feliciter Anno Do-
,, minicæ Incarnationis milleſimo centeſimo xl. nono de menſe Auguſti indi-
,, ctione xii. & in præſencia Archipresbiteri *Regenſis*, & Alberti *Prioris* Sancti
,, *Geminiani*, & *Gandulphi* Capellani, & *Enrici* Medici.

,, Rogati teſtes interfuerunt *Petrus Turgidus*, *Eleazarus* Filius *Attonis*
,, *adegerii*, *Sigifredus de Nove* ejus frater.

,, Ego *Aimericus* Notarius Sacri Palacii rogatus interfui, & ſcripſi.
,, com plevi. ac de di.


III.

In Dei nomine Anno ejus milleſimo centeſimo octuageſimo IIII. die tercio intrante menſe Sebtembris indictione ſecunda. *Albriconus* Dei gracia Sancte *Regienſis* Eccleſie Epiſcopus licet indignus dilectis fratribus canonicis deſervientibus Sancto Proſpero tam preſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis. In perpetuum erumpnoſe hujus vite diſcrimina conſiderare oportet dum ſumus in via, quatenus amiſſis comodis temporalibus vita comite non privemur eternis. Sepiſſime enim dum his utimur ab improviſa morte rapimur, & tunc vagantes ſero cupimus querere quod obſtantibus culpis non meremur accipere. Ac per hoc accepta Eccleſiaſtici regiminis cura, decet Epiſcopalem diligentiam ſic erga ſubditas Eccleſias, & Clericos vigilanti animo gerere, ut de bono in melius juvante Deo proficiant, & Clerici Divinis officiis promptius intenti devociores nobis, & fideliores exiſtant. Quia ergo dignum nobis videtur, & conſentaneum rationi comodis veſtris, & utilitatibus libenter annuimus, & integram decimam totius noſtri donnicatus, videlicet de *Regio*, de *Querzola*, de *Cella*, de *Albineto*, de *Maſſenzatico*, de *Novis*, de *Suzaria*, & de aliis locis, qui ſe nobis, vel noſtris ſucceſſoribus aliquo modo ampliaverit ſicut predeceſſores noſtri a tempore felicis memorie domni *Teuzonis* Epiſcopi uſque ad preſens tempus largiti ſunt, eorum veſtigiis inherentes vobis, & Eccleſie concedimus, largimur, & in perpetuum confirmamus, ſalvis anterioribus cujuſcunque rationibus antiquis, offerſiones etiam, & venditiones, & juditia, quecumque a famulis Epiſcopii Sancti *Proſperi*, ſeu a Vaſſallis, quibus omnibus inde licentiam damus vobis facta ſunt vel fuerint, omneſque poſſeſſiones, conſuetudines, honores, & jura, que juſte habetis, & poſſidetis, nec non & Eccleſias cum ſuis pertinentiis omnibus, videlicet capellam Sancti *Fauſtini* de Caſtro *Regii*, Capellam Sancti *Stevani* prope Civitatem in Burgo ſitam, Capellam Sancti *Martini* de *vinea paſſiva*, Capellam Sancti *Apolinaris* in Porta *Bernonis*, Capellam S. *Mauricii*, Capellam Sancti *Alberti de Vicodisbrigato*, Capellam Sancti *Martini de Pinezo*, Capellam Sancti *Dalmacii* de *Siſſo*, Capellam S. *Juſtine* de *Arzene*, Capellam Sancte *Marie* de *Cella* in *Arolis*, Plebem de *Baniolo* cum Capellis & pertinenciis ſuis, terciam partem plebis de *Nuvelaria* cum Capellis, & pertinenciis ſuis, terciam partem Plebis Sancti *Stevani* cum Capellis & pertinenciis ſuis, & terciam partem totius Civitatis, terciam partem candelarum mortuorum, terciam partem oblationum, & conſecrationum ſalva eorum de comuni parte que capelle noſtre deſerviunt. Electionem quoque Epiſcopi, & ſubſcriptionem in cartis noſtris cum Canonicis Sancte Marie ſecundum conſuetudinem veſtram, & omnia ſupradicta vobis & Eccleſie concedimus, & confirmamus. Volumus etiam ut in Natale Domini, & Reſſurectione, ſi Epiſcopus adeſt ad maiorem Miſſam eſſe debeatis, & in refectione cum eo, decernimus ergo ut nulli unquam liceat prefatam decimam vel poſſeſſiones vendere, donare, vel aliquo modo alienare, ſed ad utilitatem ſupradicte Eccleſie & fratrum reſervent, & teneant. Si quis autem divinum poſt tergum deiciens timorem hanc noſtre inſtitutionis, & confirmationis paginam ſciens infringere temptaverit niſi .... ſuum poſt terciam comonicionem digna ſatisfactione emendaverit, maledicionem Dei patris omnipotentis, & Beati *Proſperi* Criſti confeſſoris incurrat, & in extremo examine divine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Criſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Quod ut verius credatur ab omnibus, firmiuſque a nobis noſtriſque ſucceſſoribus obſervetur, & nos propria

ma-


„ manu firmavimus, & teſtibus roborandum attulimus, & ſigillo noſtro juſſimus in-
„ ſigniri. Actum in Camera Sancti *Proſperi* feliciter.

„ Rogati teſtes interfuerunt presbiter *Benedictus Carzolas*
„ diaconus, *Guido Bernardi* ſubdiaconus, *Guido*
„ *de Morrixolo* judex, *Opicinus*.




„ Ego *Aimericus* Notarius Sacri Palacii rogatus interfui, & hoc
„ ſcripſi, com ple vi. ac de di.

IV.



„ In nomine Domini. Nos *Opizo de Lavania* ſubdiaconus Domi-
„ ni Papæ, & Magiſter *Johannes Pergamenſis* cognitores cauſæ
„ ex comiſſione Domini Papæ —— *Celeſtini*, que vertebatur in-
„ ter *Albertum* ſindicum prepoſiti, & Canonicorum Majoris Ec-
„ cleſie de *Regio* nomine ipſius Eccleſiè, & *Gerardum* prepoſi-
„ tum Sancti *Proſperi* ejuſdem Eccleſie nomine que talis erat.
„ Petebat namque predictus prepoſitus ſue Eccleſie nomine ne
„ Canonici majoris Eccleſie prohiberent Canonicos Sancti Pro-
„ ſperi poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem tenendi virgam pa-
„ ſtoralem in tercia parte officii Sabati Sancti, quam dicebant
„ ſe conſueviſſe facere in Sabato Sancto in majori Eccleſia. &
„ contra predictus *Albertus* reſpondebat nomine majoris Eccleſie
„ quod non poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem predicte virge
„ in parte predicti officii predicto prepoſito impediebat, & di-
„ cebat quod prepoſitus vel Clerici Sancti *Proſperi* predictam virgam in parte
„ predicti officii nunquam tenere conſueverunt, viſis & auditis alegationibus
„ & utriuſque partis atteſtationibus & diligenter inſpectis, & habito con-
„ ſilio multorum prudentium virorum predictum *Albertum* nomine majoris
„ Eccleſie, ſindicus cujus erat, condempnamus, ne prepoſitum ſeu Ca-
„ nonicos Beati *Proſperi* prohibebat, vel inquietet poſſeſſionem vel quaſi poſ-
„ ſeſſionem tenendi virgam paſtoralem in tercia parte officii Sabati Sancti,
„ quam ſunt ſoliti facere in majori Eccleſia, ſalva conſervatione proprieta-
„ tis utriuſque Eccleſie.

„ Lata eſt hec ſententia in Eccleſia Beati *Johannis Baptiſte* coram *Henrico*
„ *Alberti Radaldi*, Domno *Columbo*, *Jacobino* Notario, *Gandulfino de Carpineto*,
„ Magiſtro *Alberto* . . . . & presbitero *Bigname* MCXCII.
„ prima die intrante menſe Julii indictione . . . . (decima).



„ Ego *Ricardus* Notarius Palatinus rogatus interfui , audivi ,
„ & ſcripſi &c.

IV. Adii etiam Patrum Benedictinorum archivum ; verum quæ alicujus ſunt momenti inſtrumenta , ea Cl. P. *Affaroſius* jam ediderat in ejus monaſterii hiſtoria. Memini tamen in arcula V. chartam exſtare *Hugonis Parmenſis* Epiſcopi neſcio quæ Epiſcopatus ſui prædia *Azzoni* filio quondam *Everardi* libellario , ut vocant, jure tradentis , *anno imperii Conradi* VI. *octavo Kal. Octubris Indictione prima* , anno ſcilicet MXXXIII. In arcula porro XIV. chartam inſpexi , qua *Berta* Monialium *S. Juliæ* Brixianæ Urbis bona quædam ſui Monaſterii commutabat *Otto gratia Dei Imperator Auguſtus anno Imperii ejus undecimo X. Kal. Auguſtus Indictione* VI. Neque inutile fortaſſis fuerit chartam aliam memoraſſe , quæ in arcula V. continetur. Donatio eſt bonorum, & Capellæ *S. Mariæ in Turricella* . Hoc ejus initium . *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti regnante Domnus Berengarius Rex anno Regni ejus in Dei nomine* XIII. *menſe Zenoario Indictione ſecunda* (anno ſcilicet DCCCCXCIX.) *Domino Sanctiſſimo, & cum omni veneratione nominando Eccleſia Beati Sancti Proſperi Confeſſoris Caput Epiſcopato Sancte Regienſis Eccleſie , ubi nunc preſenti tempore Domnus Petrus Venerabilis Epiſcopus preeſſe videtur. Igitur ego in Dei nomine Adelmanno Scavinus Mantuanenſe , qui abitare viſus ſum in villa , que dicitur Burnega* &c. Non renuit Epiſcopus ; immo poſt *Adelmanni* donationem *Manifeſta* , inquit, *cauſa eſſe videtur* (accipiendi) *mihi Petroni Epiſcopus Sancte Regienſis Eccleſie* .

V. Præcipua Urbis Bibliotheca ea eſt, quam PP. *Minores Obſervantes S. Spiritus* ſervant. Codices in illa exſtant aliquot manuſcripti . In his *Guidi Pancirolii* V. Cl. *Hiſtoriarum Regii Lepidi* libri VIII., atque in *Tertulliani* opera omnia commentarii tribus tomis comprehenſi , quorum ſinguli duas in partes tribuuntur. Abſolvit illos Pancirolius anno MDLXXIV. Alii ſunt I. *Iſtoria dello ſciſma d' Inghilterra tradotta dal Sandero , traſportata dall' Ingleſe in Franceſe dal Sig. di Macroix Canonico di Rhems , ſtampata in Lione di Francia da Giambattiſta Guillelmino l' anno 1685. e traſportata dal Franceſe in Italiano da Piſaro Inoppio Tonante* , a *Petro* nempe *Antonio Capponio Regienſi* fol. II. *Dominici Toſchi* Cardinalis Mſs. ſacro-profana, quæ inter , Novum Teſtamentum adnotationibus inſperſum, & Vitæ Imperatorum ab *Julio Cæſare* ad *Maximilianum* fol. III. Gualfridi Angli *Ironicon in aulam Romanam* , cujus initium

Paſtor Apoſtolicus de cardine ſolis ad undas
æquoris occidui , quem timet omne ſolum .

Codex eſt in fol. ſcriptus, ut in calce legitur , *per me Fulchonettum Coglionem die jovis 29. Maii in feſto Sanguinis Chriſti* 1404. IV. Codex chartaceus ſæculi XV. in quo Græci libelli duo *Athenagoræ , de Reſurrectione mortuorum* alter , alter inſcriptus *legatio pro Chriſtianis ad Imperatores* M. *Aurelium , & Aurelium Commodum Armeniacos , Sarmaticos* &c. *Juſtini* item ad *Zenam* , & *Serenum fratres* , ac *Tatiani* πρὸς ἕλληνας . V. *Diſcorſo del Sig.* Antonio Carlo Moſcheni Anconitano

(multa

Digitized by Google

(multa exſtant hujus opera typis excuſa) *ſopra la ſpiegazione d'una medaglia di* Cajo Coſſutio Maridiano *intagliata da* Fulvio Orſino *nella Famiglia* Coſſutia, *e replicata nella Famiglia* Giulia *con tre lettere all' Archidiacono* Girolamo Toſchi *di Reggio, che allora era ſegretario, e primo introduttore dell' Accademia Fiſico-mattematica di Monſ.* Ciampino. Prima ex his epiſtolis annum quo ſcripta eſt, minime præ ſe fert; altera data fuit XI. Kalendas Februarii anno 1678., tertia quarto eidus Februarias ejuſdem anni.

VI. Sed in eadem hac Bibliotheca exſtat veterum, recentiumque Regienſis Urbis monumentorum Codex fol. in quo paullo diutius immorabimur. Hoc ille titulo prænotatur: D. O. M. *la curioſa raccolta delle coſe più antiche di* Reggio, *che già tenevano appreſſo di ſe i Noſtri Maggiori con l' aggiunta d' alcune altre trovate da' moderni*: *da* Giulio Borzani Reggiano *in queſta nova Cronica riportate, & ſcritte dal principio dell' anno 1655.* In operis porro fronte proſtat Borzanii effigies cum hac epigraphe: *Regnantibus Sereniſſimis Principibus* Raynaldo *Cardinali* Eſtenſi *Epiſcopo Regii, & Principe, &* Franciſco *ejus fratre Duce Mutinæ, Regii* &c. Julius Borzanus *Regienſis filius* Nicolai Borzani *autor fuit hujus libri, & quæ extat ſuimet, effigiem manu propria deliniavit Kalendis Aprilis* MDCLV. Antiquas, quæ in hoc Codice continentur, Inſcriptiones cum *Gruterianis*, & *Muratorianis* contuli, aliquot etiam cum ipſis marmoribus. Eas heic reddo, quas vel apud *Gruterum*, & *Muratorium* reperire mihi non licuit, vel paullo aliter ab illis exhiberi animadverti.

I.

SIBI. PETTIA. C. L. ET
C. PETTIO. C. L. PYLADI. PATRO
C· CLODIO· C. L. ANTIOCHO MRM
ET· PETTIAE. Ɔ. L. SPERATAE
IN· FRO. P. XII
ET. M. PETTIAE
ET. PEIAE. Ɔ. L. SICE
IN. AGR. P. XV.

Muratorius hanc inſcriptionem refert p. IↃCCCCLXX. 3., ſed litterarum compendia in *Patroni* nomine, & *Antiochi* omittit. Addit in tertia linea litteram O nomini MRM, quod *marmorarium* ſignificat, ac tandem *Suæ* legit in extrema linea pro *Sice*, quod etiam habet marmor in villa S. *Mauritii* apud heredes *Octavii* Comitis *Malagutii* a me inſpectum.

II.

In eadem Malagutiorum villa
ex codice, & marmore.

SEPTIMIVS
Ɔ. L. NICEPOR
SEPTIMIA
SP. F. QVINT.

Gruterus QVINTA. p. 954. 5.

III.

Ibidem.

QVINCTAE NONIAE
RVFAE. ET
NONIAE. Q. F. QVINTVLAE

Gruterus p. 882. 5. QVINCTVLAE.

IV.

Olim apud Eccleſiam S. Proſperi Arcis, nunc apud Marchiones Taccolios ex Codice (p. 14.) & marmore.

D. M.

C. METELLO. C. F.
CONSTANTI. VETER. AVG.
ET AEBVTIAE M. F. PRISCILLAE MATRI
ET. C. METELLIO C. F. FLORINO FRATRI

MIL. COH.	XII. VRB
QVI VIXIT	ANN. XXII.
DIEBVS	XIII. ET
VIBIO	EVPHEMO
METELLI	FLORVS
ET FLORE	NTINVS
PAREN	TIBVS
B	M

Gruterus p. 553. 5. in ſecunda linea habet C. METELLIO; deinde Cohortis XII. numerum nulla linea inſcriptum exhibet.

V.

In clauſtro majore Monachorum Camaldulenſium S. Petri.

C. DECIMIO. C. L. PHILARGYRO. PATRI
DECIMIAE. C. L. SVRISCAE MATRI
C. DECIMIO. C. F. BASSO. FRATRI. APOLLINARI
C. DECIMIVS. C. L. PHILARGYRIO. SIBI. ET
SVIS. V. P.

Gruterus p. 952. 5. omittit ſingulariam P.; non integrum præterea habet C. Decimii nomen in ea, quæ extremam proxime antecedit, linea.

In

Digitized by Google

In eodem codice p. 24. exſtat Inſcriptio, quæ legitur apud *Muratorium* p. 963. 5. Ubi autem *Capitoni Muratorius*, Codex habet *Catoni*.

Gruterus p. 448. 11. *Brixiæ P. Papirii Paſtoris* Inſcriptionem collocat; *Regii* Codex. In ea autem Inſcriptione pro *Fabr.* quod exſtat apud *Gruterum*, Codex legit FAB. Uno continenter verſu idem *Gruterus* hæc reddit: ĪI VIR. QVINQ. SIBI. ET, quæ duos in verſus tributa ſic recitat Codex.

ĪI VIR. QVINQ
SIBI. ET

Tandem ſingulariæ T. F. I. in codice corculis diſtinguuntur, quæ *Gruterus* omittit. Sic etiam in *Muratoriana* epigraphe p. 1470. 6. FRATR. legas; FRAT. in codice. Sed duas addamus fruſtra a me quæſitas in *Gruteri*, & *Muratorii* Indicibus

I.

V. S. F.

L. CAELIVS. L. L.
EPERASTVS
SIBI. ET. LIBER
TIS. LIBERTAB
IN. FR. P. XII
IN AG. P. XII.

II.

VALERI ΔE *forte* depoſiti.
Q. V. A. VIII. M. X.
D. X.

Cum vaſe ſanguinis inventum corpus. Adcedit in lapide palma.

VII. Inſcriptionum Codici alterum multo vetuſtiorem ſubiicio in membranis affabre ſcriptum, quem non ſine laude commemorant doctiſſimi Viri *Marchio Maffejus* in egregio libro *dell' antica condizion di Verona*, & *Muratorius* in præfatione ad primum *Novi Theſauri* volumen. Auctor ejus Fr. *Michael de Ferrarinis* Ordinis *Carmelitarum Regienſis*, qui etiam anno 1481. Prior erat in patria Urbe ſui Conventus. Quum autem Italiam peragraſſet, homo antiquitatis perquam ſtudioſus ingentem Epigrammatum veterum, aliorumque ejuſmodi monumentorum numerum deſcripſit, atque in hoc tandem volumen diligentiſſime retulit. Præfationem edidit Cl. *Johannes Guaſcus Regienſis* in ſua *Regienſis*, ut ajunt, *Academiæ hiſtoria litteraria*, *lib.* 1. Ego duarum Inſcriptionum ſpecimen dabo.

I.

I.

C. SVLPICIO . AGAT
LO
ANGE. ET. VIBIAE. VI
BIANAE. PARENTIBVS
SVLPICIA. TRIARIA. FIL.
ET. L. NONIVS. VERVS
GENER.

Longe alio verſuum ordine hanc epigraphen invenies apud *Muratorium* (p. 1280. 5.) Legit inſuper Vir Clariſſ. non VERVS, ſed VER.

II.

C. NEVIVS ƆL. DROMO ET NEVIA ƆL
PHILVMINA. DVM. LICVIT. SVAVITER FRVCTI. SVNT.
ANNOS. LV. MONVMENTVM HEREDEM
NON SEQVETVR. NI. QVIS EO POSTEA
INFERATVR

Gruterus, qui p. 986. 7. Inſcriptionem hanc exhibet diverſo linearum ordine, legit NAEVIVS, NAEVIA, NEI.

Adiecit huic Codici *Ferrarinius* Veterum Notarum explanationem hoc titulo.

D. M. S.
Litterarum ac
notar. antiquar.
Valerii Probi *Gram*
matici & Micha
elis Fabricii Ferra
rini Regienſis
Carmelitæ Divæ
Mariæ
ſignificatio

Hanc quidem anno 1486. *Bononiæ* in lucem emiſerat *Ferrarinius* typis *Bonini de Boninis*; quam editionem a *Peregrino Antonio Orlandio* ignoratam in libro *Bononiæ* excuſo a. 1722. *Origine e progreſſi della ſtampa* commemorat Cl. Marchio *Maffejus* in Præfatione ad *Siglas lapidarias p.* 24. Porro hoc titulo editio illa Nobiliſſimis Viris *Albertino Corrigio*, ac *Thomæ Pinoto* Patriciis *Regienſibus* inſcripta prænotatur

DEO

D. O. M. S.

Significatio
litterarum
antiquarum

Vale-

Digitized by Google

Valerii . Probi
Et . Fr. Michae
lis . Ferrarini
Regien.
Carmelitæ
Divæ
Mariæ

Videtur ergo *Ferrarinius* editionem recognoſcens in codice titulum nonnihil immutaſſe. Atque hic quidem Codex a *Carmelitis* ſervatus tanti fuerit apud *Regienſes*, ut eorum Senatus hoc eo de libro conſultum tulerit anno 1493. 13. Februarii, ut monuit me eruditiſſimus Comes *Achilles Criſpius*, qui illud ex autographo publicorum ejus anni Decretorum libro pag. 66. deſcripſit. ,, Exinde pre-
,, fati Domini Antiani ſcientes, quod bonæ memoriæ Fr. *Michaelem de Ferrari-*
,, *nis* Ord. *Carmelit. de Obſerv.* veluti zelantiſſimum conſervationis antiquitatum,
,, & gloriæ, & honoris hujus Civitatis peragraſſe montes, & planitiem, & to-
,, ta pene Italiam, & expoſuiſſe, & edidiſſe unum magnum, & pulcrum
,, Librum, & Codicem omnium antiquitatum, Epitafiorum, & Epigramatum,
,, que potuit habere in toto orbe terrarum, quod eſt opus tam rarum, & uni-
,, cum tam præclarum, & ſcientes illum eſſe in hoc Conventu, & in hac Bi-
,, bliotheca *Carmelitarum* hujus Civitatis in chartis membranis bene, & ele-
,, ganter conſcriptum, & figuratum, repaginatum, & copertum, & intellecto,
,, quod multi nobiles, & potentes exquirunt illum habere e manibus dictorum
,, Fratrum, ut illum transferant ex hac Civitate, & ducentes eis turpe, & de-
,, decus eſſe, ſi patiantur hunc librum quaſi quondam Opus præclarum, & pre-
,, xioſum theſaurum hunc tolli & exportari, conſilio inter eos habito omnes
,, unanimiter ut ſupra providerunt, ut infraſcripti Spectabiles, & egregii cives,
,, quos ad hoc concorditer elegerunt, confiſi de eorum fide & ſufficientia ac
,, prudentia, vadant, & alloquantur venerandum Patrem Priorem, & Fratres
,, dicti Conventus, ut exinde & in hac Civitate nunquam amoveatur; ſcilicet
,, ſit quaſi alteræ Pandectæ in hac civitate perpetuo manſurus; quorum electo-
,, rum hec ſunt nomina D. *Lodovicus Malagutius*, D. *Antonius de Gazolis*, D.
,, *Bartholomeus Cartarius*: ,, Die porro xv. ejuſdem menſis hæc ſtatuta in eamdem rem leguntur. ,, Retulerunt inſuper ipſi Domini *Lodovicus Malagutius*, D. *An-*
,, *tonius de Gazolis*, & D. *Bartholomeus de Cartariis* præfatis DD. Antianis, &
,, adiunctis ibidem, ſe ſe vigore commiſſionis eis datæ, ut ſupra, iviſſe ad Con-
,, ventum Fratrum *Sanctæ Mariæ de Carmelo* hujus Civitatis, & allocutos fuiſſe
,, Venerandum Patrem, & Priorem ipſorum Fratrum una cum aliis Confratri-
,, bus ſuis parte ipſorum DD. Antianorum pro conſervatione Lib. Antiquit. edi-
,, ti, & compilati per quondam bonæ memoriæ Fratrem *Michaelem de Ferrarinis*
,, *Carmelit.* ut ſupra, & ibi collocetur diligenter, & fideliter, ita ut nunquam
,, detur foris, nec extrahatur de ipſo Conventu, & ut ipſi Prior, & Fratres liben-
,, ter æquis animis polliciti ſunt, ſe ſe taliter collocaturos, & repoſituros dictum
,, Librum in ipſo Conventu, & talem operam daturos apud eorum ſuperiores,
,, ut nunquam exinde per quempiam amovebitur, & quod eundem mandaretur
,, per aliquem potentem in ſpiritualibus, aut temporalibus, cui obtemperare re-
,, cuſare non poſſent, tamen nihilunquam facient de ipſo libro inconſulta hac
,, magnifica Comunitate, & ſine ejus bona licentia, tum ut morem gerant ipſe
,, Comunitati, tum & pro honore dicti conventus, & religionis ſuæ, tum
,, etiam amore bonæ memoriæ auctoris & compilatoris *ipſius Libri*.

VIII. Antequam Inſcriptiones dimitto, tres deſcribam, veterem unam paucis abhinc annis tertio ab Urbe lapide inventam in prædio Comitum *Vettianorum*, recentes alias, ſed alteram hiſtoriæ non inutilem, alteram elegantiſſimam, & ad antiquarum leges omnino elaboratam.

I.

I.

EPIDIAE Ↄ. L.
DAPHINI (*ſic*)
CONCVBINAE SVAE
C. NONIVS. C. L. HIERARIO
VESTIARIVS
SIBI. ET. SVIS. V. F.
IN. FR. P. XV.
IN. AG. P. XV.

II.

D. O. M.

SERENISSIMAE ENGLESIAE DE VICECOMITI
BVS REGINAE CIPRI PARS QVAE FVIT
MORTALIS HIC EXPECTAT IMMOR
TALITATIS TEMPORA
OBIIT REGII ANNO DOMINI
MCCCCXXXVIIII.
KAL. AVG.


III.

In Templo PP. Soc. Jeſu.

D. M.

IOANNI. BAPTISTÆ. RV
GERIO. I. C. C. QVI. VIXIT *Juris Civilis*
ANN. XXXIIII. ALDA. F. PA *Conſulto*
TRI. CARISS. P. C. ANN.
MCCCCCLXXIIII. PRID.
KAL. APRIL. HOC
MON. HER. SEQ.

X. Privatorum quoque Ædes nonnulla ſuppeditarunt, quæ huc non inutiliter transferantur; ſed in primis *Achillis* Comitis *Criſpii* Bibliotheca. In ea quippe hos Codices reperi. *Leonardi Aretini*, *Commentarium rerum Græcarum* ſæpius editum: codex eſt chartaceus in 4. ſæculi xv. Ejuſdem *Commentarii de bello Punico*. *Alexandri*, *Anibalis*, & *Scipionis comparatio*. Ruffi Sexti *Viri Conſularis rerum geſtarum Populi Romani Valentiniano Auguſto liber*. *Famoſiſſimi Oratoris*, *Hiſtoriographi*,



AA *Longitudo eſt altaris*
BB *Latitudo ejuſdem altar*
CC *Longitudo operculi co*
DD *Latitudo ejuſdem con*
EE *Craſsities tabulae lig*

Digitized by Google

Eccleſie, *nec non inter Martinus Presbyter* &c. In arcula ſecunda num. 184. donationis inſtrumentum reperi *regnante Domno Carolo Rex in Italia anno* II. *die* IV. *Menſe Martii Indictione* XIV. (anno ſcilicet 881.), cui ſubſcribit *Paulus* (fuit is *Regienſis* Epiſcopus ab anno DCCCLXXVIII.) *per miſericordiam Dei humilis Epiſcopus*. Anni DCCCXCVIII. inſtrumentum *commutationis* a Mauro *Scavino* ſcriptum ſuppeditavit Arcula quarta num. 565. Ejus hæ ſunt notæ chronicæ: *Lambertus divina ordinante providentia Imperator Auguſtus anno Imperii ejus* V. *die* II. *menſe Martii Indictione* I. Multo antiquius diploma eſt in arcula ſexta contentum num. 807. Dedit illud *Carolus gratia Dei Rex Francorum*, & *Langobardorum*, *ac Patricius Romanorum* anno DCCLXXXI., ſeu, quemadmodum in eo legitur, *in menſe Junii die* VIII. *in anno tertio decimo*, & *ſeptimo*. *Actum* eſt autem *Papia Civitate in Dei nomine feliciter*. Uno poſt anno datum eſt aliud Caroli Diploma: *Solet Imperialis Majeſtas*. Exſtat in arcula ſeptima num. 1224. Sed integram chartam libet adferre ex eadem arcula ſeptima num. 1074., ea enim illuſtrantur, quæ vir de Italicis antiquitatibus optime meritus *Muratorius* tradidit *T.* I. *ant. Italic. Diſſert.* XV.

,, In nomine Sancte, & individue Trinitatis anno ab Incarnacione ejuſdem
,, MCXLVIII. de menſe Junii indictione XI. Tibi *Yſe* Filie condominice de *Felegaria* ancille juris noſtri ego quidem in Dei nomine defenſor filius quondam
,, *Guidonis de Vacareza*, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere *Longobardorum* Dominus & benefactor tui, propterea dixi, quod ad meritum anime
,, mee, meorumque parentum pertinere poteſt, neceſſe eſt mihi ſemper illud
,, agere, unde in hoc & in futuro ſeculo plenam & maximam apud omnipo-
,, tentem Dominum poſſim conſequi mercedem; ideoque ego jam dictus defen-
,, ſor ſtatuo te *Yſam* ancillam juris mei & amodo a preſenti die in an-
,, tea ſis libera, & abſoluta ab omni vinculo ſervitutis, fulſreal, & amon factus
,, ſum, vitam ſemper bene, & integram deducas ingenuitatem, & ubi a pre-
,, ſenti de quattaor viis ambulare, aut cum quo abitare volueris, liberam atque
,, firmiſſimam, in omnibus habeas poteſtatem, & congruam libertatem, ut dixi
,, juxta legem pro anime mee, & parentum meorum mercede, & neque a me
,, neque ab heredibus meis ullam non habeas reprehenſionem, nec conditionem
,, ſervitutis, ſet tu in perpetuum & omnem agnicionem, & procreacionem tu-
,, am, ſi abueris, in plena, & integra maneat libertate, Sicut illi, qui in qua-
,, druvio in quartam manum traditi & amon facti ſunt, vel ſicut illi qui per
,, manum Sacerdotis circa ſacrum altare ad liberos dimittendos deducti ſunt,
,, conceſſumque ſit tibi ad gratiam tue libertatis omne tuum conqueſtum pecu-
,, liare vero tam quod nunc habes, aut in antea acquirere potueris, ut facias
,, exinde a preſenti die tu & heredes tui, aut cui vos dederitis jure proprietario
,, nomine, quicquid volueritis ſine omni mea & heredum meorum contradictio-
,, ne pro anime mee & parentum meorum mercede, & nec liceat mihi ullo
,, tempore aliter velle, quod volui, ſed quod a me ſemel factum eſt, inconvul-
,, ſum & inviolabile conſervare promitto cum ſtipulacione ſubnixa. Actum Re-
,, gii feliciter.

,, Signum manus predicti defenſoris, qui hanc cartam libertatis fieri & ſcri-
,, bere rogavit, ſicut ſupra legitur.

,, Rogati teſtes *Guiriſius de Griſſo*, *Sigifredus*, & *Johannes de Fellegaria*, *Ge-*
,, *rardus*, *Criſtofolus*, *Maletaleatus*, *Euſtacius*, *Bernardus de Vacareza*, *Aginus*.

,, Ego *Aimericus* Notarius Sacri Palacij rogatus interfui, ſcripſi, complevi,
,, ac dedi.

III. Plura ut ex archivo Baſilicæ *S. Proſperi* deſcriberem, *Franciſci* Canonici *Criſpii* τοῦ μακαρίου feciſſet humanitas; verum Comes *Achilles* ejus frater quum me concionum laboribus feſſum, ac multis diſtentum litterariis curis conſpiceret, aliquot a *Franciſco* ſibi conceſſa illius archivi monumenta ipſemet exarare voluit. En igi-

tur

tur quatuor veteres ejus archivi chartas, quales ab egregio viro accepi. Prima *Sigefredi* Regienſis Epiſcopi Conſtitutiones quaſdam exhibet nulla anni nota diſtinctas; quum tamen ille *Regienſi* Eccleſiæ præfuerit ab anno MXXXII. ad MXLV. de earum tempore ſatis conſtare poteſt. Duorum *Regienſium* item Epiſcoporum quæ duæ ſequuntur chartæ, donationes ſuppeditant. Quarta ſententiam quamdam præbet latam ab *Opizone de Lavania*, ex qua ritus etiam aliquis in celebrandis Sabbati Sancti officiis eruitur.

I.



,, In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis -- *Sigefredus* divina ordinante ,, providentia Epiſcopus. Conſtitutio iſta quam coram totius Epiſcopatus fratribus ,, in Synodo facimus firma, & ſtabilis, & inconvulſa permanere debet. Pro- ,, pterea veſtrorum præſentiam expectavimus Regienſis Eccleſia a ſuis prepoſitis ,, dilacerata, & pene proſtrata, & quaſi ad nihilum redacta. Cotidie lacrimabi- ,, li voce exclamat. Quam ſui fideles ſibique famulantes conſona voce aſſidue ,, proſecuntur, & ne omnino abſorberetur noſtram ſepiſſime adierunt paternita- ,, tem. Unde graviter comoti, acriterque ſtimulati, illorum incomodum quaſi ,, noſtrum paterno compatientes affectu, Sanctæ Dei genetricis Eccleſiæ, San- ,, ctique *Michabelis*, atque Beati *Proſperi* præpoſitos veſtra auctoritate ex parte ,, Dei patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti, & ſupradictorum ſeu ,, cæterorum Sanctorum excomunicamus, & anathematizamus. Si de rebus e- ,, juſdem Eccleſiæ, videlicet Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Michabelis* ſcriptum abſ- ,, que conſenſu Archipresbiteri ſimul cum tribus presbiteris, & Archidiaconi cum ,, tribus Diaconibus ſi in eadem Eccleſia tunc fuerint. Et etiam cum tribus ,, ſubdiaconibus, & cum ipſo de cujus parte fuerit. Similiter, & Sancti *Proſpe-* ,, *ri*, ſi de rebus ipſius Eccleſiæ abſque conſenſu duorum presbiterorum, & Dia- ,, conorum ejuſdem Eccleſiæ, & illius de cujus parte fuerit, deinceps in antea ,, fecerint. Et inſuper ccc. ſolidos componant. Medietatem ejuſdem ſedis anti- ,, ſtiti. Et medietatem injuriam ſuſtinenti.

,, *Sigefredus* Dei nutu Epiſcopus huic inſtitutioni a ſe cum auctoritate tutius ,, Epiſcopatus fratrum in Sinodo factæ ſubſcripſit, & libenter confirmavit.

,, *Heicardus* Archipresbiter ſubſcripſit.
,, *Dominicus* Presbiter Magiſter Scolarum ſubſcripſit.

Bernardus Archidiaconorum minimus ſubſcripſit.
Sigefredus Diaconus ſubſcripſit.

,, Ego *Adam* presbiter ſubſcripſi.
,, Ego *Adelbertus* presbiter ſubſcripſi.
,, Ego *Adelbertus* presbiter ſubſcripſi.
,, Ego *Teuzo* presbiter ſubſcripſi.
,, Ego *Gregorius* presbiter & cuſtos ſubſcripſi.
,, *Ingo* presbiter ſubſcripſit —— *Dominicus* Diaconus ſubſcripſit.
,, *Adam* Diaconus ſubſcripſit.

Johan-



,, *Johannes* ſubdiaconus hujus inſtitutionis ſcriptor , & confirmator exiſtunt.

,, Ego *Frotgerius* Archipresbiter ſubſcripſi —— Ego *Resfanus* Archipresbiter

,, Ego *Johannes* Archipresbiter ſubſcripſi. ſubſcripſi.

,, Ego *Livaldus* Archipresbiter ſubſcripſi.

II.



,, IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Albertus* Dei largiente gratia Sanctæ *Regienſis* Eccleſiæ Epiſcopus proviſor licet indignus erumpnoſæ vitæ diſcrimina conſiderare oportet, dum ſumus in via quatenus ammiſſis temporalibus comodis vita comite non privemur æternis. Sepiſſime enim dum his utimur, ab inproviſa morte rapimur, & tunc haſtenus vagantes ſero cupimus querere, quod obſtantibus culpis non meremur acipere. Ac per hoc accepta Eccleſiaſtici regiminis cura decet Epiſcopalem diligentiam ſic erga ſubditas Eccleſias & Clericos vigilanti animo gerere, ut de bono in melius juvante Deo proficiant. Et clerici divinis ufficiis promptius intempti Eccleſiæ noſtræ nobiſque fideliores exiſtant, unde congruum ſatiſque conveniens nobis apparuit, ut interventu Domni Graciani cariſſimi Fratris noſtri, Canonici, & Prepoſiti Canonicorum Sancti *Proſperi* ejuſdem Eccleſiæ neceſſitati ſubvenientes. omnem decimam de domnicato noſtri Epiſcopatus de .... pratis, & vineis quæ jacent in *Suzaria*, & in *Nove*, & in *Maſenzatico*, & in *Regio* & in *Albineto*, & ſi forte domnicatum Epiſcopi in aliquo loco ſe ampliaverit decima ſimiliter ad menſam, & ad comunem utilitatem Canonicorum fratrum noſtrorum præſentium, ac futurorum Sancti *Proſperi* Eccleſiæ famulantium nos largiendo, ſicuti predeceſſores noſtri largiti ſunt a tempore Domini *Teuzonis* Epiſcopi beatæ memoriæ uſque ad præſens tempus.. Nos eamdem decimam damus, & in perpetuum confirmamus preterea omnes alias decimas, quas Canonica Sancti *Proſperi* habet, & tenet infra omnia ſua confinia, nec non & Eccleſias verbi gratia ſicut eſt capella Sancti *Fauſtini*, & Eccleſia Sancti *Stevani*, quæ eſt ſita in *Burgo*, & Capella Sancti *Martini de Vinea* paſſivæ, & Eccleſia S. *Mauricii*, & Eccleſia Sancti *Martini* de *Pinezo*, & Eccleſia S. *Dalmacii de Siſſo*, & Eccleſia Sanctæ *Juſtinæ* de *Arzene*, & Eccleſia Sancti *Johannis* de *Corrigia*, & Plebs *de Baniolo* cum omnibus ſuis pertinentiis, & tercia pars plebis *Nuvellariæ*, & Sancta *Maria de Cella*, quæ eſt ſita in plebe *Arolæ*, & tercia pars plebis Sancti *Stevani*, cum tercia parte curiæ & tercia pars candelarum mortuorum; & tercia pars palafreni quod datur in receptione Epiſcopi, & in conſecratione Eccleſiarum ſecundum veſtram conſuetudinem intereſſe debetis, & in Natale Domini, & in reſſurectione Domini, ſi Epiſcopus adeſt ad miſſam majorem intereſſe debetis, & in refectione, & de familia noſtræ Eccleſiæ.

,, ſiæ ſi quis illorum de Poſſeſſione ſua aliquid judicare voluerit. & ....
,, damus & hæc omnia ſupradicta prænominatæ Eccleſiæ perpetualiter confir-
,, mamus, ea ratione, ut prædicti fratres ad comunem .... menſam ſem-
,, per a modo ea quæ ſupra leguntur retineant, & poſſideant ſine omni noſtra,
,, ſeu etiam ſucceſſorum noſtrorum contradictione, vel diminutione, nec liceat
,, unquam alicui fratrum vendere donare aut aliquo modo comutare, ſeu a pro-
,, poſito officio alienare, ſed ſicut ſuperius dictum eſt ad menſam fratrum reſer-
,, vent & teneant. Quod ſiquis divinum poſt tergum deiciens timorem hanc no-
,, ſtræ inſtitutionis vel confirmationis paginam frangere temptaverit maledictio-
,, nem Dei patris omnipotentis, & Filii & Spiritus Sancti habeat, & cum Juda
,, traditore dampnatus eternis ignibus maneat cruciandus, & inſuper ſciat ſe
,, compoſiturum penam argenti denariorum Lucenſium lib. xl. medietatem quæ
,, dicto Epiſcopo, & medietatem prælibatæ Eccleſiæ, quod ut verius credatur
,, firmiuſque a nobis noſtriſque ſucceſſoribus obſervetur, & nos propria manu fir-
,, mavimus, & teſtibus roborandum attulimus.

,, Ego *Alberius* Regenſis Epiſcopus licet indignus ſubſcripſi.

,, Ego *Gandulfus* Archipresbiter ſubſcripſi.

,, Ego *Albertus* Præpoſitus Reginus ſubſcripſi.

,, Ego Donnus *Gandulfus* ejuſdem Donni
,, Epiſcopi Capelanus ſubſcripſi.

,, Actum *Regii* in manu Donni *Graciani* ſuperius deſcripti feliciter Anno Do-
,, minicæ Incarnationis milleſimo centeſimo xl. nono de menſe Auguſti indi-
,, ctione xii. & in præſencia Archipresbiteri *Regenſis*, & Alberti *Prioris* Sancti
,, *Geminiani*, & *Gandulphi* Capellani, & *Enrici* Medici.

,, Rogati teſtes interfuerunt *Petrus Turgidus*, *Eleazarus* Filius *Attonis*
,, *adegerii*, *Sigifredus de Nove* ejus frater.

,, Ego *Aimericus* Notarius Sacri Palacii rogatus interfui, & ſcripſi.
,, com plevi. ac de di.

III.

III.



In Dei nomine Anno ejus milleſimo centeſimo octuageſimo iiii. die tercio intrante menſe Sebtembris indictione ſecunda. *Albriconus* Dei gracia Sancte *Regienſis* Eccleſie Epiſcopus licet indignus dilectis fratribus canonicis deſervientibus Sancto Proſpero tam preſentibus, quam fututis canonice ſubſtituendis. In perpetuum erumpnoſe hujus vite diſcrimina conſiderare oportet dum ſumus in via, quatenus amiſſis comodis temporalibus vita comite non privemur eternis. Sepiſſime enim dum his utimur ab improviſa morte rapimur, & tunc vagantes ſero cupimus querere quod obſtantibus culpis non meremur accipere. Ac per hoc accepta Eccleſiaſtici regiminis cura, decet Epiſcopalem diligentiam ſic erga ſubditas Eccleſias, & Clericos vigilanti animo gerere, ut de bono in melius juvante Deo proficiant, & Clerici Divinis officiis promptius intenti devociores nobis, & fideliores exiſtant. Quia ergo dignum nobis videtur, & conſentaneum rationi comodis veſtris, & utilitatibus libenter annuimus, & integram decimam totius noſtri donnicatus, videlicet de *Regio*, de *Querzola*, de *Cella*, de *Albineto*, de *Maſſenzatico*, de *Novis*, de *Suzaria*, & de aliis locis, qui te nobis, vel noſtris ſucceſſoribus aliquo modo ampliaverit ſicut predeceſſores noſtri a tempore felicis memorie domni *Teuzonis* Epiſcopi uſque ad preſens tempus largiti ſunt, eorum veſtigiis inherentes vobis, & Eccleſie concedimus, largimur, & in perpetuum confirmamus, ſalvis anterioribus cujuſcunque rationibus antiquis, offerſiones etiam, & venditiones, & juditia, quecumque a famulis Epiſcopii Sancti *Proſperi*, ſeu a Vaſſallis, quibus omnibus inde licentiam damus vobis facta ſunt vel fuerint, omneſque poſſeſſiones, conſuetudines, honores, & jura, que juſte habetis, & poſſidetis, nec non & Eccleſias cum ſuis pertinentiis omnibus, videlicet capellam Sancti *Fauſtini* de Caſtro *Regii*, Capellam Sancti *Stevani* prope Civitatem in Burgo ſitam, Capellam Sancti *Martini* de *vinea paſſiva*, Capellam Sancti *Apolinaris* in Porta *Bernonis*, Capellam S. *Mauricii*, Capellam Sancti *Alberti de Vicodisbrigato*, Capellam Sancti *Martini de Pinezo*, Capellam Sancti *Dalmacii* de *Siſſo*, Capellam S. *Juſtine* de *Arzene*, Capellam Sancte *Marie* de *Cella* in *Arolis*, Plebem de *Baniolo* cum Capellis & pertinenciis ſuis, terciam partem plebis de *Nuvelaria* cum Capellis, & pertinenciis ſuis, terciam partem Plebis Sancti *Stevani* cum Capellis & pertinenciis ſuis, & terciam partem totius Civitatis, terciam partem candelarum mortuorum, terciam partem oblationum, & conſecrationum ſalva eorum de comuni parte que capelle noſtre deſerviunt. Electionem quoque Epiſcopi, & ſubſcriptionem in cartis noſtris cum Canonicis Sancte Marie ſecundum conſuetudinem veſtram, & omnia ſupradicta vobis & Eccleſie concedimus, & confirmamus. Volumus etiam ut in Natale Domini, & Reſſurectione, ſi Epiſcopus adeſt ad maiorem Miſſam eſſe debeatis, & in refectione cum eo, decernimus ergo ut nulli unquam liceat prefatam decimam vel poſſeſſiones vendere, donare, vel aliquo modo alienare, ſed ad utilitatem ſupradicte Eccleſie & fratrum reſervent, & teneant. Si quis autem divinum poſt tergum deiciens timorem hanc noſtre inſtitutionis, & confirmationis paginam ſciens infringere temptaverit niſi........ ſuum poſt terciam comonicionem digna ſatisfactione emendaverit, maledicionem Dei patris omnipotentis, & Beati *Proſperi* Criſti confeſſoris incurrat, & in extremo examine divine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Criſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Quod ut verius credatur ab omnibus, firmiuſque a nobis noſtriſque ſucceſſoribus obſervetur, & nos propria ma-


,, manu firmavimus, & teſtibus roborandum attulimus, & ſigillo noſtro juſſimus in-
,, ſigniri. Actum in Camera Sancti *Proſperi* feliciter.

,, Rogati teſtes interfuerunt presbiter *Benedictus Carzolus*
,,diaconus, *Guido Bernardi* ſubdiaconus, *Guido*
,, *de Morrixolo* judex, *Opicinus*.



,, Ego *Aimericus* Notarius Sacri Palacii rogatus interfui, & hoc
,, ſcripſi, com ple vi. ac de di.


IV.



,, In nomine Domini. Nos *Opizo de Lavania* ſubdiaconus Domi-
,, ni Papæ, & Magiſter *Johannes Pergamenſis* cognitores cauſæ
,, ex comiſſione Domini Papæ —— *Celeſtini*, que vertebatur in-
,, ter *Albertum* ſindicum prepoſiti, & Canonicorum Majoris Ec-
,, cleſie de *Regio* nomine ipſius Eccleſiè, & *Gerardum* prepoſi-
,, tum Sancti *Proſperi* ejuſdem Eccleſie nomine que talis erat.
,, Petebat namque predictus prepoſitus ſue Eccleſie nomine ne
,, Canonici majoris Eccleſie prohiberent Canonicos Sancti Pro-
,, ſperi poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem tenendi virgam pa-
,, ſtoralem in tercia parte officii Sabati Sancti, quam dicebant
,, ſe conſueviſſe facere in Sabato Sancto in majori Eccleſia. &
,, contra predictus *Albertus* reſpondebat nomine majoris Eccleſie
,, quod non poſſeſſionem vel quaſi poſſeſſionem predicte virge
,, in parte predicti officii predicto prepoſito impediebat, & di-
,, cebat quod prepoſitus vel Clerici Sancti *Proſperi* predictam virgam in parte
,, predicti officii nunquam tenere conſueverunt, viſis & auditis alegationibus
,, & utriuſque partis atteſtationibus & diligenter inſpectis, & habito con-
,, ſilio multorum prudentium virorum predictum *Albertum* nomine majoris
,, Eccleſie, ſindicus cujus erat, condempnamus, ne prepoſitum ſeu Ca-
,, nonicos Beati *Proſperi* prohibebat, vel inquietet poſſeſſionem vel quaſi poſ-
,, ſeſſionem tenendi virgam paſtoralem in tercia parte officii Sabati Sancti,
,, quam ſunt ſoliti facere in majori Eccleſia, ſalva conſervatione proprieta-
,, tis utriuſque Eccleſie.

,, Lata eſt hec ſententia in Eccleſia Beati *Johannis Baptiſte* coram *Henrico*
,, *Alberti Radaldi*, Domno *Columbo*, *Jacobino* Notario, *Gandulfino de Carpineto*,
,, Magiſtro *Alberto* . . . . & presbitero *Bigname* MCXCII.
,, prima die intrante menſe Julii indictione . . . . (decima).

L ,, Ego



„ Ego *Ricardus* Notarius Palatinus rogatus interſui , audivi , „ & ſcripſi &c.

IV. Adii etiam Patrum Benedictinorum archivum ; verum quæ alicujus ſunt momenti inſtrumenta , ea Cl. P. *Affaroſius* jam ediderat in ejus monaſterii hiſtoria. Memini tamen in arcula V. chartam exſtare *Hugonis Parmenſis* Epiſcopi neſcio quæ Epiſcopatus ſui prædia *Azzoni* filio quondam *Everardi* libellario, ut vocant, jure tradentis , *anno imperii Conradi* VI. *octavo Kal. Octubris Indictione prima* , anno ſcilicet MXXXIII. In arcula porro XIV. chartam inſpexi , qua *Berta* Monialium *S. Juliæ* Brixianæ Urbis bona quædam ſui Monaſterii commutabat *Otto gracia Dei Imperator Auguſtus anno Imperii ejus undecimo* X. *Kal. Auguſtus Indictione* VI. Neque inutile fortaſſis fuerit chartam aliam memoraſſe , quæ in arcula V. continetur . Donatio eſt bonorum, & Capellæ *S. Mariæ in Turricella* . Hoc ejus initium . *In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti regnante Domnus Berengarius Rex anno Regni ejus in Dei nomine* XIII. *menſe Zenoario Indictione ſecunda* (anno ſcilicet DCCCCXCIX.) *Domino Sanctiſſimo, & cum omni veneracione nominando Eccleſia Beati Sancti Proſperi Confeſſoris Caput Epiſcopato Sancte Regienſis Eccleſie , ubi nunc preſenti tempore Domnus Petrus Venerabilis Epiſcopus preeſſe videtur. Igitur ego in Dei nomine Adelmanno Scavinus Mantuanenſe , qui abitare viſus ſum in villa , que dicitur Burnega* &c. Non renuit Epiſcopus ; immo poſt *Adelmanni* donationem *Manifeſta*, inquit, *cauſa eſſe videtur* (accipiendi) *mihi Petroni Epiſcopus Sancte Regienſis Eccleſie*.

V. Præcipua Urbis Bibliotheca ea eſt, quam PP. *Minores Obſervantes S. Spiritus* ſervant. Codices in illa exſtant aliquot manuſcripti . In his *Guidi Pancirolii* V. Cl. *Hiſtoriarum Regii Lepidi* libri VIII., atque in *Tertulliani* opera omnia commentarii tribus tomis comprehenſi , quorum ſinguli duas in partes tribuuntur. Abſolvit illos Pancirolius anno MDLXXIV. Alii ſunt I. *Iſtoria dello ſciſma d' Inghilterra tradotta dal Sandero , traſportata dall' Ingleſe in Franceſe dal Sig. di Macroix Canonico di Rhems , ſtampata in Lione di Francia da Giambattiſta Guillelmino l' anno 1685. e traſportata dal Franceſe in Italiano da Piſaro Inoppio Tonante* , a *Petro* nempe *Antonio Capponio Regienſi* fol. II. *Dominici Toſchi* Cardinalis Mss. ſacro-profana, quæ inter , Novum Teſtamentum adnotationibus inſperſum, & Vitæ Imperatorum ab *Julio Cæſare* ad *Maximilianum* fol. III. Gualfridi Angli *Ironicon in aulam Romanam* , cujus initium

Paſtor Apoſtolicus de cardine ſolis ad undas
æquoris occidui , quem timet omne ſolum .

Codex eſt in fol. ſcriptus, ut in calce legitur , *per me Fulchonettum Coglionem die jovis 29. Maii in feſto Sanguinis Chriſti* 1404. IV. Codex chartaceus ſæculi XV. in quo Græci libelli duo *Athenagoræ*, *de Reſurrectione mortuorum* alter , alter inſcriptus *legatio pro Chriſtianis ad Imperatores* M. *Aurelium* , *& Aurelium Commodum Armeniacos* , *Sarmaticos* &c. *Juſtini* item ad *Zenam* , & *Serenum fratres* , ac *Tatiani* προς ελληνας . V. *Diſcorſo del Sig.* Antonio Carlo Moſcheni Anconitano

(multa

(multa exſtant hujus opera typis excuſa) *ſopra la ſpiegazione d'una medaglia di* Cajo Coſſutio Maridiano *intagliata da* Fulvio Orſino *nella Famiglia* Coſſutia, *e replicata nella Famiglia* Giulia *con tre lettere all' Arcidiacono* Girolamo Toſchi *di Reggio, che allora era ſegretario, e primo introduttore dell' Accademia Fiſico-mattematica di Monſ.* Ciampino. Prima ex his epiſtolis annum quo ſcripta eſt, minime præ ſe fert; altera data fuit XI. Kalendas Februarii anno 1678., tertia quarto eidus Februarias ejuſdem anni.

VI. Sed in eadem hac Bibliotheca exſtat veterum, recentiumque Regienſis Urbis monumentorum Codex fol. in quo paullo diutius immorabimur. Hoc ille titulo prænotatur: D. O. M. *la curioſa raccolta delle coſe piu antiche di* Reggio, *che gia tenevano appreſſo di ſe i Noſtri Maggiori con l' aggiunta d'alcune altre trovate da' moderni: da* Giulio Borzani Reggiano *in queſta nova Cronica riportate, & ſcritte dal principio dell' anno* 1655. In operis porro fronte proſtat Borzanii effigies cum hac epigraphe: *Regnantibus Sereniſſimis Principibus* Raynaldo *Cardinali* Eſtenſi *Epiſcopo Regii, & Principe, &* Franciſco *ejus fratre Duce Mutinæ, Regii* &c. Julius Borzanus *Regienſis filius* Nicolai Borzani *autor fuit hujus libri, & quæ extat ſuimet, effigiem manu propria deliniavit Kalendis Aprilis* MDCLV. Antiquas, quæ in hoc Codice continentur, Inſcriptiones cum *Gruterianis*, & *Muratorianis* contuli, aliquot etiam cum ipſis marmoribus. Eas heic reddo, quas vel apud *Gruterum*, & *Muratorium* reperire mihi non licuit, vel paullo aliter ab illis exhiberi animadverti.

I.

SIBI. PETTIA. C. L. ET
C. PETTIO. C. L. PYLADI. PATRO
C. CLODIO. C. L. ANTIOCHO MRM
ET. PETTIAE. Ɔ. L. SPERATAE
IN. FRO. P. XII
ET. M. PETTIAE
E. PEIAE. Ɔ. L. SICE
IN. AGR. P. XV.

Muratorius hanc inſcriptionem refert p. ɪↄcccclxx. 3., ſed litterarum compendia in *Patroni* nomine, & *Antiochi* omittit. Addit in tertia linea litteram O nomini MRM, quod *marmorarium* ſignificat, ac tandem *Suæ* legit in extrema linea pro *Sice*, quod etiam habet marmor in villa S. *Mauritii* apud heredes *Octavii* Comitis *Malagutii* a me inſpectum.

II.

In eadem Malagutiorum villa ex codice, & marmore.

SEPTIMIVS
Ɔ. L. NICEPOR
SEPTIMIA
SP. F. QVINT.

Gruterus QVINTA. p. 954. 5.

III.

III.

Ibidem.

QVINCTAE NONIAE
RVFAE. ET
NONIAE. Q. F. QVINTVLAE

Gruterus p. 882. 5. QVINCTVLAE.

IV.

Olim apud Eccleſiam S. Proſperi Arcis, nunc apud Marchiones Taccolios ex Codice (p. 14.) & marmore.

D. M.

C. METELLO. C. F.
CONSTANTI. VETER. AVG.
ET AEBVTIAE M. F. PRISCILLAE MATRI
ET. C. METELLIO C. F. FLORINO FRATRI

MIL. COH.	XII. VRB
QVI VIXIT	ANN. XXII.
DIEBVS	XIII. ET
VIBIO	EVPHEMO
METELLI	FLORVS
ET FLORE	NTINVS
PAREN	TIBVS
B	M

Gruterus p. 553. 5. in ſecunda linea habet C. METELLIO; deinde Cohortis XII. numerum nulla linea inſcriptum exhibet.

V.

In clauſtro majore Monachorum Camaldulenſium S. Petri.

C. DECIMIO. C. L. PHILARGYRO. PATRI
DECIMIAE. C. L. SVRISCAE MATRI
C. DECIMIO. C. F. BASSO. FRATRI. APOLLINARI
C. DECIMIVS. C. L. PHILARGYRIO. SIBI. ET
SVIS. V. P.

Gruterus p. 952. 5. omittit ſingulariam P.; non integrum præterea habet C. Decimii nomen in ea, quæ extremam proxime antecedit, linea.

In

Digitized by Google

In eodem codice p. 24. exſtat Inſcriptio, quæ legitur apud *Muratorium* p. 963. 5. Ubi autem *Capitoni Muratorius*, Codex habet *Catoni*.

Gruterus p. 448. 11. *Brixiæ P. Papirii Paſtoris* Inſcriptionem collocat; *Regii* Codex. In ea autem Inſcriptione pro *Fabr.* quod exſtat apud *Gruterum*, Codex legit FAB. Uno continenter verſu idem *Gruterus* hæc reddit: II VIR. QVINQ. SIBI. ET, quæ duos in verſus tributa ſic recitat Codex.

II VIR. QVINQ
SIBI. ET

Tandem ſingulariæ T. F. I. in codice corculis diſtinguuntur, quæ *Gruterus* omittit. Sic etiam in *Muratoriana* epigraphe p. 1470. 6. FRATR. legas; FRAT. in codice. Sed duas addamus fruſtra a me quæſitas in *Gruteri*, & *Muratorii* Indicibus

I.

V. § F.

L. CAELIVS. L. L.
EPERASTVS
SIBI. ET. LIBER
TIS. LIBERTAB
IN. FR. P. XII
IN AG. P. XII.

II.

VALERI ΔE *forte* depoſiti.
Q. V. A. VIII. M. X.
D. X.

Cum vaſe ſanguinis inventum corpus. Adcedit in lapide palma.

VII. Inſcriptionum Codici alterum multo vetuſtiorem ſubiicio in membranis affabre ſcriptum, quem non ſine laude commemorant doctiſſimi Viri *Marchio Maffejus* in egregio libro *dell' antica condizion di Verona*, & *Muratorius* in præfatione ad primum *Novi Theſauri* volumen. Auctor ejus Fr. *Michael de Ferrariniis* Ordinis *Carmelitarum Regienſis*, qui etiam anno 1481. Prior erat in patria Urbe ſui Conventus. Quum autem Italiam peragraſſet, homo antiquitatis perquam ſtudioſus ingentem Epigrammatum veterum, aliorumque ejuſmodi monumentorum numerum deſcripſit, atque in hoc tandem volumen diligentiſſime retulit. Præfationem edidit Cl. *Johannes Guaſcus Regienſis* in ſua *Regienſis*, ut ajunt, *Academiæ hiſtoria litteraria*, *lib.* 1. Ego duarum Inſcriptionum ſpecimen dabo.

I.

I.

C. SVLPICIO. AGAT
LO
ANGE. ET. VIBIAE. VI
BIANAE. PARENTIBVS
SVLPICIA. TRIARIA. FIL.
ET. L. NONIVS. VERVS
GENER.

Longe alio verſuum ordine hanc epigraphen invenies apud *Muratorium* (p. 1280. 5.) Legit inſuper Vir Clariſſ. non VERVS, ſed VER.

II.

C. NEVIUS Ɔ.L. DROMO ET NEVIA Ɔ.L
PHILVMINA. DVM. LICVIT. SVAVITER FRVCTI. SVNT.
ANNOS. LV. MONVMENTVM HEREDEM
NON SEQVETVR. NI. QVIS EO POSTEA
INFERATVR

Gruterus, qui p. 986. 7. Inſcriptionem hanc exhibet diverſo linearum ordine, legit NAEVIVS, NAEVIA, NEI.

Adiecit huic Codici *Ferrarinius* Veterum Notarum explanationem hoc titulo.

D. M. S.
Litterarum ac
notar. antiquar.
Valerii Probi *Gram*
matici & Micha
elis Fabricii Ferra
rini Regienſis
Carmelitæ Divæ
Mariæ
ſignificatio

Hanc quidem anno 1486. *Bononiæ* in lucem emiſerat *Ferrarinius* typis *Bonini de Boninis*; quam editionem a *Peregrino Antonio Orlandio* ignoratam in libro *Bononiæ* excuſo a. 1722. *Origine e progreſſi della ſtampa* commemorat Cl. Marchio *Maffejus* in Præfatione ad *Siglas lapidarias* p. 24. Porro hoc titulo editio illa Nobiliſſimis Viris *Albertino Corrigio*, ac *Thomæ Pinoto* Patriciis *Regienſibus* inſcripta prænotatur

D E O

D. O. M. S.

Significatio
litterarum
antiquarum

Vale-

Valerii . Probi
Et . Fr. Michae
lis . Ferrarini
Regien.
Carmelitæ
Divæ
Mariæ

Videtur ergo *Ferrarinius* editionem recognoſcens in codice titulum nonnihil immutaſſe. Atque hic quidem Codex a *Carmelitis* ſervatus tanti fuerit apud *Regienſes*, ut eorum Senatus hoc eo de libro conſultum tulerit anno 1493. 13. Februarii, ut monuit me eruditiſſimus Comes *Achilles Criſpius*, qui illud ex autographo publicorum ejus anni Decretorum libro pag. 66. deſcripſit. ,, Exinde pre- ,, fati Domini Antiani ſcientes, quod bonæ memoriæ Fr. *Michaelem de Ferrari-* ,, *nis* Ord. *Carmelit. de Obſerv.* veluti zelantiſſimum conſervationis antiquitatum, ,, & gloriæ, & honoris hujus Civitatis peragraſſe montes, & planitiem, & to- ,, ta pene Italiam, & expoſuiſſe, & edidiſſe unum magnum, & pulcrum ,, Librum, & Codicem omnium antiquitatum, Epitafiorum, & Epigramatum, ,, que potuit habere in toto orbe terrarum, quod eſt opus tam rarum, & uni- ,, cum tam præclarum, & ſcientes illum eſſe in hoc Conventu, & in hac Bi- ,, bliotheca *Carmelitarum* hujus Civitatis in chartis membranis bene, & ele- ,, ganter conſcriptum, & figuratum, repaginatum, & copertum, & intellecto, ,, quod multi nobiles, & potentes exquirunt illum habere e manibus dictorum ,, Fratrum, ut illum transferant ex hac Civitate, & ducentes eis turpe, & de- ,, decus eſſe, ſi patiantur hunc librum quaſi quondam Opus præclarum, & pre- ,, xioſum theſaurum hunc tolli & exportari, conſilio inter eos habito omnes ,, unanimiter ut ſupra providerunt, ut infraſcripti Spectabiles, & egregii cives, ,, quos ad hoc concorditer elegerunt, confiſi de eorum fide & ſufficientia ac ,, prudentia, vadant, & alloquantur venerandum Patrem Priorem, & Fratres ,, dicti Conventus, ut exinde & in hac Civitate nunquam amoveatur; ſcilicet ,, ſit quaſi alteræ Pandectæ in hac civitate perpetuo manſurus; quorum electo- ,, rum hæc ſunt nomina D. *Lodovicus Malagutius*, D. *Antonius de Gazolis*, D. ,, *Bartholomeus Cartarius*: ,, Die porro xv. ejuſdem menſis hæc ſtatuta in eamdem rem leguntur. ,, Retulerunt inſuper ipſi Domini *Lodovicus Malagutius*, D. *An-* ,, *tonius de Gazolis*, & D. *Bartholomeus de Cartariis* præfatis DD. Antianis, & ,, adiunctis ibidem, ſe ſe vigore commiſſionis eis datæ, ut ſupra, iviſſe ad Con- ,, ventum Fratrum *Sanctæ Mariæ de Carmelo* hujus Civitatis, & allocutos fuiſſe ,, Venerandum Patrem, & Priorem ipſorum Fratrum una cum aliis Confratri- ,, bus ſuis parte ipſorum DD. Antianorum pro conſervatione Lib. Antiquit. edi- ,, ti, & compilati per quondam bonæ memoriæ Fratrem *Michaelem de Ferrarinis* ,, *Carmelit.* ut ſupra, & ibi collocetur diligenter, & fideliter, ita ut nunquam ,, detur foris, nec extrahatur de ipſo Conventu, & ut ipſi Prior, & Fratres liben- ,, ter æquis animis polliciti ſunt, ſe ſe taliter collocaturos, & repoſituros dictum ,, Librum in ipſo Conventu, & talem operam daturos apud eorum ſuperiores, ,, ut nunquam exinde per quempiam amovebitur, & quod eundem mandaretur ,, per aliquem potentem in ſpiritualibus, aut temporalibus, cui obtemperare re- ,, cuſare non poſſent, tamen nihilunquam facient de ipſo libro inconſulta hac ,, magnifica Comunitate, & ſine ejus bona licentia, tum ut morem gerant ipſe ,, Comunitati, tum & pro honore dicti conventus, & religionis ſuæ, tum ,, etiam amore bonæ memoriæ auctoris & compilatoris *ipſius Libri*.

VIII. Antequam Inſcriptiones dimitto, tres deſcribam, veterem unam paucis abhinc annis tertio ab Urbe lapide inventam in prædio Comitum *Vettianorum*, recentes alias, ſed alteram hiſtoriæ non inutilem, alteram elegantiſſimam, & ad antiquarum leges omnino elaboratam.

I.

I.

EPIDIAE Ͻ. L.
DAPHINI (*ſic*)
CONCVBINAE SVAE
C. NONIVS. C. L. HIERARIO
VESTIARIVS
SIBI. ET. SVIS. V. F.
IN. FR. P. XV.
IN. AG. P. XV.

II.

D. O. M.

SERENISSIMAE ENGLESIAE DE VICECOMITI
BVS REGINAE CIPRI PARS QVAE FVIT
MORTALIS HIC EXPECTAT IMMOR
TALITATIS TEMPORA
OBIIT REGII ANNO DOMINI
MCCCCXXXVIIII.
KAL. AVG.


III.

In Templo PP. Soc. Jeſu.

D. M.

IOANNI. BAPTISTÆ. RV
GERIO. I. C. C. QVI. VIXIT *Juris Civilis*
ANN. XXXIIII. ALDA. F. PA *Conſulto*
TRI. CARISS. P. C. ANN.
MCCCCCLXXIIII. PRID.
KAL. APRIL. HOC
MON. HER. SEQ.

X. Privatorum quoque Ædes nonnulla ſuppeditarunt, quæ huc non inutiliter transferantur; ſed in primis *Achillis* Comitis *Criſpii* Bibliotheca. In ea quippe hos Codices reperi. *Leonardi Aretini*, *Commentarium rerum Græcarum* ſæpius editum: codex eſt chartaceus in 4. ſæculi xv. Ejuſdem *Commentarii de bello Punico*. *Alexandri*, *Anibalis*, *& Scipionis comparatio*. Ruffi Sexti *Viri Conſularis rerum geſtarum Populi Romani Valentiniano Auguſto liber*. *Famoſiſſimi Oratoris*, *Hiſtoriographi*,


A
B
C
D
E
C
D
E
AA *Longitudo eſt altaris*
B B *Latitudo ejuſdem altar*
CC *Longitudo operculi cor*
DD *Latitudo ejuſdem con*
EE *Craſſities tabulae lig*

Digitized by Google

phi, *& Poetæ Magiſtri* Benvenuti de Rambaldis *libellus* , *qui dicitur* Auguſtalis , *continens ſub compendio brevem deſcriptionem omnium Auguſtorum ad Ill.* Nicolaum *Marchionem Eſtenſem* . Codex membran. in 4. ſæculi xv. *Cronica extracta de archivo Eccleſie Ravenne compilata a* Rachobaldo *Ferrarienſi* . *Compilatio* eſt, quam ediderunt *Eccardius* , & *Muratorius* ex ſola conjectura *Riccobaldo Ferrarienſi* tribuentes. *Criſpii* chartaceus Codex (nunc ex humaniſſimi Comitis dono in meam Bibliothecam tranſiit) conjecturam, quam *fallacem* ſuſpicabatur *Muratorius* , plane confirmat . Sed mirum dictu eſt , quantum hic Codex ab editis diſcrepet ; nam (ut cetera prætercam , quæ fortaſſe aliquando uſui eſſe poterunt) ubi *Eccardii* & *Muratorii* editio in *Henrico Auguſto* ſiſtit , ad initium *Adalberti* Germaniæ Regis Codex progreditur . Sequitur in eodem Codice *de Synodis* , Catalogus nempe ſex priorum Synodorum Oecumenicarum , *Romanorum* Pontificum Catalogus uſque ad Sixtum IIII. , Pontificum *Jeroſolymitanorum* , *Anthiochenorum* , *Alexandrinorum* ferme , ut in hiſtoria Pontificum *Romanorum* ejuſdem *Riccobaldi* apud *Muratorium* p. 184. ; Pontifices *Hebræorum* ; ſeries item Regum *Alexandrinorum* , *Perſidis* ,*Latinorum* , *Albanorum* , *Romanorum* , *Auguſtorum Imperatorum Romanorum*, denique *elenchus Imperatorum* , *& Regum Chriſtianorum* ; *memoriale* denique *temporum* , *& annorum præteritorum a creatione mundi ab Adam uſque ad Nativitatem Chriſti*. Deſiderii Sprethi *Ravennatis de amplitudine* , *de vaſtatione* , *& de inſtauratione Urbis Ravennæ ad equeſtris ordinis Virum Clariſſimum Dominum Jacobum Antonium Marcellum Patricium Venetum* , libri tres ſæpius editi . Quæ ſequuntur in Codice *Ravennates* Inſcriptiones , a Burmanno T. vii. p. i. *Theſauri Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ* , corrupte , atque ordine plane diverſo exhibentur .

X. D. *Barthelomæus Proſper de Camellinis* Presbyter eruditus , quem ſupra memorabam, inſigne ſervat Chriſtianæ antiquitatis monumentum , ligneum nempe ex nuce altare *portatile*. Adjuncta tabella (Tab. iii.) ejus ſchema exhibebit . In averſa pretioſi hujus altaris inſcripta hæc ſunt .

D:MIIIII·IS·T

At quid iſthæc ſignificant? Divinare liceat . *Dedicavit Milleſimo quinto intrante Septembri Theuzo* . *Intrante ſeptembri* formula eſt ejus ævi . *Theuzo Regienſis* Epiſcopus fuit ab anno 971. ad 1132. Altaris ipſius conſecrationem heic indicari veroſimillimum eſt . Meliora alii ſuggerant . Alia id genus ſacra Cimelia ſervat idem *Camellinius* . Unum heic fuſius perſequar . Anno CIƆCL. prope Urbem *Regii*, cujus deinde murorum ambitus a. MCCXXIX. amplificatus fuit , exſtabat ſacra *Mariæ Magdalenæ* ædes . Ejus mentio in donationis inſtrumento , quod anno illo *de menſe maii indictione* XIII. confectum docuit me idem *Camellinius* , *Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſitæ prope civitatem Regii* , *ubi nunc Dominus Ubaldus Venerabilis Presbyter præeſſe videtur* . *Ego quidem in Dei nomine Egiva quondam relicta uxor Comitis Ardoini* &c. Anno porro MCCCCLXXVIII. quum VI. Eidus Julias dirutum fuiſſet altare vetus ejus Eccleſiæ juſſu *Bonfrancíſci de Arlotis Regienſis* Epiſcopi , *reperta fuit* , ut in antiquo Inſtrumento dicitur , *quædam tabuletta quadra marmorea alba circiter pedis unius expolita a parte ſuperiori* , *quæ ſublevata fuit* , *ſubter quam in ipſius altaris pede repertæ fuerunt capſulæ octo ex plumbo* , *in quibus erant diverſorum Sanctorum repoſitæ reliquiæ* , *quæ capſulæ ſuperſcriptæ erant in modum laminum literis majuſculis* , nempe *Matthæus* , *Thomas* , *Maria Magdalena* , *Arnulfus* , *Apollinaris* , *Venerius* . *Magnus* , *& Rufus* , *Agapitus*. In ara recens erecta conditæ tum fuerunt arculæ illæ . Verum quum anno MDXIII. *Leonis* X. imperio Eccleſia illa ad *Benedictinas* Sanctimoniales tranſiiſſet , atque altare fuiſſet iterum elegantiore forma conſtructum , amotæ inde

M fue-

Digitized by Google

fuerunt. Quinque tandem ex illis, exceptis *Thomæ*, *Mariæ Magdalenæ*, & *Arnulfi* arculis, ad Camellinii manus feliciter devenerunt.

CAPUT IV.

Cæſenam poſt feſtos Paſchales dies excurſus. Plura de Bibliotheca Malateſtia.

I. EX Cl. P. *Manſio* intellexeram, *Cæſenæ in Malateſtia* Bibliotheca PP. *Franciſcanorum*, quos *Minores Conventuales* dicimus, antiquiſſimum ſervari codicem Iſidorianarum *Etymologiarum*. Quare ejus cum editis comparandi ſtudio poſt feſtos Paſchales dies ægre ab amicis divulſus *Regio Cæſenam* contendi, ubi ab Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Epiſcopo *Orſellio* exceptus ſui longe humaniſſime. Etſi autem *Iſidori* potiſſimum cauſſa illuc eram profectus, quæ tamen viſu in ea urbe digna erant, antequam in Bibliotheca *Malateſtia* me abderem, pluribus me comiter deducentibus, atque in primis Canonico Illuſtriſſ. *Guſellio*, & P. *Farina* tertii Ordinis *S. Franciſci* Theologo luſtrare placuit. Hinc factum, ut veterem chartam quæ in Canonicorum principis templi archivo ſervatur, deſcriberem. Digna eſt, quæ heic edatur.

„ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti anno Deo propicio Pontifica„ tus Domini N. *Benedicti* Summi Pontificis, & univerſalis Papæ in Apoſtolica „ Sacratiſſima Beati *Petri* Apoſtoli Domini Sede anno decimo die ſecundo Menſis Junii Indictione decima, & anni ab incarnacione Domini mille quadraginta „ duo poſt obitum *Chonradi* Imperatoris Ceſenæ.

„ Diverſa licet in ſe membra retineat ecclefia mater univerſalis, unica ta„ men eſt & racione fidei, & operacione virtutis. Nam ſecundum Apoſtoli „ ſentenciam in uno corpore diverſa ſunt membra, omnia autem non eundem „ actum abencia, & in ecclefia diverſi ſunt ordines, ita quoque morum diver„ ſæ ſunt converſaciones. Set dum ad unum caput quod Chriſtus eſt, generali„ ter referuntur, conſtat eccleſiam unum corpus eſſe ex omnibus, Individuam „ propoſito credulitatis, & dividuam officio converſacionis. Aliter enim in San„ cta Eccleſia Monachi, aliter clerici, ac longe aliter laici converſantur. Mo„ nachi quippe omnibus, quæ mundi ſunt, renunciantes ſe ipſos abnegant, & „ poſt crucifixum Jeſum ſuam crucem portant, & dum ab aliis penitus remo„ ventur, non aliorum, ſet vitam propriam curant. Laici vero dum tranſitoriis „ inerent rebus, temporalibus utuntur poſſeſſionibus, dum conjugia excolunt, „ dum filios nutriunt cumque ſæcularibus negociis applicantur, qui apicem mun„ danæ concupiſcentiæ contingunt, ab ea neceſſario coinquinantur. Set inter „ has duas converſacionis ſpecies media eſt vita clericorum, qui quanto in ec„ cleſia opportuniores exiſtunt, tanto ipſo deo, qui eccleſiæ caput eſt, vicinio„ res eſſe creduntur. Ii enim ſunt eccleſiæ oculi, qui omnium vitas ſuper om„ nes poſiti inſpiciunt, & e ſpeciali mandato univerſos paſcunt; nimirum ipſi „ apoſtolicam imaginem retinent, qui a Chriſto eccleſiæ paſtores effecti in mun„ dum predicaturi miſſi ſunt, ut ejus oves paſcerent, & non ſolum ſe, ſet e„ ciam univerſas gentes predicacionis verbo inſtructas & exempli imitacione for„ matas ad eterni regni gaudia ducerent, qui accepta poteſtate in animas li„ gandi, adque ſolvendi, Dominicum paſcebant gregem omnes unanimiter ſen„ cientes, omnia comuniter poſſidentes, & ſicut unius fidei erant cultores, „ unius Dei predicatores, ita comuniter tamquam nichil abentes omnium erant „ poſſeſſores. Debent itaque clerici, qui eorum ordinem imitantur, eorum mo„ res aſſumere, quatenus quibus concordant in nomine non penitus diſcrepent „ in actione; & Ideo Ego quidem *Johannes* divini reſpectus operacione Epiſco„ pus

,, pus Ceſſinas clericorum noſtri epiſcopatus vitam in melius reformare deo in-
,, ſpirante laborans pravum morem, quod actenus in noſtra eccleſia fuerat, ce-
,, leſti favore eradicare niſus ſum . Adolevit enim in noſtra eccleſia tam prava
,, conſuetudo, ut Sacerdotes & diacones ceterique eccleſiaſtici Ordines ſtipendia
,, ſua & eccleſiæ oblaciones non comuniter poſſiderent, neque in pias cauſas ex-
,, penderent , ſet turpis avariciæ lucro dediti quaſi predam invicem dividentes
,, per ſingulas ſuas domos deportarent, ubi cum familiaribus ſuis , & quod de-
,, terius eſt, cum mulieribus porciones ſuas cum ſumma infamia conſumerent .
,, Unde cum conſilio *Gebeardi* & Senioris & magiſtri noſtri *Ravennatis* ſedis ar-
,, chiepiſcopi, aliorumque confratrum noſtrorum tam epiſcoporum, quam eciam
,, religioſorum Abbatum aliquantos Sacerdotes nec non eciam Diacones cæteroſ-
,, que eccleſiaſtici ſtatus in unum collegimus , qui ad onorem Dei , & Sancti
,, *Johannis Baptiſtæ* comuniter in uno loco conveniant , ubi veſcantur , & dor-
,, miant, ad ſerviendum deo ſine intermiſſione conſiſtant . & ut ſolummodo di-
,, vino cultui mancipentur , a populari converſacione remoti ſiant . Nam ſicut
,, ait apoſtolus ; *qui militat deo* , *non implicat ſe negotiis ſecularibus* qui ut ſine
,, murmuracione poſſint degere neceſſariaque ſibi ſumptus abere , indigentibus
,, eciam elimoſinam dare, cum conſilio noſtrorum fidelium tam majorum quam-
,, que minorum tociuſque populi noſtræ civitatis. ſufficientes ſibi reditus largi-
,, ri decrevimus. Proinde ego predictus *Johannes* epiſcopus trado & ordino & in
,, perpetuum diſpono vobis *Johannes* archipresbiter & *Petre* presbiter, & *Johan-*
,, *nes* presbiter, & per vos veſtris confratribus, & ſucceſſoribus in perpetuum ,
,, qui canonico more ad ſerviendum noſtræ eccleſiæ congregati ſunt permanſuri.
,, Ideſt monaſterium unum integrum, cui vocabulum eſt *Sancti Laurentii & Ze-*
,, *nonis*, qui *in calanco* vocidatur cum omnibus ſibi pertinentibus, cum omnibus
,, rebus , quæ predicto monaſterio in eodem fundo pertinent ; Cum fundo uno
,, integro, qui vocatur *monte* & alio fundo integro , qui vocatur *ubiliano* poſito
,, in Plebatu Sancti *Victoris* qui vocatur *in valle*, & cum medietate de fundo in-
,, tegro qui vocatur *ſummula* poſita in plebatu Sancti Petri qui vocatur *in ciſti.*
,, *no* & tres canterios terræ in fundo qui vocatur *fontanelle* , & unum canterium
,, in fundo *campo* qui vocatur *cauci* & medietatem de fundo qui vocatur *Vico*
,, *malo* , & cum omnibus quod predicto monaſterio pertinent in burgo *ceſenæ* ,
,, & unam unciam terræ quod ſunt turnaturiæ duodecim integre poſitæ in fun-
,, do, qui vocatur *montido*, quem detinent heredes quondam *Liuto* & *petrus* ma-
,, giſter qui vocatur *dello presbitero* cum germanis ſuis ; & ſex uncias in fundo
,, *burciliano* territorio *Sarſenenſe* plebatu *Sanctæ mariæ* quæ vocatur *majoris* ; &
,, medietatem integram de fundo uno integro qui vocatur *Muſiano* cum capella
,, ſuper ſe poſita . Damus eciam & concedimus vobis medietatem de fundo uno
,, integro qui vocatur *marignoni* territorio *Ariminenſe* plebatu Sancti *Johannis* ,
,, qui vocatur *in compudo* . Et unam peciam terræ & vineam ſuper ſe abentem
,, poſita in fundo qui vocatur *rontula* per pediſmum menſurata in longitudine
,, ſua perticas decimpedas optuaginta & quinque & in latitudinem ſuam ab uno
,, capite perticæ triginta & octo, & ab alio capite perticæ viginti & quattuor ,
,, & concedimus vobis dieces Turnaturiæ terræ & dimidia , quem prædicto mo-
,, naſterio obvenit da *Ceſino* qui vocatur *pagano* poſite in fundo qui vocatur *ca-*
,, *po cauci* & tres turnaturiæ & dimidia terræ in fundo qui vocatur *campiliano*,
,, & octo turnaturiæ terræ poſite in fundo qui vocatur *Vezano*: & quattuor tur-
,, naturiæ in fundo qui vocatur *caſamajo* & concedimus vobis quantaſcumque nos
,, habemus in loco qui dicitur *Sancto Sacretario* quod eſt fundum qui vocatur
,, *vezano* infra ec latera. A primo latere & a ſecundo latere poſſidet *Liudo*, qui
,, vocatur *de ſaliſco* cum conſortibus & fratribus ſuis, & foſſato qui dicitur *ſicco*;
,, a tercio latere via percurrente & fundo qui vocatur *barbalbio*, adque a quar-
,, to lattere uſque ad *monticello* & caſa *Lapiera* , & ſicubi de pertinentia ejuſ-

Digitized by Google

,, dem monaſterii invenire potueritis, omnia ſint vobis largitum ; atque conceſ-
,, ſum & omnia abeatis, teneatis, poſſideatis eciam innovandi & diſponendi
,, cum veſtris ſubceſſoribus in perpetuum ut ſuperius legitur, quæ omnia poſita
,, ſunt territorio ceſene & territorio plebacto vicariato plebatu Sancti *Victoris* qui
,, vocatur *in valle*, territorio *Ariminenſe* plebatu *Sancti Johannis*, qui vocatur in
,, *compudo* & territorio *Ravennate* in decima plebatu *Sancti petri*, qui vocatur in
,, *ciſtino*, & territorio ſarſennate plebatu Sanctæ *Mariæ* qui vocatur *majoris*. Pro
,, eo quia in eccleſia noſtri epiſcopatus ſine intermiſſione divina officia celebrare
,, debeatis, ideſt matutina & veſpertina, miſſarumque officia, ceteraque officia,
,, quæ in eccleſia pro vivis ac defunctis regulariter ſunt agenda. Debeatis eciam
,, orare aſſidue pro mea & meorum anteceſſorum, ſubceſſorumque anima unde
,, tres iſtos tres pſalmos ideſt *miſerere mei Deus* & *Deus miſereatur noſtri*, & *Deus*
,, *in adjutorium meum intende* cum oracione pro me, meiſque ſubceſſoribus in
,, carne degentibus cotidie Deo ſolvatis, pro mortuis autem me ſcilicet, meiſ-
,, que anteceſſoribus vel ſubceſſoribus hos tres pſalmos cum oracione reddatis
,, ideſt *miſerere mei Deus*, *Vocem meam*, & *laudate Dominum in Sanctis ejus*. In
,, die aniverſarii noſtri & *Marinacii* anteceſſoris noſtri, omniumque ſubceſſorum
,, noſtrorum integrum officium mortuorum cum miſſa celebrare debeatis, ſicut
,, in ipſa die depoſicionis & non liceat nobis vel noſtris ſubceſſoribus ec omnia,
,, quæ largiti ſumus, per nullum modum abſtraere, vel minuere, donec vos ſi-
,, cut ſuperius diximus, veſtrique ſubceſſores in ac noſtra eccleſia canonico mo-
,, re deo fueritis ſerrituri. Quod ſi quis ujus noſtræ ordinacionis & diſpoſicio-
,, nis ſtatutum temerare preſumpſerit ſive nos ſive noſtri ſubceſſores, auri libram
,, unam vobis veſtriſque ſubceſſoribus dannetur, ſolutaque pena oc noſtre diſpo-
,, ſicionis decretum maneat inrefragabiliter in perpetuum. Quam vero paginam
,, precepcionis & decreti *Johannes* deo largiente tabelio ujus civitatis *Cæſene* ſcri-
,, bere juſſi in qua & ego ſubter manus meas propria ſubſcripſi & rogatis teſti-
,, bus illamque vobis tradidi ſub die, & menſe, & indictione ſupraſcripta de-
,, cima *Ceſenæ*.

,, Ego *Gebeardus* Dei gracia archiepiſcopus SS.

,, Ego *Johannes* gracia Dei epiſcopus Sanctæ *Ceſenatis* eccleſiæ ſic diſpoſui,
,, ſic decrevi, & in perpetuum valere precepi.

,, confirmans factum judex ſubſcripſit *Arardus*.

,, Ego *Bernardus* quondam *Otardi* judicis natus in hac decreti pagina teſtis
,, rogatus SS.

,, Ego *Griſo* in ac decreti pagina teſtis rogatus SS.

,, Ego *Pecorus* in Dei nomine tabellio & judice in hac decreti pagina teſtis
,, rogatus SS.

,, Ego *Liuculfo* in oc decreto teſtis SS.

,, *Ludonis* filius *Gebizo* hujus decreti teſtis interfuit & ſubſcripſit.

,, *Petrus* in oc decreto teſtis interfui.

,, Ego *Leto de Liutta* ujus decreti teſtis interfuit & ſubſcripſit.

,, *Petrus* filio quondam *Roprandi* in ac decreti pagina teſtis rogatus SS.

,, Ego *Johannes* tabellione Chriſti miſericordiam civitatis *Ceſenæ ſcriptor*
,, uic decreti paginæ teſtis probatus poſt roboracionem teſtium, aliorumque tra-
,, dita complevi & abſolvi.

,, Noticiam teſtium, ideſt

,, *Arardus* Judex — *Bernardus* quondam *Ottardi* Judicis filius
,, *Griffo*, & *Leto* — germani filii quondam *Liutte*.
,, *Petrus* tabellio Civitatis *Cæſenæ* — *Liudo*, & *Gebizo* filio ſuo
,, *Petrus* qui vocatur *de Raberto*.
,, *Petrus* qui vocatur *de Roprandi*.

Ceteris, quæ in hoc inſtrumento digna eſſent obſervatu, prætermiſſis duo
,, tan-

Digitized by Google

tantum adnotabo. Primum eſt, *Benedictum* IX. a. MXXXIII. Pontificem fuiſſe electum, quo menſe tamen, & die, *Pagio* incertum; quum tamen die Junii ſecundo a. MXLII. decimus ejus annus decurreret, ſaltem ante eum diem a. MXXXIII. electum illum fuiſſe conſtat. Alterum eſt, *Henrici* III. qui *Conrado* denato 14. Junii a. MXXXIX. ſucceſſerat, annos nondum *Caeſenae* numeratos fuiſſe, quod ſcilicet anno tantum MXLVI. *Romae* fuerit a *Clemente* II. Imperator coronatus.

II. Sed jam ad *Malateſtiam* Bibliothecam oratio delabatur. Ea in obſcuro ſatis loco ſita eſt, inque pluteos diſtincta, quibus codices ad illum plane modum, quo in *Florentinis* Bibliothecis *Laurentiana*, & S. *Crucis* ſervantur, ferreis catenis ſunt adligati. Ita porro diſpoſiti plutei ſunt, ut inter eos, qui ad dexteram ſunt Bibliothecam ingredientium, aliosque qui ad laevam ſunt, non incommode ambulare quis poſſit. Codices bene multi ibi exſtant. *Iſidorianos*, de quibus alias, cum primis conferre cordi fuit. Alios tamen aliquot inſpexi, quos heic recenſebo, ab illis initio ducto, qui in pluteis ſunt ad ingredientium dexteram collocatis.

III. Plut. I. Num. IV. *Franciſci Uberti Caeſenatis* carmina, & proſae. Codex auctori temporum aequalis. Floruit porro *Ubertus* ſub *Alexandro* IV. Pontifice.

Plut. III. Num. IV. S. *Auguſtinus in Johannem*, aliaque Sancti Doctoris opuſcula. Num. VI. S. *Hieronymus* in Pſalmos. Incerti Auctoris Commentarii in Pſ. LXXXIX. ad *Cyprianum presbyterum*. Item carmen S. *Hieronymo* adſcriptum *de Virginitate* B. M. V. Codex eſt ſaeculi XIX.

Plut. IV. Num. I. Codex ſaeculi XV., in quo S. *Hieronymi*, & *Rabani* Commentaria in *Hieremiam*. Num. II. Codex ſaeculi XIV. qui S. *Ambroſii* in Pſalmum *Beati immaculati* exhibet commentarios.

Plut. V. Num. I. Decretales *Gregorii* XIII. & *Innocentii* IV. Num. II. S. *Gregorii Magni* homiliae, Dialogi, *Paſtoralis*. Codex ſaeculi XV. Num. IV. *S. Joh. Chryſoſtomi* in *Matthaeum*, interprete *Aniano*, & *Georgio Trapezuntio*, qui in epiſtola ad *Urbanum* V. Kal. Martii a. 1450. perſcripta verſiones alias a ſe factas diligenter percenſet Num. VI. S. *Remigii* in Epiſtolas S. *Paulli* Commentaria. Codex ſaeculi XIV. Num. VII. S. *Hieronymus* in *Matthaeum*, & *Marcum*, *Paulli*que aliquot epiſtolas. Codex ſaeculi XV. Num. VIII. Biblia ſacra, quae iconculis ſatis curioſis ſunt exornata. Codex ſaeculi XV.

Plut. VII. Num. II. Codex ſaeculi XIII. Evangelia in eo ſunt cum notationibus margini adſcriptis.

Plut. VIII. Num. II. Collectanea in Sacram Scripturam ex operibus *S. Gregorii Magni*. Codex ſaeculi XIV. Num. V. Pſalterium cum adnotationibus. Adcedit *Michaelis de Caeſena* retractatio a *Muratorio* edita in *Antiquitatibus Italicis*. Porro adnotationes illae prolixae adeo ſunt, ut integras interdum *S. Auguſtini* homilias exhibeant.

Plut. XI. Num. VII. *Beda* in Parabolas *Salomonis*. Item in Parabolas, & Canticum *Salomonis* commentarius ex ſcriptis *S. Ambroſii* decerptus. Homiliae aliquot *Johannis Chryſoſtomi*, octo nempe *de laudibus S. Paulli*; *de reparatione lapſi*; *de lapſis*; *quod nemo laeditur, niſi a ſe ipſo*. Ejuſdem *de Sacerdotio*, non tamen integrum opus. Palladii *de vita S. Johannis Chryſoſtomi*. *S. Dionyſii*, ut fertur, *Areopagitae de morte Paulli*. Codex XV. ſaeculi.

Plut. XII. Num. II. S. *Petri Chryſologi Ravennatis* Epiſcopi *Sermones*. Codex ſaeculi XV.

Plut. XIII. Num. III. Codex ſaeculi XV., in quo S. *Bonaventurae inductiones ad intelligentiam Sacrae Scripturae*; Rabbi Samuelis epiſtola *de Meſſia*; S. *Iſidori Hiſpalenſis* opuſcula, quae inter *Sermo contra Arrianos* in vetuſtiſſimo *Etymologiarum* libro S. *Auguſtino* adſcriptus. Num. V. *Hubertini de Caſalibus* liber *crucifixae vitae*, *S. Bernardi* Sermo &c. Codex ſaeculi XIV.

Plut. XIV. Num. I. *Boetius de Conſolatione philoſophiae* cum commentariis. Codex

Digitized by Google

dex ſæculi XV. auro, & picturis inſignis. Num. II. *Lactantii* opera præter *Inſtitutionum* epitomen, atque apocrypha. Codex ſæculi XV.

Plut. XV. S. *Thomæ* ſecunda ſecundæ. Codex ſæculi XIII. vel ineunte XIV. exaratus.

Plut. XVI. Num. I. S. *Thomæ* Summæ pars tertia. Codex uti ſuperior perſcriptus, antequam S. *Thomas* in Sanctorum album referretur. Num. II. Ejuſdem in II. *Sententiarum*. Paris antiquitatis Codex. Num. III. Ejuſdem *contra Gentiles*, eadem, qua indicati, Codex ætate deſcriptus. Videre in eo eſt Cucullum, pallium, barbamque abraſam, qualem illo ævo *Dominicani* geſtabant.

Plut. XVII. Num. II. *Scoti* quæſtionum liber primus cum carmine de ejus morte. Codex ſæculi XIV.

Plut. XIX. Num. I. *Richardi Radulphi* Archiepiſcopi *Armachani* Tractatus *contra errores Armenorum*. Codex ſæculi XV. Num. II. *Ochami* prima pars dialogi *de hæreticis, & eorum fautoribus*. Exſtat in hoc eodem Codice ſupra memorata *Michaelis de Cæſena* retractatio.

Plut. XX. Num. V. S. *Hieronymi* de *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, aliaque cum adtationibus, quæ Scriptores indicant a *Guarino Veronenſi* in latinam linguam e *Græca* translatos. Codex ſæculi XV.

Plut. XXI. Num. I. II. III. IV. Bibliorum Codices ſæculi XIV. Nihil heic deeſt præter Pſalmos, & quartum Eſdræ librum. Tertius porro Eſdræ liber II. inſcribitur, ſecundus vero II. *Nehemiæ* prænotatur. Num. VIII. *Concordantiarum* opus a *Conrado Halberſtadenſi* confectum. Codex ſæculi XIV.

Plut. XXIII. Codices hujus plutei pleraque medica opera continent; in his (Num. V.) *Simonis de Janua Synonyma medica* cum additionibus *Mundini de Lentiis Florentini*.

Plut. XXIV. Num. II. *Petri de Abano expoſitio Problematum Ariſtotelis*. Medica ſequentes Codices complectuntur, ut (Num. III.) *Thaddæi de Florentia conſilia medica*, & *Gentilis de Fulgineo conſilia medica*, quæ inter *conſilium pro peſte Peruſii graſſante* a. MCCCXLVIII. Eadem *Gentilis* conſilia exſtant Plut. XXVI. Num. III. cum *Guilielmi de Brixia* conſiliis. Aliud ejuſdem *Gentilis* conſilium habes Plut. XXIII. Num. V.

Plut. XXVI. Num. I. *Avicennæ* opera. Anonymi Commentarium in Decretales. Præſagia anni 1297. Deſignatio milliarium *Lutetia Romam*. In Gallos vaticinia.

IV. Ad Pluteos tranſeamus, qui ad lævam ſiti ſunt Bibliothecam ingredientium.

Plut. I. Num. I. Anonymi *de vita & morte Galeotti Hubertii de Malateſtis*: italicum præterea de ejus miraculis opuſculum. Codex ſæc. XV. Num. VI. *Ovidii Metamorphoſes* cum veteribus ſcholiis. Accedit in operis calce diſquiſitio quædam *de Ovidii ætate*. Codex ſæculi fortaſſis XII. Num. VII. *Martialis* epigrammata. Quo ſæculo, atque Scriptore exarata ſint, docet adſcripta notatio.

Hoc opus, o lector, tranſcripſit Petrus avorum.
Cujus Ceninna eſt nomine dicta domus.
Abſolutum eſt hoc opus IX. Kal. *Septembris* 1363.

Num. VIII. S. *Johannis* Evangelium ſæculo XII. perſcriptum. Num. XIII. *Leonardi Arretini* epiſtolæ.

Plut. II. Num. IV. & V. *Raymundi Summæ* pars I. & II. cum Anonymi, qui fortaſſe *Johannes Theutonicus* eſt, Commentariis.

Plut. III. Num. I. *Speculum juris* Magiſtri *Durandi*, emptum olim, ut in fine legitur, *a.* 1377. *die* 25. *Octobris pro pretio Florenorum* XVII. *auri*.

Plut. IV. Num. II. *Infortiatus*: Emptus fuit hic Codex ſæculi XIV. *a Franciſco de Maleonibus ducatis* LXXX. *auri anno* 1430. *die* 5. *Octobris*. Num. III. *Digeſtum* ejuſdem ſæculi XIV. Accedit *Bartholomæi de Saxoferrato conſilium*.

Plut. VII. Num. III. *Ariſtotelis hiſtoria animalium*. Codex ſæculi XIII. In calce hæc adnotantur. *Cujus Græca* (a Græco) *tranſlatio completa eſt anno Gratiæ* MCCLX.

MCCLX. X. *Kal. Januarii Thebis*. *Iſte liber eſt B. de Mantua Medici in civitate Mantuæ habitatoris, & fuit emptus Paduæ per Magiſtrum Petrum de Abano celebrem medicum Patavinum ſeptem ſolidis denariorum monetæ Venetæ groſſorum anno* 1309. *menſe Septembris*.

Plut. IX. Num. II. *Ariſtotelis* Metaphyſica ex Card. *Beſſarionis* latina interpretatione. Codex ſæculi XV.

Plut. XI. Num. V. *Paullini Puteolani hiſtoria mundi uſque ad Henricum* VII. Deſunt in fine non pauca. Confer Cl. *Tartarottium T. ultimo Rer. Italic. Script.* in diſſ. *de auctoribus a Dandulo citatis*, & doctiſſimum P. *Manſium in notis ad Fabricii Bibliothecam med. & inf. latin. T.* V. *p.* 206.

Plut. XII. Num. III. *Pub. Silius Italicus de bello Punico*, ac *Valerii Flacci Argonauticon*. Codex ſæculi XV. Num. V. *Jornandes Rerum Geticarum*, *& Paulli Diaconi hiſtoria Langobardorum*. Codex ejuſdem ſæculi. Num. VI. *Macrobius in Somnium Scipionis*. *Petrarchæ argumenta Iliadis*; quod opus addendum ceteris a *Fabricio* recenſis. *Colucii declamatio in Lucretiam*. *Avogarii de Orgtiano declamationes pro Verona*. *Matthæi de Aureliano epiſtola de morte Avogarii*. Anonymi *apologia pro Florentinis contra Pontificem*. *Cicero de optimo genere Oratoris*, & *Tuſculanæ quæſtiones*. Priora opuſcula duo ſæculo XIV., cetera XV. perſcripta fuere.

Plut. XVI. Num. II. *Egeſippus de excidio Jeroſolymæ*; *Valerii* quoque *Maximi dicta & facta memorabilia*. Num. V. Panegyrici Veterum *Plinii*, *Pacati* &c. In hoc eodem Pluteo (numerus mihi memoria excidit) exſtant *Xicci Polentoni Patavini de illuſtribus viris, qui latine ſcripſerunt*, libri XVII., ex quibus quæ ad *Petrarcham* atque *Albertinum Muſſatium* ſpectant, prodierunt in lucem.

Plut. XVIII. Num. V. *Anaſtaſii Bibliothecarii* hiſtoria Eccleſiaſtica; item *Nicephori* Chronologia ab eodem latine reddita.

Plut. XX. Num. I. *Robertus Valturius de re militari*. Num. IV. *Uguccionis Piſani Vocabuliſta*. Fuit *Uguccio* deinde *Ferrarienſium* Pontifex; de quo vide *Diarium Florentinum eruditorum hominum* (*T.* II. *p.* III. *pag.* 122.) & Cl. *Trombellium* (*T.* II. *Anecdot.*). In hoc codice, qui XIII. ſæculo ſcriptus fuit, legitur fol. 139. alia quam liber reliquus, ſed vetuſta manu: *Uguizio Benivegnæ de Bagnouni*. Auctoris ne nomen hoc ſit, an ejus qui librum habebat? divinent alii. Sequitur num. V. altera operis pars, quæ abſoluta dicitur anno 1280.

Plut. XXIII. Num. I. *Johannis Tortellii* Commentarium *de orthographia* in membranis editum Venetiis a. MCCCCLXXI. Num. II. *Papiæ elementarium*; vitæ item breves Romanorum Pontificum uſque ad *Nicolaum* I., quas excipit catalogus ſequentium Pontificum ad *Honorium* III.

Plut. XXIV. Num. I. *Priſciani* opera. *Donatus de barbariſmo*. Carmen auctoris antiqui *ad Senatores*. Codex ſæculi XII., aut etiam XI. Num. II. Varro, & Cato *de re ruſtica*.

Plut. XXV. Num. II. *Horatii* carmina cum ſcholiis. Notantur in calce Eclipſes annorum 1460. 1461. & 1462.

Nec plura licuit *Caſenæ* adnotare. Pudeat autem diſſimulare (quod ſane ingrati animi vitium eſſet, nec ſatis ingenui), in his ipſis, quæ adtuli, recenſendis adjutum me maxime fuiſſe indiculo, quem *Malateſtiam* Bibliothecam quum ante me luſtraret doctiſſimus P. *Manſius*, contexuerat.

CAPUT V.

Bibliotheca, quæ Florentiæ eſt, S. Crucis, ejuſque aliquot codicum recenſio. Kalendis Auguſti Auctor Ripolenſe PP. Vallumbroſanorum Monaſterium adit.

I. QUum in ſuperiore volumine de *Florentinis* Bibliothecis agerem, aliqua dixiſſe me memini de *S. Crucis* Bibliotheca, ejuſque Mſs. Codicibus tum numero, cum præſtantia maximi ſane faciendis. Uberiore heic tra-

ctatio-

ſtatione illos perſequar, quamvis omnino imperfecta. Pleniſſimam a Cl. Abbate *Laurentio Mebus*, qui ſane in hoc ſtudiorum genere excellit, ſperare nos juſſerunt Diarii eruditorum hominum *Florentini* Scriptores *T.* III. *p.* III. *pag.* 126. Utinam datam fidem liberare poſſit vir doctus. Interea non inutilis erit qualiſcumque labor hic noſter, præſertim ſi quæ dicturi ſumus, cum iis conferantur, quæ in altero volumine adnotavimus, & aliis, quæ in viri ſummi *Mabillonii itinere Italico* de inſigni hac Bibliotheca leguntur. Igitur ut *Cæſena* ſub Maii finem *Florentiam* repetii, ad Bibliothecam *S. Crucis Iſidorianorum* potiſſimum Codicum gratia me contuli; illam tamen placuit diligentius perquirere, & alios, qui in ea ſunt, codices inſpicere. Qui porro memoratu digniores viſi tunc mihi ſunt (ne quos alias recenſui, iterum adſcribam), ea heic recitabo.

II. Antequam autem ad hoſce enumerandos Codices adgredior, moneo duas in partes diſtributam eſſe Bibliothecam, quarum altera Conventus clauſtrum, altera ſpectat Eccleſiam; doleo enimvero, contra quam putabam, in ſchedis non invenire me adnotatum, qua in parte plutei aliqui ſiti ſint, quorum codices recenſebo. Niſi tamen me mea fallit memoria, unum alterumve ſi demas, ceteri omnes, de quibus agam, qua parte Bibliotheca Eccleſiæ propior eſt, in ea ſunt Codices collocati. Igitur

Plut. II. Num. XV. exſtat codex membranaceus in fol. ſæculi XIV., in quo *Iſajas & Jeremias* cum *gloſſis*, ut ajunt, *Magiſtri Sententiarum*. Porro in codicis calce legitur: *Gilbertus. Sufficiant hæc ad expoſitionem Lamentationum Hieremiæ, quæ de Patrum fontibus hauſi ego Gilbertus Antiſiodorenſis Eccleſiæ Diaconus*. Nempe ut hic *de Patrum*, ita de illius *fontibus* multa *hauſit Petrus Lombardus*.

Plut. III. Num. XXV. *Petri Presbyteri* (Comeſtoris) *hiſtoria Scholaſtica*. Codex membran. fol. ſæculi XIV.

Plut. V. Num. XLVIII. *Poſtilla Nicolai de Lyra* ſuper librum *Joſue*, & ceteros hiſtoricos libros veteris Teſtamenti. Codex membranac. in fol. ſcriptus *Florentiæ per Fratrem Thedaldum ejuſdem Ordinis* (de Bibliotheca *S. Crucis* optime meritum) 1385. 4. *Julii*.

Plut. VI. Num. LXIV. *Poſtillæ Hugonis* (de *S. Caro* Cardinalis). Codex membr. in fol. qui hiſce verbis clauditur: *Expliciunt Poſtillæ Fr. Hugonis Prioris Pariſius de Ordine Fratrum Predicatorum ſuper Johannem . . . . Actum Pariſius anno Domini* 1245.

Plut. VII. Num. LXIX. *Commentum ſuper Cantica Canticorum* Fr. *Leonardi de Griſonio* Ordinis, ſeu ut in fine Codicis legitur, *liber Canticorum* CXLIII. *ſuper Cantica Salomonis*. Codex membran. in fol. ſæculi XIV. *Fuit* autem hic Codex (quod primæ paginæ adſcriptum reperi) *ad uſum Reverendi Magiſtri Jacobi Georgii Domini Jacobi Bladæ . . . obiit predictus Magiſter Jacobus* XXIII. *Menſis* Septembris 1463. Num. LXXVIII. *Joachim* (Abbatis) *Concordantiæ Veteris & Novi Teſtamenti* in quinque libros diviſæ. Codex chartaceus ſæculi XIV.

Plut. VIII. Num. LXXXII. *Commentum* Brunonis *ſuper Pentateuchum*. Codex membran. in 4. ſæculi XII. Num. LXXXI. *Poſtilla* Rhabani *ſuper Eccleſiaſticum*. Adcedit Index prænotatus his verbis; *iſtam tabulam fecit Frater Andreas Chriſtophori de Senis, cujus fuit aliquando liber*. Codex membranac. in fol. ſæculi XIV. Num. LXXXVII. *Poſtillæ* Fr. Guerrici *ſuper Hieremiam*, *Baruch*, *& Ezechielem*. Præmittitur index *notabilium* a. 1386. confectus a Fr. *Thedaldo* Ordinis *Minorum*, qui in fine Codicis (membran. fol.) hæc adnotavit. *Liber eſt Domini* Philippi Villani, *& voluit*, *quod poſt mortem meam eſſet in armario Florentini Conventus*. Num. XCII. Abbatis *Joachim* ad *Henricum* VI. Imperatorem Commentarius in *Jeremiam* Prophetam: præterea libellus *de ultimis tribulationibus*; alius inſuper *de articulis fidei ad Fratrem Johannem*; tandem breve Chronicon rerum ad S. *Franciſcum*, ejuſque de Chriſtiana Republica optime meriti Ordinis initia ſpectantium cum indiculo Summorum Pontificum poſt eumdem S. *Franciſcum*. Codex

Digitized by Google

dex membran. in 4. ſæculi xiv. Num. xciii. *Poſtilla* Magiſtri *Petri Johannis* Ordinis Minorum *ſuper Apocalypſim*. In codicis calce (membranaceus is eſt in 4.) hæc notatu digna reperias. Mccxcii. *anno ab Incarnatione Domini fuit liber iſte confectus; obiit & ille, qui compoſuit eodem anno ſecundo Idus Martii. Scriptum Florentiæ in Tuſcia anno Domini 1365. die 15. menſis Februarii.*

Plut. ix. Num. xcv. Actus Apoſtolorum in lxviii. capita diſtributi; ſeptem epiſtolæ Canonicæ, Apocalypſis; *Paulli* epiſtolæ, & ſermo *in natalitiis S. Michaelis, ſeu hiſtoria miraculi montis Garganii*. Codex membran. in fol. ſæculi xi. Num. xcvi. (Petri Comeſtoris) *Hiſtoria Scholaſtica*. Codex membran. in fol. ſæculi xiii. Num. xcviii. Tractatus S. *Hieronymi* (ſæculo x. ſcriptus) in *Canticis Canticorum*; præterea ſæculo xi. exarata, atque eidem Hieronymo tributa *expoſitio Evangelii* B. *Johannis Evangeliſtæ*. Inter utrumque tractatum exſtat profeſſio fidei a Berengario edita, cujus initium: *Ego Beringerus indignus Diaconus Eccleſiæ S. Mauricii Andegabenſis cognoſcens veram & Apoſtolicam fidem anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus ſum* &c. Codex membr. in 8. Num. cxi. *Aurora Bibliæ* (Petri de Riga) *cum gloſſis*. Clauditur codex (membran. in fol. ſæc. xiii.) his verbis: *Explicit liber Aurore veteris & Novi Teſtamenti. Jacobus Peruſanus* (ſic) *ſcripſit & complevit*. Sequuntur iſta. *Anno Domini* mccxxxix. *Indictione* xii. *die Veneris tertia die intrante menſe Junii tempore Domni Gregorii Papæ* xi. *obſcuratus eſt ſol, & tenebræ ita videntibus omnibus hominibus factæ ſunt hora ſexta per univerſum mundum, quaſi eſſet nox, & ſperulæ ſolis apparebant ad modum falcis, & erat Sol . . . . & videbantur, ac ſi eſſet nox, ſtellæ, & facies hominum vix poterant videri, & nulla nubes erat in cœlo, ſed erat cœlum clarum, Domino Federico Romanorum Imperatore* II. *regnante*. Codex membran. in fol. ſæc. xiii.

Plut. xi. Num. cxxix. *Poſtilla ſuper Evangelia Dominicalia totius anni, excepta Quadrageſima, de novo compilata, edita a* Fr. Franciſco de Abbate (*VVadingo* is eſt *de Abbatibus*) *de Civitate Aſtenſi de Ordine Fratrum Minorum*.

Plut. xii. Num. cxxxvii. Codex membran. in folio minoris formæ ſæculi xiv. In eo primum *ſententiæ Damaſceni* quatuor libris comprehenſæ; tum *Anſelmi Cantuarienſis* Archiepiſcopi opera aliqua, nempe *de veritate; de libertate arbitrii; cur Deus homo? de conceptu Virginali; de concordia præſcientiæ, & prædeſtinationis, ac Gratiæ Dei cum libero arbitrio; Monologion; Proſologion; de proceſſione Spiritus Sancti; ad* Urbanum *Papam de Incarnatione Verbi; de caſu Diaboli;* iterum *Monologion; diſputatio pro inſipiente, & reſponſio Bians* (ſic); *de concordia* iterum ut ſupra; *epiſtola de Azymo ad* Valerianum (al. *VValerannum*) Veimburgenſem (al. *Nevvemburgenſem*) *Epiſcopum; meditatio humanæ redemptionis; de ſimilitudinibus*. Hæc excipiunt *in nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis de Corpore, & Sanguine Domini ſecundum Magiſtrum* Anſelmum *libri duo*. Meminit horum Cl. *Mabillonius Itin. Ital. p.* 161., adfirmatque *non levis futurum* opus *momenti, ſi codex eſſet correctior*. E re itaque litteratorum hominum erit uberiorem operis nondum editi notitiam habere.

Poſt præfationem, incipiunt capitula libri primi numero 22. 1. *quod Deus hominem pro nobis aſſumptum ſuper omnia exaltavit*. 2. *Quod ut tertius in ſimili natura noſtra per gratiam ſperemus & gloriam, nos fratres ejus fecit, & illum, & cum illo nobis omnia donavit*. 3. *Quod ad majorem tantæ gratiæ certitudinem ipſum caput noſtrum Deus, nos membra illius ita conſtituit, ut nos corpus ejus cum ipſo capite dicamur, Chriſtus Sacramento & veritate corporis ſui nos ſibi uniens & incorporans*. 4. *Quid ſit Sacramentum & quot modis incipiatur*. 5. *Quod viſibile Sacramentum panis & vini nuncupative dicatur Chriſti corpus*. 6. *Quod Chriſtus in pane Sacramentali non ita perſonaliter ſit impanatus ut in carne incarnatus* 7. *Quod remanentibus qualitatibus ſuis ſubſtantia panis & vini in verum corpus Chriſti mutetur*. 8. *Quomodo Sacramentum corporis Chriſti a ceteris Sacramentis differat, vel*

conveniat. 9. *Quod potius panis, & vinum in corpus Chriſti mutata novam animam, carnem, vel ſanguinem non generent*. 10. *Quod non de quolibet filio hominis, ſed de ipſo Chriſto intelligendum eſt*: niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. 11. *Quod in Sacramento viſibili ſit ſpirituale & inviſibile corpus Chriſti*. 12. *Quod corpus Chriſti cum in Sacramento ſit ſpiritualiter & inviſibiliter, non tamen minus ſubſtantialiter & vere*. 13. *Quod veritas corporis Chriſti viſibilibus etiam ſignis ſit ſæpius oſtenſa*. 14. *Quod corpus Chriſti cum ſit locale, in cœlo eſt & in terra*. 15. *Quod corpus Chriſti diviſum & a fidelibus ſumptum permanet incorruptum & integrum*. 16. *quod immolatio Chriſti in altare non dicitur, quod iterum occidatur, ſed quod vera ejus immolatio repræſentata ideſt in altari nunc, quod tunc in cruce, operetur*. 17. *Quod dupliciter vel tripliciter dicitur corpus Chriſti*. 18. *Quod inviſibile corpus Chriſti in Sacramento Sacramentum ſit viſibilis corporis Chriſti in humana forma, verum veri, ideſt ejuſdem* (hoc capite impugnatur *Berengarius*). 19. *Quod Sacramentum duobus modis ſignificet vel ſua ex ſe ſimilitudine, vel alter actionis erga ſe*. 20. *Quod in Sacrificio eſt Sacramentum corporale & corpus Chriſti ſpirituale, duæ ſunt etiam ejus comeſtiones, una corporalis, altera ſpiritualis; & boni quidem duabus comeſtionibus ſumunt corpus Chriſti, mali tantum una*. 21. *Quod ſicut non minus a malo nec magis a bono Sacerdote conſecretur veritas Corporis Chriſti, ſic non minus a malo, nec magis a quolibet bono ſumitur, quantum ad ſubſtantiam*. 22. *Quomodo vere & ſalubriter a quolibet ſumi poſſit corpus Chriſti*. Liber ſecundus conſtat 10. capitibus: ecce quibus prænotantur titulis. 1. *Quod Sacramentum corporis Chriſti nullatenus ſolvatur in indigeſtionem, vel aliquam fœdam corruptionem*. 2. *Cur viſibile Sacrificium inviſibili Deo fiat?* 3. *cur Sacrificium non conſtet ſolo Sacramento vel corpore & ſanguine Chriſti ſine Sacramento, vel cur utroque?* 4. *Cur fides tanto tempore exigatur in Sacramento corporis Chriſti?* 5. *Cur magis conſecretur in pane, vino & aqua corpus & ſanguis Chriſti, quam in cæteris corporum Speciebus?* 6. *Cur ſumpto corpore Chriſti non ſtatim etiam in carne vivamus æternaliter, cum ipſum ſit vita æterna?* 7. *Cur temporalibus meritis æterna retributio fiat?* 8. *Cur panis in carnem, & vinum in ſanguinem per ſe conſecrentur?* 9. *Cur corpus Chriſti magis conſecretur in pane candido, quam nigro vel cujuſcumque coloris, cum ſanguis conſecretur in cujuſcumque coloris vino?* 10. *Cur magis conſecretur corpus Chriſti in pane azymo, quam fermentato*. *Explicit liber* Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi *de corpore & ſanguine Domini*. Sequuntur porro S. Bernardi libri aliquot, *de conſideratione* ſcilicet *ad* Eugenium *Papam; de diligendo Deo*; epiſtola *de caritate ad Sanctos Fratres Carthuſienſes; de* XII. *gradibus humilitatis; de timore Dei*, & epiſtola ad *Lugdunenſes Inter Eccleſias Galliæ*, quæ in *Mabilloniana* editione ſeptuageſima quarta eſt ſupra centeſimam. Ne autem lector miretur, poſt librum *de caſu Diaboli* repeti aliqua *Anſelmi* opuſcula, ſciat, duos eſſe codices in unum compactos; primi vero extremum librum eſſe *de caſu Diaboli*.

Plut. eodem XII. Num. CXXXVI. Johannis *Presbyteri Damaſceni, qui Manſur, liber incipit, in quo eſt traditio certa orthodoxæ fidei capitulis diviſa centum, a* Burgundione *Judice cive Piſano de Græco in Latinum Domino* III. Eugenio *beatæ memoriæ Papa translatus, ſeu ſententiæ*. Sequuntur hæc *Anſelmi Cantuarienſis*. I. *Monologion*. II. *Proſologion*. III. *Cur Deus homo?* IV. *de proceſſione Spiritus Sancti*. V. *ad* Valerianum Nuemburgenſem *Epiſcopum de fermentato & azymo epiſtola*. VI. *de voluntate triplici, vel de ſimilitudinibus*. VII. *de conceptione B. Mariæ epiſtola*, cujus initium: *Quo ſalus Mundi*. VIII. Liber (unicus ſatis brevis, atque a ſuperioribus duobus nuper a me recenſis plane alius) *de Corpore Chriſti*: initium hujuſmodi eſt: *Primum quidem quid hoc Sacrificii Corpus appelletis, penitus non adverto, cum ad benedictiones myſticas* &c. IX. *de ſermone figurativo*. X. *ad* Valerianum *de Sacramentis*. XI. *quid ad hoc reſpondeat quidam pro inſipiente*. XII. *reſponſio inſipientis contra reſpondentem*. Extremus liber hujus Codicis

dicis *de Grammatico* inſcribitur, atque ab his verbis inchoatur: *de Grammatico peto, ut me certum facias*. Codex membran. ſæc. XIV.

Plut. eodem XII. Num. CXXXIX. *Ad inclitum Alfonſum Regem Aragonum, & utriuſque Siciliæ*, Georgii Trepezuntii (ſic) *traductio Theſaurorum* Cyrilli *Alexandrini*; item *Chryſoſtomi de providentia Dei*, Ambroſio Monacho (*Camaldulenſi*) interprete. Codex membran. fol. ſæc. XV.

Plut. XIII. Num. CXLIII. *Commentarium Johannis* (Chryſoſtomi) *Epiſcopi Conſtantinopolitani in Matthæum Evangeliſtam ex Græco in Latinum traductum a principio uſque ad* XXVI. *Omeliam ab* Aniano *Viro doctiſſimo*, *a* XXVI. *vero uſque in finem* (nempe ad librum LXXXVII.) *a* Georgio Trapezuntio *Viro doctiſſimo traductum*. Clauditur *Commentarium* hoc epiſtola *Georgii* ad *Franciſcum Barbarum*, qua *Georgius Barbaro* libri ſui exemplum mittit, non vero, uti conjiciebant *Diarii* eruditorum hominum *Florentini* Scriptores, librum ipſum inſcribit. Vide quæ in hanc rem dixiſſe me memini in *hiſtoria litteraria Italiæ T.* VIII. *p.* 189. Codex membran. fol. ſæc. XV. Num. CXLIV. *Commentarium* Johannis Chryſoſtomi *ſuper Evangelium Johannis ex Græco in latinum a Domino* Franciſco *Domini* Mariotti (ſic) Arretino, ſeu homiliæ LXXXVII. *ad Coſmum Medicen Florentinum*. Codex membran. fol. ſæculi XV. Num. CXLV. S. Johannis Chryſoſtomi libri ſex *de dignitate* Sacerdotali: Ejuſdem *Sanctiſſimo Patri* Nicolao V. *de patientia Job Sermones* Lilio *Tifernate* interprete: quam *Lilii Ægidii Libellii Tifernatis* verſionem ignoravit *Dominicus Georgius* in *diſquiſitione de Nicolai* V. *erga litteras*, *& litteratos patrocinio pag.* 192. ubi *Philonis* opuſcula a *Lilio* juſſu *Nicolai* V. latine reddita commemorat. Ejuſdem Chryſoſtomi *de pœnitentia* Sermones *per eumdem ſpectabilem Virum Lilium Tifernatem*. Codex membran. in fol. ſæculi XV. Num. CXLVI. *Commentarium* Johannis Chryſoſtomi *ſuper Matthæum ex Græco in latinum traductum a Burgundio Piſano Viro doctiſſimo*. Codex membran. in 4. ſæc. XIV. In calce operis adſcripta hæc ſunt, quæ Mabillonius indicat: *Domino Papa* Eugenio *tertio præcipiente peccator* Burgundius *judex de Civitate Piſana tranſtulit hunc librum de Græco in Latinum ſermonem Evangelii ſecundum Matthæum Omelias S.* Johannis Chryſoſtomi *expoſitionem eloquentiſſimam diligenti exquiſitione continentem*. *Expletum eſt autem hoc opus, & integre, fideliterque conſummatum anno Dominicæ Incarnationis* MCLI. *Indictione* XV. (immo XIII.) *tertio Kalendas* (Mabillonius legit *in Kalendis*) *Decembris*. Quæ ſequuntur, alia manu notata ſunt. *Iſte* Burgundio *tranſtulit plura opera* Chryſoſtomi; *nam tranſtulit opus iſtud ſuper Matthæum, & ſuper Johannem, & ſuper Geneſim, & opus ſententiarum* Johannis Damaſceni, *& alia plura, ut creditur*.

Plut. XIV. Num. CLIX. & CLX. Codices duo egregii, ac pervetuſti *S. Hieronymi ſuper epiſtolas Paulli* commentaria continentes. Num. CLXII. *Adonis Martyrologium* cum recentioribus quibuſdam additionibus margini adſcriptis. Codex membran. in fol. ſæculi XII. Sequuntur in eodem pluteo codices alii antiqui alia *S. Hieronymi* opera exhibentes, quos inter Codex ſæculo X. ſcriptus *expoſitionem Hieronymi* ſuppeditat *ſuper quatuor Evangelia*.

Plut. XV. Codices extant vetuſti operum *S. Auguſtini*.

Plut. XVI. Num. CLXXXIII. *S. Auguſtini contra Academicos*: Ejuſdem *de ordine rerum*: *prologus Gaufridi* (aliis Galfredi) *Monimulenſis* (Monemuthenſis) *ad Robertum Comitem Claudiocedie* (Claudioceſtriæ, ſeu Golceſtriæ) *in hiſtoriam de Regibus majoris Britanniæ, quæ nunc* Anglia *dicitur*; *quam hiſtoriam idem* Gaufridus *nuper tranſtulit de Britannico in Latinum*. Codex membran. in 4. ſæculi XIII. aut XIV. in fine mutilus. Num. CLXXXVI. Codex membran. ſæculi IX., in quo *Confeſſiones S. Auguſtini*; præterea Romanorum Pontificum Catalogus, quem poſt recenſitos alios hujus Plutei codices edemus. Num. CLXXXVIII. *Retractationes* S. Auguſtini. *Indicium librorum omnium* S. Auguſtini *collectum a* Poſſidio *Epiſcopo*. *Indiculus librorum* S. Hieronymi. *De operibus* Bedæ *Venerabilis Presbyteri*.

vi. *Genealogia Sanctæ Dei Genetricis Mariæ* . *Omelia Domni* Anſelmi *Cantuarienſis Archiepiſcopi in illud Lucæ* = intravit Jeſus in quoddam Caſtellum = Codex ſæculi xii. in 8. Num. clxxxix. Auguſtini *ſuper epiſtolam Johannis ſermones* (x.) *ideſt tractatus*. S. Ambroſii *apologia David*: ejuſdem *de initiandis*; item *de Sacramentis libri ſex*. Codex membran. ſæculi x. in 4. Recentior manus in fine B. *Brandani* orationem adſcripſit : *Deus*, *qui* B. *Brandano confeſſori tuo mirabili potentia expellendi venenum gratiam contuliſti* &c.

Pontificum Romanorum
Catalogus
ſæculo ix. *deſcriptus*
ex Codice clxxxvi. *plutei* xvi. *Bibliothecæ S. Crucis*.

Editoris Monitum.

Catalogum, quem ſupra promiſeram, Romanorum Pontificum heic exhibeo, in numeris quidem non ſemel vitiatum, ſed utilem tamen Pontificiæ Chronologiæ ſtudioſis. Eum cum ſuis mendis, & variis aliorum lectionibus, ut in illo ſunt, inſcriptis edo. Quæ vel ad illum emendandum, vel ad alios ejuſmodi catalogos ex eo corrigendos dici poſſent, non hujus ſunt loci. Tute ipſe erudite lector hæc facile conijcies.

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
XPC	XXXIII.					
Petrus ante epiſcopat.	IIII.	XXXVI.				
Petrus epc	VII.	XLIIII.				
Petrus pp	XXV.	LXIX.	III.		VIII.	
Linus	XI.	LXXX.	III.	VI.	ȳ xii. XL.	XVIII.
Cletus	XII.	XCII.	I.	VII.	ȳ xi. X.	XXVIII.
Ceſſavit					XX.	XLVIII.
Clemens	VIIII.	CI.	II.	IX.	X.	LIX.
Ceſſavit					XXII.	LXXXI.
Anacletus	IX.	CX.	X.	ā i. m̄. vii. XIX.	VII.	LXXX.
Ceſſavit					XIII.	CI.
Evariſtus	IX.	CXIX.	VI.	ā iii. m̄ i. XIII.	II.	CIII.
Ceſſavit					XVIIII.	CXXIII.
Alexander	X.	CXXIX.	VII.	VIII.	II.	CXXIV.
Ceſſavit					XXXV.	CLIX.
Xiſtus	X.	CXXXIX.	II.	X.	I.	CLX.
Ceſſavit			II.	ā iii. XII.	ȳ II.	
Theleſporus	XI.	CL.	III.		VIII.	CLXVIII.
Ceſſavit					ȳ iiii. VII.	CLXXV.
Vigilius	IIII.	CLIV.	III.	VI.	IV.	CLXXIX.
Ceſſavit					ȳ xxiii. XVII.	CLXXXVI.
Pius	X.	CLXIV.	III.	IX.	XXII.	XXVII.
Ceſſavit					XIV.	XXXXI.
Anicetus	XI.	CLXXV.	IIII.	ā iii. m̄ i. XIII.	III.	CCXXXIV.

Ceſ-

Digitized by Google

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Ceſſavit					XVII.	CCLI.
Sother	IX.	CLXXXIV.	V.	VI.	XXX.	CCXXXI.
Ceſſavit					XXII.	CCCIII.
Eleuther	XV.	CXCIX.	III.	IX.	[Y v.] II.	CCCV.
Ceſſavit					[Y v.] XVI.	CCCXXI.
Victor	X.	CCIX.	II.	XI.	X.	CCCXXXI.
Ceſſavit					XII.	CCCXLIII.
Zepherinus	VIII.	CCXVII.	VI.	[a v. m. v.] XVII.		
Ceſſavit					[Y vi.] VII.	CCCLI.
Caliſtus	VI.	CCXXIII.	II.	V.		
Ceſſavit					[Y vi.] VII.	CCCLVIII.
Urbanus	IV.	CCXXVII.	X.	[a vi. m. v.] XV.		
Ceſſavit					XXX.	[a i. d. xxii.] CCCLXXXVII.
Pontianus	V.	CCXXXII.	V.	X.		
Ceſſavit					X.	XXXII.
Antherus	XII.	CCXLIV.	I.	XI.	XIII.	XLV.
Ceſſavit						
Fabianus	XIII.	CCLVII.	I.	[m vii.] XII.		
Ceſſavit					VII.	LII.
Cornelius	II.	CCLIX.	II.			
Ceſſavit					XXXV.	LXXXVII.
Lucianus	III.	CCLXII.	I.I.	V.		
Ceſſavit					XXXV.	CXXII.
Stephanus	III.	CCLXV.	V.	X.		
Ceſſavit					XXII.	CXLIV.
Xiſtus	I.	CCLXXV.	X.	[a vii. m. vii.] XX.		
Ceſſavit	II.	CCLXVIII.			Y XXV.	CLXIX.
Dioniſius	II.	CCLXX.	II.	X.		
Ceſſavit					V.	CLXXIV.
Felix	II.	CCLXXII.	III.	[a ix. m. i.] XIII.		
Ceſſavit					XXV.	CXCIX.
Euticianus	I.	CCLXXIII.	I.	II.		
Ceſſavit					VIII.	CCVII.
Gajus	XI.	CCLXXXIV.	IIII.	Y III.		
Ceſſavit					XI.	CCXVIII.
Marcellinus	VIII.	CCXCII.	IV.	X.		
Ceſſavit	[Y vii.] VI.	CCXCVIII.	[Y vii.] VI.	XVII.	[a x. m. v.] XXV.	CCXLIII.
Marcellus	V.	CCCIII.	VII.	[a. xi.] XII.		
Ceſſavit					XX.	CCLIII.
Euſebius	II.	CCCV.	I.			

Ceſ-

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Ceſſavit					Y vii. XXVII.	CCXC.
Melchiades	III.	CCCVIII.	VII.	VIII.		
Ceſſavit					Y xvi. XVIII.	CCCVIII.
Silveſter	XXIII.	CCCXXXI.	X.	ā xii. m̄. vi. XVIII.		
Ceſſavit					XVI.	CCCXXIV.
Marcus	II.	CCCXXXIII.	XVIII.	ā xiii. m̄. ii. XIII.		
Ceſſavit					XX.	CCCXLIV.
Julius	XI.	CCCL.	X.	ā. xiv. XII.		
Ceſſavit					XXV.	CCCLXIX.
Liberius (ſic)	VI.	CCCL.	VII.			XI. (ſic)
Felix	I.	CCCLI.	III.	X.		
Ceſſavit					XXXVIII.	XLIX.
Damaſus	XVIII.	CCCLXIX.	III.	ā xv. m̄. i. XIII.		
Ceſſavit					Y xvi. XXXI.	LX$_X$X.
Siricius	XV.	CCCLXXXIV.	XI.	a xvi. XII.		
Ceſſavit					XX.	C.
Anaſtaſius	II.	CCCLXXXVI.				
Ceſſavit					XXI.	CXXI.
Innocentius	XII.	CDXCVIII.	II.			
Ceſſavit					XXII.	CXLIII.
Zoſimus	I.	CDXCIX.	III.	V.		
Ceſſavit					X.	CLIII.
Bonifatius	III.	CDII.	VIII.	ā xvii. m̄. i. XIII.	XII.	CLXV.
Ceſſavit					VIII.	CLXXIII.
Celeſtinus	VIII.	CDX.	X.	XI.	VIII.	CLXXXI.
Ceſſavit					Y xx. XXI.	CCI.
Xiſtus	VIII.	CDXVIII.			XIX.	CCXXI.
Ceſſavit					XXII.	CCXLIII.
Leo	XI.	CDXXIX.	I.	anni xxviii. XII.	XII.	CCLVI.
Ceſſavit					VII.	CCLXIII.
Ylarius	VI.	CDXXXV.	III.		X.	CCLXIII.
Ceſſavit					VI.	CCLXXIX.
Simplicius	XV.	CDL.			VII.	CCLXXXVI.
Ceſſavit					Y vi. VII.	CCXCIII.
Felix	VII.	CDLVII.	XI.	ā xix. m̄. ii. XIV.	XIX.	CCCXII.
Ceſſavit					Y v. VI.	CCCXVIII.
Gelaſius	IV.	CDLXI.	VII.	IX.	VIII.	CCCXXVI.
Ceſſavit					VII.	CCCXXXIII.

Ana-

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Anaſtaſius	I.	CDLXII.	XI.	a xxvii. m. XVIIII.	XIV.	CCCLVII.
Ceſſavit					IV.	CCCLXI.
Symachus	XV.	CDLXXVII.	VII.	a xxi. m. i. XIII.	XXIX.	a iii d. xxv. CCCXC.
Ceſſavit					VII.	XXXII.
Hormiſda	X.	CDLXXXVII.			XVII.	XLIX.
Ceſlavit					VII.	LVI.
Johs	II.	CDLXXXIX.	IX.	X.	XVII.	LXXIII.
Ceſſavit					LVIII.	CXXXI.
Felix	IV.	CDXCIII.	II.	a xxii. XII.	XIII.	CXLIV.
Ceſſavit			Y II.		Y v. III.	CXLVII.
Bonefatius	II.	CDXCV.			XVII.	CLXIV.
Ceſſavit			II.		XV.	CLXXIX. CLXXXIX.
Johs	II.	CDXCVII.	IV.	VI.	VII.	CXCV.
Ceſſavit					VI.	CCXIII.
Agapitus	I.	CDXCVIII.	XI.	a xxiii. m. v. XVII.	XIX.	CCXXIX.
Ceſſavit			I.	VI.	a Y xxxxvii. XXV.	CCL.
Silverius		X.	V.	XI.	XI.	CCLI.
Ceſſavit					XXV.	CCL XXVI.
Vigilius	VI.	DIIII.	VI.	a xxiii. m. v. XVII.	V.	CCLXXXI.
Ceſſavit	Y III.		I.		XIX.	CCC.
Pelagius	IV.	DVIII.	X.	a xxv. m. iii. XV.	(ſic) XX. Y XXI.	CCC.
Ceſſavit			Y iv. III.	VI.		
Johs	XII.	DXX.	XI.	a xxvii. m. ii. XV.	III.	CCCXXIII.
Ceſſavit			X.	IV.	XXVII.	CCCL.
Benedictus	IV.	DXXIV.	I.	VIII.	X.	CCCLX.
Ceſſavit			III.	IX.	X.	a iv. d. v. CCCLXX.
Pelagius	X.	DXXXIV.	II.	a xxviii. m. iii. XV.	XXV.	XXX.
Ceſſavit			VI.	IX.	XI.	XLI.
Gregorius dialogus (ſic)	XIII.	DXLVII.	VI.	XV.	XVIII.	LIX.
Ceſſavit			Y v. VI.	IX.	Y viii. IX.	LXVIII.
Savianus	I.	DXLVIII.	V.	a xxx. m. vii. XIX.	XVI.	LXXXIV.
Ceſſavit			XI.	a xxxi. m. i. XV.	Y xix. XXII.	CVI.
Bonefatius			VIII.	a xxxii. m. ii. XIII.	Y vii. VI.	CXII.

Ceſ-

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Ceſſavit			X.	IX.	XIII.	CXXV.
Deusdedit	III.	DLVII.				CLIX.
Ceſſavit					XIIII.	
					Y XX.	
Bonefatius	VI.	DLIV.	VIII.		XVI.	
Ceſſavit					XVII.	CLXXXIX.
Honorius	XII.	DLXXIII.			IV.	CCVII.
			Y VII.	a XXXII. m. III.		
Ceſſavit	I.	DLXXV.	VI.	XV.	XXIV.	CCX.
Severinus	II.	DLXXVII.	II.	V.	XIII.	CCXXIII.
Ceſſavit			IV.	IX.	VI.	CCXLVII.
Bonefatius	V.	DLXXXII.			XVIII.	CCLIII.
				a XXXIV. m. III.		
Ceſſavit			VI.	XV.	XIII.	CCLXXI.
				a XXV.		
Johs	I.	DLXXXIV.	IX.	XII.	XIX.	CCLXXIV.
Ceſſavit			I.			CCCIII.
Theodorus	VI.	DLXXXIX.	V.	VI.		
						a v. d. XVII.
Ceſſavit					LII.	CCCLXXXII.
Martinus	VI.	DXCV.	I.	VII.	XXVII.	
Ceſſavit						XLI.
				a XXXVI.		
Eugenius	II.	DXCVII.	VIIII.	XVI.	XXIV.	LXX.
					Y XXVII.	
Ceſſavit			I.	V.	XXIX.	LXXXVIII.
Vitellianus	XII.	DCIX.	V.	XII.		XCIII.
				a XXXVII. m. I.	Y XIII.	
Ceſſavit			II.	XIII.	XVIII.	CVIII.
Deodatus	IV.	DCXIII.	II.	II.	V.	CXVIII.
Ceſſavit			IV.	VII.	XV.	CXXXIII.
				a XXXVIII. m. I.		
Domnus	I.	DCXIV.	VI.	XIII.	X.	CXLVI.
Ceſſavit			II.	III.	XV.	CLI.
						(ſic)
Agatho	II.	DCXVI.	VI.	IX.	IV.	CLIVIII.
				a XXXIX.		
Ceſſavit	I.	DCXVII.	VII.	XVI.	V.	CLXXXIX.
				a XL. m. II.		
Leo			X.	XIV.	XVII.	CCI.
			Y IX.	a XLI.	Y XXII.	
Ceſſavit			XI.	XII.	XXI.	CCXVI.
Benedictus			X.		XXII.	CCXV.
				a XLII.	Y XXV.	
Ceſſavit			II.	XII.	XV.	CCXLIII.
Johs	I.	DCXVIII.			IX.	
					Y XVII.	
Ceſſavit			II.		XVIII.	CCLVII.
			Y X.	a XLIII.		
Conon			XI.	XII.		CCLXXX.
					Y XXXIII.	
Ceſſavit			II.		XIV.	CCCXXX.

Ser-

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Sergius	XIII.	DCXXXI.	VIII.	X.	[Y xiii.] XXIIII.	CCCXLII.
Ceſſavit					L.	CCCLX.
Johs		DCXXXIV.	II.	[a xliv.] XII.	XII.	CCCLXXXII.
Ceſſavit			I.		XVIII.	
Johs	II.	DCXXXVI.	VII.	VIII.	[Y xxviii.] XXII.	XLII.
Ceſſavit			[Y iii.] IV.	[a xliv.] XII.		LX.
Siſinnius					[Y x.] XXV.	LXXV.
Ceſſavit			I.		XVIII.	CXV.
Conſtantinus	VII.	DCXLIII.			XV.	CXXXIX.
Ceſſavit					[Y xxx.] XL.	CLXIV.
Gregorius	XV.	CLIIII. (ſic)	VIII.	IX.	XXIV.	CLXXXVIII.
Ceſſavit					XXV.	
Gregorius	X.	DCLXVIII.	VIII.	XVII.	XXIV.	CCII.
Ceſſavit (ſic)						
Zacharias	X.	DCLXXVIII.	[Y ii.] III.	VIII.	XIV.	
Ceſſavit (ſic)						
Stephanus	V.	DCLXXXIII.			[Y xxiii.] XXXIXI.	CCXLI.
Ceſſavit					XXXI.	CCLXXVI.
Paulus	X.	DCXCIII.	I.	IX.		
Ceſſavit	I.	DCXCIV.	I.	X.		
Stephanus	III.	DCXCVII.	V.	[a xlvii. m. iii.] XV.	XXVII.	CCCIII.
Ceſſavit					VII.	CCCX.
Adrianus	XXII.	DCCXX.	[Y v.] X.	[a xlviii. m. i.] XIII.	XVII.	CCCXXVII.
Ceſſavit (ſic)						
Leo	XX.	DCCXL.	V.	VI.	[Y x.] XVII.	CCCXLIII.
Ceſſavit					X.	CCCLIV.
Stephanus	VI.	DCCXLVI.				
Ceſſavit					II.	
Paſchil (ſic)	VII.	DCCLIII.			[Y xii.] XVII.	[a vii. d viii.] CCCLXXIII.
Ceſſavit					IV.	XII.
Eugenius	III.	DCCLV.				
Ceſſavit (ſic)						
Valentinus	XI.	DCCLXVII.	I.	VII.		
Ceſſavit (ſic)						
Gregorius	XVI.	DCCLXXI.				
Ceſſavit					XV.	XXVII.
[Y Pelagius] Sergius	III.	DCCLXXXVI.				
Ceſſavit (ſic)						
Leo	VIII.	DCCXCIV.	III.	X.	[Y v.] VI.	XXXIII.

Sedit	Annos		Menſes		Dies	
Ceſſavit			II.	a xlix. XII.	XV.	XLVIII.
Benedictus	II.	DCCXCVI.	VI.		Y ix. VI.	LIV.
Ceſſavit					XV.	LXIX.
Paulus	X.	DCCCVI.	I.	VI.		
Ceſſavit			I.	a l. VI.	I.	LXII.
Stephanus	III.	DCCCIX.	V.	XII.	XXV.	XCV.
Ceſſavit					VII.	CIII.
Nicolaus	IX.	DCCCXVIII.	VI.			
Ceſſavit			VII.	a lv m. i. XIII.	XIX.	CXXII.
Adrianus	IV.	DCCCXXII.	XI.	Y x. XII.	Y x. XII.	CXXXIV.
e Johs (ſic)	X.	DCCCXXXIII.				
Martinus	I.	DCCCXXXIII.				
Adrianus	I.	DCCCXXXIII.	III.	VI.		
Stephanus	VII.	DCCCXL.			XIV.	CXLVIII.
Formoſus	IV.	DCCCXLIV.	VII.	a lxii. m. i. XIII.	Y xiii. XVIII.	CLXVI.
Bonefatius	XII.	DCCCLVI.				

III. Jamvero alios pluteos excutiamus. Plut. xvii. Num. excix. *Hieronymi* explanationes in *Zachariam* Prophetam, quas antecedit libellus *de menſuris, ac ponderibus*. Codex membran. in 8. ſæc. ſaltem x.

Plut. xviii. Num. ccv. Codex membran. in fol. ſæculi xi. Homilias continet *S. Gregorii in Evangelia* cum adjecto in calce necrologio, quod ultra Septembrem menſem haudquaquam progreditur. Pauca hæc ex eo decerpſi.

JANUARIUS.

VI. Idus. *Obiit* Petrus *Epiſcopus S. Mariæ de C.*

FEBRUARIUS.

XVI. Kal. Martii: *migravit* Remberto *Levita*.
XV. : *in pace obiit* Lopulus, *qui* Dominicus *nomen habebat*.
XIV. : *obiit* Adaleita *in pace*. *Obiit* Guido *Presbytero de Congregatione iſta in pace*.
XII. : Berta *Abb. S. Felicitæ obiit*, & Ugulino *Comes in pace*.

MARTIUS.

IV. Idus *Migravit* Ruſticus *Abbas Vallis Umbroſæ*.
XIV. Kal. Apr. *Obiit* Johannes *Abbas de Cuneo*.
VIII. *Obiit* Placidius *Monachus frater* Petri *Epiſcopi*.
IV. Berta *obiit*.

APRILIS.

VIII. Idus. *Domina Venerabilis* Berta *Abbatiſſa de Campilia obiit in pace*.
VI. *Obiit* Bulgarius *Comes*.
XVII. Kal. Majas. *Obiit* Geraldo *Abbas S. Salvatoris Serlatenſis Cœnobii*.
VIII. *Obiit* Blancardus *Archidiaconus Lucenſis Eccleſiæ*.

MAJUS.

III. Nonas *Obiit* Umbertus *Archiepiſcopus, & Monachus de S. Rufina*.
VI. Idus *Obiit Domnus* Andreas *Abbas Strumenſis*.
Idus *Obiit* Lambertus *Epiſcopus*.

JU-

JUNIUS.

III. Nonas — *Obiit* Sifredus *Preſbyter de Monaſterio S. Dalmatii.*

JULIUS.

VI. Idus — *Domnus* Rolandus *Prior, & Epiſcopus Portuenſis obiit in pace.*
V. — *Obiit* Guido *Archipresbyter Vulterranenſis Eccleſiæ.*
IV. — *Obiit Domnus* Johannes *Abbas Vallis Imbroſæ.*
XIII. Kal. Aug. — NICOLAUS *Papa* (ſcilicet II.) *obiit, qui fuit Epiſcopus Florentinæ Eccleſiæ.*

AUGUSTUS.

VIII. Idus. — Beatrix *Abbatiſſa in pace obiit.*

SEPTEMBER.

IV. Nonas — *Obiit* Rembertus *in pace.*

Plut. eodem XVIII. Num. CCVII. *Omiliæ* Gregorii *Papæ Urbis Rome in Evangelio Omelias majores* (ſic). Codex membran. in fol. ſæc. X.

Plut. XIX. Num. CCXII. *Vita S. Gregorii Magni* ab *Johanne Diacono* ſcripta. Codex membran. in fol. ſæculi X.

Plut. XX. Num. CCXXXIV. Concilium Aquiſgranenſe anni DCCCXVI. Sequitur ordo *ad recipiendos fideles fratres mortuos. Incipit* deinde *liber ſententiarum* S. Auguſtini *Epiſcopi contra* LXXVI. *hæreſes*, cujus initium: *credimus unum Deum eſſe*. Adcedunt ad hæc orationes aliquæ *pro exeuntibus de coquina*, & hujuſmodi aliæ ad uſum Congregationis cujuſpiam. Codex membr. in 4. ſæculi XI.

Plut. XXI. Num. CCXXXVI. *Inſtituta Nili Monachi de octo vitiis generalibus*; ſequuntur *Collationes Sanctorum Patrum*. Codex in fol. membran. ſæculi XIV. Num. CCXXXVII. *Regulæ Monachorum Ægyptiorum a* Johanne Caſſiano *Maſſilienſi Presbytero conſcriptæ, quas* Eucherius *Lugdunenſis Epiſcopus breviori conſcripſit ſermone*. XII. libris conſtant. Adcedunt *collationes decem, & inſtitutio* Nili *Monachi*. Codex membran. in fol. ſæculi item XIV.

Plut. XXII. *Liber* (Gezonis Abbatis judice *Mabillonio Itin. Ital. pag.* 162.) *de Corporis, & Sanguinis Domini Sacramento* ex dictis *Cypriani, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, Gregorii, Hieronymi, Johannis*, nempe *Chryſoſtomi, Iſidori* &c. Primum caput inſcribitur: *quod humana infirmitas non facile debeat divina diſcurrere, ex libro* B. Hilarii *Epiſcopi de Trinitate*. Caput XV. prænotatur *de libello* Paſchaſii Ratberti *ad* Placidum *diſcipulum*; ubi in margine recentior manus adſcripſit: *hic incipit liber Paſchaſii*. Porro LXXII. capitibus liber conſtat. Sequitur *liber de vita Chriſtiana*. Opus eſt peregregium *Bonizonis Epiſcopi*, quod in *Brixienſi* codice inſcribitur *de* SS. PP. *authenticis Canonibus ad Gregorium Presbyterum*. Quatuor libris in hoc codice opus abſolvitur. Primus explicat *quid ante ſit docendus omnis, quam baptizandus*. De Epiſcopis agit liber ſecundus, cujus ab his verbis initium: *Quod* (lege *quid*) *ante ſit docendus omnis, quam baptizandus, & quid ſit baptiſmus, & quot modis fiat, & a quo ſumpſit exordium, & quando, & quomodo fieri debeat, ſuperiori libro breviter prout potuimus, enarravimus* &c. Sequitur liber tertius, in quo de Archiepiſcopis, Metropolitanis &c. diſputatur. Differit liber quartus *de excellentia Romanæ Eccleſiæ, & de privilegiis ad ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum pertinentibus, & de Conſtitutionibus ejuſdem*. Heic autem geſta enarrantur Romanorum Pontificum a *S. Petro*, in cujus elogio hæc reperio, in quæ, velim, mentem intendat *Nicolaus Sormanius*, nuperus ille adventus *S. Barnabæ Mediolanum* defenſor: *dein ſucceſſore ſibi in Antiochena ſede ordinato Romanam Eccleſiam glorioſo ſuo decoravit Epiſcopatu .... Quamobrem errant Mediolanenſes, qui a faſtu ſuperbiæ inflati ſuam dicunt Eccleſiam non a Petro, nec a ſuis ſucceſſoribus, ſed a Barnaba ſumpſiſſe exordium; nulla enim littera, nullave Hiſtoria commemorat, eum umquam maria tranſiiſſe, ſed poſt ſeparationem a Paullo factam pro Johanne, qui dicebatur Marcus, cum eodem Cyprum delatum* &c. Extremus autem Pontifex, quem indicet *Bonizo*, *Urbanus* eſt *ſecundus*, de quo

ait: *Urbani vero Pontificis acta , & de ejus victoria ſiquis ſcire voluerit , legat librum , quem ſcripſi in Ugonem Schiſmaticum , & ibi inveniet ad plenum dilucidata quæ voluerit* . Pontificum vero Romanorum geſtis deſcriptis agit Auctor *de privilegiis ad Romanum Pontificem pertinentibus* . Codex membran. in 4. ſæculi XII. Hunc conſulere poterit Cl. *Trombellius* , quem de *Bonizone* edendo cogitare ſcio . Interea conſer *Manſium* in notis ad *Fabricii Bibliothecam mediæ & infimæ latinitatis T. 1. pag. 261. ſeqq.*

Eſt in eodem pluteo Codex , cujus numerus in meis ſchedis atramento plane deletus eſt. Quod in eo primum occurrit, *epiſtola* eſt *Papæ Lucii* (III. ſcilicet) *conſolatoria de obitu Magiſtri Ugonis ad Fratrem Leonem* , *data Velletri* (quo *Lucius* a. 1182. fuerat profectus) *ſeptimo Idus Decembris* . Sequitur hanc notatio iſta: *liber hic Maiſtri* (ſic) *Ugonis de Spiritu Sancti proceſſione contra Græcos editus eſt Conſtantinopoli Græce, & Latine , quorum alter datus eſt Græcis ad infirmationem ſui dogmatis , alter vero datus eſt Latinis ad irrefragabilem ſuæ orthodoxæ fidei defenſionem ; ſed & uterque , Latinus videlicet & Græcus , miſſus eſt Romam ad Papam Alexandrum* (III.) *& uterque miſſus eſt Antiochiam ad Patriarcham Aimericum , ſicut epiſtolæ in calce voluminis hujus adſcriptæ* (& a *Martenio* editæ T. I. *anecdotorum*) *oſtendunt* . Poſt hæc liber exſtat *Ugonis Etheriani de ſancto , & immortali Deo*; tum alia , ut videtur , manu , *compendioſa expoſitio in libro de Spiritu Sancto Maiſtri Ugonis* . Accedit *commonitorium* S. Auguſtini *Epiſcopi ad Fortunatianum* , & *excerptum ex Moralibus B. Gregorii Papæ* .

Plut. eodem XXII. Num. CCLIV. *Domni* Goffridi *Vindocinenſis Abbatis* opera , nempe I. *Tractatus de Corpore , & Sanguine Domini* . II. *Tractatus de ordinatione Epiſcoporum, & de inveſtitura Laicorum* . III. *Tractatus de tabernaculo Domini ad Hamelinum Priorem Credonenſem , & Andream Priorem Andegavenſem* . IV. *Invectio contra Sacerdotem peccantem , ut pœniteat , & Sacerdotis pœnitentis conſolatio , ubi ſe ipſum accuſat , & ne in cura paſtorali excedat modum diſcretionis , pium Jeſum exorat* . V. Sermones ſeptem , quorum tres *de nativitate Domini* , unus *de feſtivitate S. Mariæ Virginis* , Oratio *ad Matrem Domini* , *de feſtivitate B. Mariæ Magdalenæ* , & alius *de feſtivitate B. Benedicti* . VI. Epiſtolæ . Codex membran. in 4. ſæculi X. Num. CCLVII. Sermones *Innocentii* III. Papæ . Codex membran. in 4. ſæculi XIII. Num. CCLVIII. Sermones , & epiſtolæ *S. Leonis* Papæ . Codex membran. in 4. ſæculi XIII. aut XIV. Num. CCLIX. *Anicii Manlii Severini Boetii* V. C. & *Il. Excons. Ordin. Patricii de S. Trinitate* liber commentariis , & adnotationibus pervetuſtis illuſtratus. Codex membr. in 4. ſæculi X.

Plut. XXIII. Num. CCLXXIII. *Poſtilla ſuper epiſtolam ad Romanos edita a Fr.* Alexandro (de Ales) *Sacræ Theologiæ Doctore , & Generali Commiſſario Ordinis Fratrum Minorum* . Codex membr. ſæc. XIV. in 4. In ejus calce adſcripta hæc ſunt. *Anno Domini* MCCCXLII. *Dominus* Gualterius de Francia *Comes Præneſtinus Dux Athenarum in menſe Aguſti* (ſic) *decapitari fecit Dominum* Johannem Bernardum de Medicis , & Guilielmum de Altovitis *populares* , *quorum prior exiſtens Lucæ dominus pro Communi Florentiæ fecit fugere Dominum* Tarlatum de Petramala , *propter quam fugam Piſani acceperunt Civitatem Lucanam , quam obſidebant , in octava Apoſtolorum Petri , & Pauli anno prædicto ; alius exiſtens dominus Aretii pro Communi Florentiæ mentita cauſa ad ſubiextionem Guelforum Aretii pecunia mediante cepit Dominos* Petrum , & Rodulfum de Petramala *cum tribus eorum filiis , & captos miſit Florentiam, & depredatus eſt bona ipſorum . Propter quæ dictus Dominus Dux fecit eis capita amputari Florentiæ , exiſtens Capitaneus guerre , & cuſtodie civitatis Florentiæ , & omnium ad eum* (ſic) *pertinentium* .

Plut. XXVI. Num. CCCI. *Legenda B. Humilianæ de domo Circulorum , quam legendam Frater* Vitus de Cortonio *dictavit : qui fuit receptus a B. Franciſco , & fuit Miniſter in Provincia Romaniæ* . Ejuſdem *miracula . Vita B. Johannis de mon-*

te

Digitized by Google

te Alverniæ . Legenda S. Eliſabeth illuſtris Regis Hungariæ filiæ . Præterea Vitæ aliquot Italice ſcriptæ . Codex membran. in 4. ſæculi XIII.

IV. Hactenus Codices aliquot, niſi fallor, in ea omnes collocati Bibliothecæ parte, quæ ſpectat Eccleſiam. Unum nunc aut alterum addam ex iis, qui clauſtrum verſus in pluteis exſtant. Ac digna quæ notetur, ob Amanuenſis celebritatem *Dantis* comœdia eſt in chartaceo codice DCLXXXV. plut. XXV. deſcripta a *Philippo Villanio*, ut quam adſcribo, docet notatio in codicis calce: *Queſto Dante fu ad uſo di Frate* Tedaldo della Caſa , *& vivendo l' aſſegnò all' armario del Convento di Sancta ✠ di Firenze dell' Ordine di Sancto Franceſco a perpetuo uſo , ſcritto per mano di Meſſer* Philippo Villani *negli anni di Criſto* MCCCXLIII. Huic Codici proximus eſt in eodem pluteo membranaceus alius , cujus hæc extrema ſunt verba . *Explicit commentus Comœdiæ* Dantis de Aligeriis *de Florentia compoſitus per Magiſtrum* Benvenutum de Imola ; *qui Dantus* (ſic) *compilavit ſuam comœdiam ſub anno Dominicæ Incarnationis* MCCC. *anno de menſe Marcii Sole in ariete , & Luna nova in libra . Qui vixit diebus 22506. ex quibus diebus poſſunt notari anni* LXI. *& menſes* VII. *& dies* XIII., *intus computato die mortis . Item poteſt notari , quod ejus Nativitas fuit* MCCLX. *die Kalendis Februarii , & finaliter deceſſit in Civitate Ravennæ anno Dominicæ Incarnationis* MCCCXXI *in die Sanctæ Crucis de menſe Septembris : cujus anima per Dei miſericordiam in pace quieſcat ; & ſepultus fuit in cemiterio Fratrum Minorum ejuſdem Civitatis , in cujus tumulo ad ejus perpetuam memoriam hæc carmina ſunt deſcripta* . Inclita fama &c. *Et nota , quod hunc librum fecit ſcribi* Nicolaus de Retio *in Civitate* ꝑgi (forte *Pergami* , ſeu *Bergomi*) MCCCLXII. *Indictione quintadecima . Deo Gratias . Amen* . Multa addidiſſe ſuis deinde commentariis videtur *Benvenutus* , nam in *excerptis Muratorianis T. 1. Antiq. Italic. col.* 1070. annum video commemorari MCCCLXXXIX.

V. Hactenus de Bibliotheca *S. Crucis* . Kalendis Auguſtis cum doctiſſimis, atque amiciſſimis viris *D. Fideli Soldanio Vallumbroſano* Monacho , atque *Octaviano* Abbate *Bonaccurſio* ad *Ripolenſe Vallumbroſanorum* Cœnobium excurri , ubi a Reverendiſſimo Vallumbroſanæ Congregationis Abbate humaniſſime excepti fuimus , lautoque prandio donati . Pomeridianis horis in Archivum aditus patuit . Reperi ibi *Aurelii* Epiſcopi *Martoranenſis* orationem *in funere Laurentii Medice* Neapoli habitam , ubi hæc de *Thaddæo* narrat *Florentino* Philoſopho, & Medico in Academia *Bononienſi : Thaddæus ob raram in medicis experientiam velut alter Æſculapius* L. *aureos diurnam mercedem paciſci ſolitus , ab Honorio Pontifice ægrotante centenos in diem , & hoc amplius , reſtituta illi valitudine decem millia dono conſecutus eſt* . Vide *Manſium* in *Fabricii* Bibliothecam *mediæ & infimæ Latinitatis T.* VI. *pag.* 221. Alius ibidem exſtat libellus inſcriptus: *Fœnix Domini* Petri Ravennatis *Memorie Magiſtri . . . . Artificioſa memoria Clariſſimi* I. V. *Doctoris , & Militis Domini* Petri Ravennati (ſic) *Jura Canonica ordinarie de ſero legentis in celeberrimo Gymnaſio Patavino in hoc libello continetur ; & cum una ſit Fœnix , & unus ſit iſte libellus , libello placet , Phœnicis nomen imponatis* . Initio libelli litteræ aliquot Principum leguntur in Petri commendationem . Has inter epiſtola eſt , quam *Priores , & Vexillifer Juſtitiæ Populi , & Communis Civitatis Piſtorii* ſcripſere XII. Septembris a. MCCCCLXXX. *præſtantiſſimo* I. V. *Doctori , & Clariſſimo Equiti Domino Petri de Tomaſiis Ravennati* . Donant illum his litteris Piſtorienſi Civitate. *Itaque* , inquiunt, *in futurum ſis noſter Civis Piſtorienſis , ac pro Piſtorienſe Cive , ut præfertur , habearis , & reputeris* . Chartas quoque veteres non paucas evolvi . Ad Monaſterium *S. Salvii* , quod *Florentiæ* olim habebant *Vallumbroſani* Monachi , ſpectant nonnullæ . Ut duas , treſve indicem , *Petrus , & Gerardus fratres filii bone memorie Johannis Guarda civitatis Florentiæ . . . diſconimus* , inquiunt in confecto ea de re inſtrumento, *ut Eccleſia , & Oratorium Beati Sancti Salvii in loco Carrari poſitum competit exinde nobis , ſicut modo altaria ſunt edificata integra ; de hoc autem quod reliquum fuerit de Eccleſia , competit nobis de* me-

medietate . . . concedimus . . . ut deinceps ſiat monaſterio ſecundum Ordinem S. Benedicti &c. *Actum in loco Carrari juxta eandem Eccleſiam in territorio Florentino anno Dominice Incarnationis* XLVIII. *poſt mille , & anno ſecundo Imperii Donni Henrici gratia Dei Imperatoris Auguſti VII Kal. Aprilis Indictione* I. Eodem anno XVI. Kal. Maii *Rollandus , qui & Moro vocatur , filius* b. m. *Teuzi* prædia aliquot largitus fuit Eccleſiæ, & Oratorio S. Salvii, *quod eſt in loco, cui paratinula nomen eſt infra plebem S. Reparate Civitatis Florentie amodo & deinceps fiat monaſterio ad Monachorum* (ſic) *Ordine Sancti Benedicti ;* quæ verba paullo aliter citari video ab eruditiſſimo *P. Richa* Societatis Noſtræ *Florentinarum Eccleſiarum T.* I. *p.* 369. Plures ex hujus archivi chartis ad vetus *S. Trinitatis* cœnobium pertinent in agro *Arretino* ſitum *in alpe loca in ad vocabulo fonte benedicto*, ut in inſtrumento a. MVIII. dicitur. Præerat eo anno Monaſterio *Bonizo* Abbas; anno vero MXIV. *Domno Henrico gratia Dei Imperator Auguſto anni imperii ejus primo , indictio duodecima* ex alia charta diſcimus, menſe Auguſto Domnum *Azonem* fuiſſe Abbatem *beatiſſime Sancte Trinitatis de loco fonte benedicto :* Ad idem Monaſterium hæc ſpectant, quæ ex alia charta deſcripſi. *Domnus Hugo Prior S. Trinitatis edificavit xenodochium de Ponte a Valle in ſolo ſibi a Ramundino , & a Raynerio de Tulliano per cartulam tradito cum perſonis ſuntibus predicte Eccleſie, & ad honorem S. Trinitatis ordinavit , & retinuit, & annualiter in feſtivitatibus preſcripte Eccleſie cum cunctis Fratribus obedientiam exhibuit , & ad capitulum venit , & poſtea Rainerium noſtrum Converſum ibi reliquit , qui ſimiliter annualiter obedientiam exhibuit, & ad capitulum venit , & ſic poſt eum quidam nomine Vulpe fecit , & Petrus de Bucino, & Andrea ; Petrus vero de Bucino cum quadam muliere fugit ; Abbas enim Johannes excommunicavit eum, & ea relicta in carcerem contruſit, & penitentia peracta ad Oſpitium remiſit, & poſtea remiſit, ad eam Tebaldus venit , & duxit ſecum Jeroſolimitanos Oſpitalarios , quibus dare voluit predictum Oſpitale ; ſed Ramundinus patronus Oſpitii cucurrit ad Abbatem ſimul cum Rectoribus Oſpitii ; Abbas vero cum Leone presbitero & cum multis aliis hominibus , invenitque ad Pontem de Valle, & eos allocutus eſt , & oſtendit eis rationem ſuam , & interdixit , quod non morarentur in domo ſua contra ſuam voluntatem . Ipſi auditis ejus rationibus , & viſis cartulis receſſerunt.* Quo illhæc anno contigerint, ignoro. Quid anno MCXCIII. evenerit, ex ſequente charta cognoſcimus.

,, In Dei Eterni nomine anno Incarnationis ipſius milleſimo centeſimo nona-
,, getimo tertio Domno Imp. Heinrico regnante, Imperi ejus anno tertio nono-
,, decimo Kal. Februarii Indictione XI. feliciter . Cum Domnus *Rainerius* divi-
,, na clementia *Feſulane* Eccleſie Epiſcopus iviſſet apud Hoſpitale *Pontis de Valle*, & ibidem juxta *Terrizellam* , & ſuper preſatum Hoſpitale ex mandato
,, Domni *Celeſtini* Pape , & Eccleſie *Romane* Eccleſiam ad Honorem Dei , & S.
,, Marie , & S. *Cataldi* , & aliorum Sanctorum deſingnaſſet , & ordinaſſet , ubi
,, Fratres preſati Hoſpitalis divina poſſent exaudire officia , & cartam proprie-
,, tatis platee , ubi ipſa Eccleſia eſt deſingnata , vice Eccleſie *Romane* recepiſſet
,, a *Jamnino* prefati oſpitalis oſpitalario hadibito conſenſu ſuorum Fratrum , &
,, etiam Domni *Bernardi S. Trinitatis* Habatie Habati , & Domni *Martini* ejuſ-
,, dem Habatie Camerarii , qui in preſata Eccleſia primam Miſſam cantavit ,
,, ſub qua Habatia preſatum Hoſpitale eſſe videtur . Idcirco preſatus Domnus
,, *Raynerius* Epiſcopus vice predicte Eccleſie *Romane* , & Domni Pape conceſſit
,, jam dicto Domno *Bernardo* Habati vice dicte ſue Habatie , ſuorumque in per-
,, petuum ſucceſſorum recipienti ordinationem prefate Eccleſie , quam preſen-
,, tialiter ordinaverat , eo videlicet ut preſatus Domnus Habbas , ſuique ſucceſ-
,, ſores debeant dare prefato Hoſpitalario , & ſuis Succeſſoribus , & Hoſpitali
,, Sacerdotem , qualem ipſi pro tempore eis dare voluerint , & ipſi Hoſpitalarii
,, eum Sacerdotem , quem pro tempore Rectores dicte Habatie eis dederint , de-
,, beant pro eorum Sacerdote habere , & tenere , & in divinis officiis exaudire
,, apud

Digitized by Google

,, apud dictam eorum Eccleſiam . Acta ſunt hec cum conſenſu prefati Hoſpita-
,, larii , & majoris partis ſuorum Fratrum Epiſcopatu *Aretino* infra prefatum
,, Hoſpitale, & dictam Eccleſiam ibi in via, Indictione dicta feliciter.

,, Signa manus manus (*ſic*) ſupradicti Domni *Raynerii* Epiſcopi *Feſulani* , qui
,, ſupradicta vice Eccleſie Romane Habati dedit , & conceſſit , & me ſcribere
,, rogavit .

,, Signa manus *Vigoroſi* filii quondam *Ludovici de Caſcia* , ejuſque Fratris *Vo-*
,, *lentieri* , & *Raynerii del Monaco* , & *Ubertini Giccii* , & *Gaeriſcii de Leguna* , &
,, *Ficti de Caſtellione* , qui his interfuerunt rogati teſtes.

,, Interfuit & Domnus *Ubertus* Prior *Pavellenſis* , & *Bonaſai* , & *Bonagiunta*
,, ejus fratres Clerici, & Domnus *Albertus Feſulanus* Canonicus.

,, Ego *Joannes* Domni invictiſſimi Imperatoris *Heinrici* Judex ordinarius, &
,, Notarius ſupradicta ſcripſi, & complevi.

Specimen hoc ſit ejus tabularii. Ad alia propero.

CAPUT VI.

Menſe Auguſto Mutinam adcerſitur Auctor a Sereniſſimo Duce FRANCISCO III., *ut Ateſtinæ Bibliothecæ præſit. Antequam eo migret, Septembri menſe Romam adit: quæ ibi in adverſaria retulerit. Ubi Mutinam deinde advenit, Mutinenſis Collegii Mss. Codices diligentius luſtrat, qui etiam heic recenſentur.*

I. POſt Clariſſimi *Ludovici Antonii Muratorii* obitum FRANCISCUS III. *Mutinenſium* Dux Sereniſſimus nullum celeberrimæ, ac locupletiſſimæ Bibliothecæ ſuæ præfecerat. De doctiſſimo P. *Corſinio Scholarum Piarum* tunc in *Piſano* Lyceo magni nominis Profeſſore, nunc ordinis ſui Generali Præpoſito aliquando cogitaverat. Interea *Dominico Vandellio* præclaræ eruditionis viro eam tradidit cuſtodiendam, quamvis quibus ille diſtinebatur, curæ non ſatis otii ad novum hoc munus implendum ipſi relinquerent. Sed tandem qua in Societatem Noſtram clementia eſt Princeps, in noſtris annalibus numquam ſine grati animi, atque ſi fas eſt dicere, amoris ſignificatione commemorandus, me *Florentia Mutinam* avocavit, ut nobiliſſimo illo quidem, ſed ob deceſſoris mei celebritatem pleno aleæ atque periculi munere fungerer: duos præterea mihi ſocios adjunxit, mei ambos inſtituti, *Joachimum Gabardium Carpenſem*, & *Dominicum Troylium Maceratenſem*, illum ex *Veneta*, hunc e *Romana*, cui & ipſe adſcriptus eram, Provincia; eo potiſſimum conſilio, ut in adornanda Italiæ litteraria hiſtoria, quam ſuo ille patrocinio fovebat, maxime confirmabatque, mihi eſſent auxilio. Verum antequam *Mutinam* proficiſcerer, *Romam* petendam mihi eſſe intellexi, ut Vaticanos, aliarumque Bibliothecarum, quæ in principe illa terrarum urbe magno numero ſunt, Mss. codices conſulerem ad eam, quam paro, Iſidorianorum operum editionem. Itaque a P. *Ignatio Vicecomite* Societatis Noſtræ tunc Generali Præpoſito facultate impetrata Septembri menſe Romanum iter adgreſſus ſum. Qui e noſtris Romanis ſociis mihi maxime amicitia adjuncti ſunt, *Lagomarſinius*, *Nocetius*, *Contuccius*, *Carpanius*, *Mazzolarius*, *Lazerus*, *Boſcovichius*, *Cunichius*, *Faurius* aliique bene multi de litteris optime meriti, quorum nomina percenſere longum omnino eſſet, in Tuſculano omnes ruſticabantur. Ne tamen *Roma* inviſis illis diſcederem, ut Urbem ingreſſus fui, Bibliothecas ſtatim adire, & *Iſidorianos* Codices conquirere undique conſtitui, ut eo demum labore perfunctus *Tuſculum* ad eos amplectendos excurrerem. Quare ut Vaticanæ Bibliothecæ, cujus potiſſimum codices in animo erat conferre cum editis *Iſidori* exemplis, facilior mihi pateret aditus, *Fabio Danzetta* Societatis noſtræ doctiſſimo, ac ſapientiſſimo viro auctore, duce autem *Hieronymo Lombardio* & ipſo

noſtræ

Digitized by Google

noſtræ Societatis Presbytero pererudito ad BENEDICTI XIV. P. O. M. pedes me ſupplex advolvi . Incredibile dictu eſt , quanta me clementiſſimus Pontifex benignitate exceperit , multa de meorum ſtudiorum ratione, atque conſilio exquiſierit , atque omnem mihi opem promiſerit , præſtiteritque . Illud etiam ad cetera tantæ clementiæ officia acceſſit , ut ſemel in ſingulas , quibus *Romæ* morabar, hebdomadas diebus Veneris Pontificem ipſum adire mihi licuerit , ejuſque doctiſſimis colloquiis frui.

II. Pontificia igitur auctoritate ad Vaticanam me contuli Bibliothecam , immenſum illum vetuſtæ eruditionis theſaurum , atque ab ejus doctiſſimo æque atque humaniſſimo Præfecto *Aſſemanio* facile impetravi , ut Iſidorianos omnes Codices per otium conſulere mihi liceret . Luſtrata *Vaticana* Bibliotheca *Ghiſianam*, & *Barberiniam* adii ; *Vallicellanam* quoque excuſſi . Per tempus mihi non licuit in illis ultra *Iſidorianos* Codices excurrere . Interea qua eſt humanitate , *Petrus Lazerus* Romani noſtri Collegii Bibliothecæ Præfectus relicto tantiſper *Tuſculo* ad Urbem venit, ut Bibliothecam illam a meo poſt Theologica ſtudia Roma diſceſſu mirifice auctam , *Dominici Franchinii* Rectoris ſtudiis potiſſimum , atque auſpiciis , exornatamque mihi oſtenderet . Atque ex ea ſane non pauca potuiſſem in hoc volumine edenda mutuari . Quum tamen paucis ante menſibus primum *miſcellaneorum* ex illius Mss. Codicibus librum *Lazerus* ipſe litteraria plaudente Republica protuliſſet in lucem , nolui in alienam , ut ajunt , meſſem falcem immittere . Quare in mentem venit Bibliothecam potius Domus Noſtræ Profeſſæ excutere , & ſiquid in ejus Mss. deliteſceret, notatu dignum in adverſaria referre in hoc deinde libro publicis formis excudendum . Atque conſilio huic meo potiſſimum favit præter Societatis noſtræ quem antea memorabam , Generalem Præpoſitum P. *Ignatium Vicecomitem*, *Dominicus Turanius Siculus* præſtantiſſimus Sacræ, ut ajunt , Pœnitentiariæ Theologus . Laborem hunc tamen diſtuli , dum redirem *Tuſculo*, quò cogitabam , incredibile enim me tenebat Sociorum meorum videndorum deſiderium. *Tuſculum* igitur me contuli , ubi etiam apud *Lagomarſinium*, qui tum podagra laborabat , me perhumaniter inviſit *Benedictus Stay* poeta elegantiſſimus; hinc ad *Caſtrum Gandulphi* , & *Albanum* quoque diverti , unde rediens doctiſſimum Abbatem *Rodulphinum Venutium* ruſticantem conveni . Paucis tandem Tuſculanæ commorationis elapſis diebus ægre ab amicis divulſus , quos inter acceſſerat *Proſper Buttarus Auximas* nobilis ac præclariſſimæ indolis juvenis, *Romam* contendi.

III. Præſulem Illuſtriſſimum , multiſque mihi nominibus memorandum *Franciſcum Xaverium Zeladam* ab expeditione neſcio qua redeuntem exſpectabam . Rediit enimvero citius quam credideram . Quare quos deinceps *Romæ* tranſegi dies , inter ipſum , & domus noſtræ Profeſſorum Bibliothecam partitus ſum . Sed ad Codices Mss. hujus Bibliothecæ vertendus eſt ſermo. Hi ſunt

Codex membran. fol. ſæc. XIV. Duodecim Prophetæ cum commentatiis margini adſcriptis, gloſſuliſque, ut ajunt , ipſi textui ſacro inſcriptis.

Codex chartaceus fol. ſæc. XVII. Tractatus in *Aggæum* Prophetam *P. Jacobi a Cruce* Societatis noſtræ litteralis , ac valde eruditus.

Codex membran. in fol. ſæc. XIII. *Honorii Auguſtodunenſis Gemma animæ* , ſed paullo locupletior exemplo in *Bibliotheca Maxima Sanctorum Patrum* vulgato . Enimvero in epiſtola ad *Honorium Solitarium* poſt ea verba *ſtylo prodeſſe* additur in Codice: *quatinus memoriam tui omnium orationibus liceat jugiter intereſſe*. Præterea liber primus, qui in editis capita exhibet CCXLIII. , in codice CC. omnino & LX. capitibus conſtat; CLXIV. liber ſecundus , qui octo tantum & ſexaginta habet in edito exemplo; CCXVII. liber tertius , cujus capita ſolum CLXIX. editiones præ ſe ferunt; centum denique & viginti quatuor liber quartus , quem in CXVIII. capita libri typis excuſi dividunt . Porro clauditur liber *invitatione auctoris ad delicias præſentis operis* , quæ in editis exemplis plane deſideratur .

Ejus

Digitized by Google

Ejus initium: *ecce filiæ Jeruſalem quas delitias vobis præparavi ; quibus gemmis vos ornavi*. Sequitur ſermo *de his, quæ aguntur in dedicatione Eccleſiæ ; Quoniam ad dedicationem præſentis Baſilicæ* : item *de Sacramentis Neophytorum ; Quoniam populus ad fidem viſibilibus Sacramentis inſtruendus eſt* : item *de officiis Sacrorum Ordinum, & vita ; Quia chriſtianam militiam in baptiſmate* : item *de indumentis Sacrorum Ordinum ; De indumentis ergo Sacerdotalibus* : item ſermo *de officio Miſſæ ; Hæc quæ commemoravimus* ; tandem *Scala cœli* in XXIV. capita diſtributa ; *Frequenti meditatione animo revolvo*.

Codex chartac. ſæculi XVI. Honorii Papæ III. *epiſtolarum* libri duo.

Codex chart. f. inſcriptus: *Martirologio del P.* Vincenzio Bruno *della Compagnia di Geſù da eſſo con molta diligenza compoſto, e più volte reviſto, e di nuovo da rivederſi*. Autographum eſt: XXI. Novembris a. 1580. videtur abſolutum; hic enim annus, menſis, ac dies in operis calce adſcribitur.

Codex chartaceus fol. *Barnabæ Riccoboni Rhodigini* Abbatis *Olivetani liberum arbitrium, ſive de libera hominis facultate dilucidatio*.

Codex chartaceus ſæc. XVI., iſque mutilus fol. *Incipit quintus liber Regeſtorum Domini* Innocentii *Papæ* III.

Codex chartaceus: Martyrologium *Bedæ*.

Codex chartaceus fol. Martyrologium *Hrabani*, ut in Codice Ms. celeberrimi Monaſterii *S. Galli*. Martyrologium *Notkeri cognomento Balbuli* Monachi *S. Galli*, ex Bibliotheca *S. Galli*. Menologium Græcorum. Martyrologium in anni circulo *Bedæ Presbyteri* (contractius altero, quod nuper memorabam). Kalendarium Copticum.

Codex chartaceus fol. *Diarium eorum, quæ a morte* Innocentii X. *tam intra quam extra conclave contigerunt uſque ad electionem Summi Pontificis Alexandri* VII.

Codex in fol. chartaceus. *Melchioris Inchofer* e Societate Jeſu *Vindiciarum S. Sedis Apoſtolicæ Sacrorum Tribunalium adverſus Neopythagoreos terræ motores, & Solis ſtatores* libri duo.

Vita di Paolo *Papa* IV. *raccolta nel* 1613. *dal* P. D. Antonio Caracciolo *de' Cherici Regolari*, Tomi IV.

Codex chartaceus fol. *Gli annali di Meſſere* Mattheo Spinello da Giovenazzo *reſcritti da quelli, che ſono in potere del Sig.* Michele Geſualdo.

Codex Chartaceus fol. *Caraffarum* hiſtoria a *Petro Nores* conſcripta, gallice.

Guicciardini Lettere, Tomi duo fol.

Andreæ Alciati epiſtolarum autographarum faſciculus.

Jacobi Fuligatti S. I. in Eccleſiaſten *Salomonis* Commentarius Litteralis & moralis, fol.

Codex membran. ſæculi XIV. fol. *Cyrilli Alexandrini* homiliæ XXX. in die epiphaniæ, Græce.

Codex membranaceus admodum nitidus: *textus & expoſitio librorum* B. Auguſtini *de Civitate Dei*, quæ expoſitio eſt *ſecundum* Fr. Thomam Anglicum *ſuper primos decem libros difficiliores*.

Codex chartaceus in fol. *De adminiſtrato per Germanos Romanorum Imperio ad Sacroſanctam Apoſtolicam Sedem Romanam ex præcipuis potiſſimum Germanorum ſcriptoribus libri tres, Franciſco Zinotto Bononienſi* auctore. Opus *Julio* III. inſcriptum *ex Germania anno Salutis* MDLIII.

Codex chartaceus *Varia* continens numero ſexdecim opuſcula. In his *Parentalia Cardinalis* Baronii *auctore* Juſto Baronio *ad* P. Nicolaum Serarium *Soc. Jeſu*.

Codex alius *Varia* inſcriptus. Opuſcula XII. complectitur. In his I. *Liber Cæremoniarum* a Benedicto *Canonico S. Petri* conſcriptus a. D. MCXL. *Guidone de Civitate Caſtelli Presbytero Cardinale S. Marci poſtulante* (fuit is deinde Cœleſtinus II.). II. Franciſci Peniæ *de Sacroſancta Baſilica S. Martyris Agnetis ſæpe inſtaurata, ſeu renovata ad ampliſſimum Cardinalem Alexandrum de Medicis* Romæ MDCIV.

Digitized by Google

Codex chartaceus fol. *Epiſtolæ Pii* II. P. M. *recollectæ per me* Antonium Lollium *Senenſem juſſu Reverendiſſ. Domini* Franciſci Piccolominei *Cardinalis Senenſis ad uſum Reverend.* D. Jacobi Silverii Piccolominei *Epiſcopi Cremonenſis Romandiolæ Præſidentis*.

Codex chartaceus fol. *Latinitatis menſuræ in Romanorum Procerum Comitiis ab* Alberto de Albertis *e Soc. Jeſu exactæ, ſive de ſcitis ac placitis Latinæ Linguæ, diſſertatio cum appendice de latino ſtylo*.

Codex chartaceus fol. *Diſcorſo dell' Illuſtriſſ. Cardinale* Commendone *ſopra la Corte di Roma al Sig.* Hieronymo Savorgnano.

Codex chartaceus 4. *Hiſtoria di* Antonino Caſtaldo *Napolitano principale Notaro del Regno, delle coſe occorſe in Napoli dal tempo, che vi fu Vicerè* D. Pietro di Toledo *Marcheſe di Villafranca, e di alcune particolari di molti anni prima infino alla ribellione di* Ferrante Sanſeverino *Principe di Salerno*.

Codex chartaceus 4. *Vita di* Caterina Sforza de' Medici *compoſta da* Fabio Oliva *da Forlì*.

Codex chartaceus. Tiberii Alpharani Iheracenſis *de Sacroſanctæ Baſilicæ B. Petri Principis Apoſtolorum in Vaticano Urbis ſitæ antiquiſſima & nova ſtructura, Liber ad Gregorium* XIII.

Codex membran. in 4. ſæc. XI. Bedæ *expoſitio in templum Salomonis*. Additum eſt in codicis calce *Lotharii divina preveniente clementia Regis* diploma *ad Guntarium Vener. Agrippinenſis Eccleſiæ Gubernatorem, & pium Rectorem*. Initium ejus hoc eſt: *Si ad utilitatem Servorum Chriſti*. In fine autem hæc leguntur: *Hruotmundus notarius ad vicem Grimbaldi recognovit. Data* XVIII. *Kal. Februar. anno Chriſto propitio Regni Hlotharii glorioſi Regis* XI. *Indictione* XV. *Actum Aquiſgrani palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen*.

IV. *Johannes Baptiſta Zanobettius* Florentinus, cujus ingenium, variamque in juvenili ætate eruditionem fueram *Florentiæ* admiratus, *Romæ* tunc erat. Abbatem *Dominicum Auguſtum Braccium* civem ſuum ad me ille deduxit, a quo paullo ante meum ex Urbe diſceſſum Nummorum aliquot *Romæ* poſtremis illis temporibus inventorum notitiam mihi ſuppeditavit. Libens illam cum lectoribus meis communicabo.

Apud Illuſtriſſimum *D. Jacobum Bellottium* argentei nummuli tres.

I.

Pars adverſa. ΑΥΤ. Κ. ΛΙΒ. ΣΟΥΛΠ. ΓΑΛ. In medio L. B. *Imperator Cæſar Sulpicius Galba. anno ſecundo*. Siglas ΛΙΒ. alii interpretentur.

Pars averſa, caput Romæ galeatum, cum epigraphe ΡΩΜΗ.

II.

Pars adverſa, caput *Philippi Junioris* lauro redimitum cum Græca epigraphe: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ. ϹΕΒ. *Imp. Cæſar Marcus Julius Philippus Auguſtus*.

Pars averſa, Aquila alis expanſis, roſtroque coronam geſtans. Hæc circum inſcripta: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. ΥΠΑΤΟ Δ, *Tribunicia poteſtate Conſul* IV. infra Aquilam legimus: ΑΝΤΙΟΚΙΑ. S. C. Hinc pretium numi.

III.

Pars adverſa. Caput *Trajani Decii* laureatum cum inſcriptione: ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕ. ΚΥ. Δ ΚΙΟ . ΤΡΑΙΑΝΟϹ. ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Gneus Meſius Quinctus Decius Trajanus Auguſtus*.

Pars averſa: aquila alis expanſis, coronam roſtro tenens, cum inſcriptione ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. *Tribunicia poteſtate*; tum infra Aquilam S. C.

Apud eruditiſſimum *Dominicum Auguſtum Braccium*.

I.

Inſignis *Melitenſium* numus. In adverſa parte caput exhibet velatæ mulieris cum Græca epigraphe ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ; in averſa autem parte ſellam curulem cum latina

latina Inſcriptione C. ARRVNTANUS MN. PRO. PR., nempe *Cajus Manilius Arruntanus proprætor*.

II.

Apamenſium numus. Jovis Laureati caput ſine ulla inſcriptione cernitur in adverſa parte, Elephas in averſa cum epigraphe ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΙΛΟΥ. ΚΛ. (quæ digniſſima eſſet uberiore diſquiſitione), in medio vero H, anno ſcilicet octavo; quæ epocha a *Noriſiana* omnino alia eſt in libro *annus*, & *Epochæ Syro Macedonum*.

III.

Epheſiorum Numus, qualem *Haymius* refert in ſecundo *Theſauri Britannici* volumine, ſingulari autem diſſertatione Cl. *Edmundus Chiſſbul* illuſtravit; inſcriptione tamen averſæ partis nonnihil diverſa. Igitur in adverſa parte Cerva exhibetur eum hiſce in medio litteris ΕΦ., infra autem CΚΟΠΙ: in averſa autem parte apem habemus cum epigraphe: ΠΡΟC ΠΑΛΥΡΙΝ ΚΗΡΙΛΙCΩΔΕ, ubi *Chiſſbulius* legit ΠΡΟC ΠΑΛΥΡΝ ΚΗΡΙΛΛΙCΩΔΕ.

IV.

Numus rariſſimus *Amiſenorum* in *Ponto*. In adverſa parte caput cernitur Minervæ galeatæ cum ægide pectori addita; in averſa eadem Minerva tribus clypeis inſidens, dextraque alatam tenens victoriam cum hac epigraphe ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ ΚΟΡΝΟΥΤΟΥ *ſub Gajo Cæcilio Cornuto*. Similem numum exhibet *Theſaurus Morellianus*, ubi de familia *Cæcilia*; ſed in eo infra Minervam litteræ, quæ in hoc deſiderantur, ΡΩΜΗ leguntur.

V.

Tomis Numus oppido rarus. Pars adverſa *Tomis* caput exhibet faſcia revinctum cum inſcriptione ΚΤΙCΤΗC ΤΟΜΟC, *fundator Tomis*, ſeu *Tomus*: pars averſa alia omnino eſt ab ea, quam *Tomis* ejuſdem numus præ ſe fert apud Morellium in *ſpecimine rei nummariæ; Herculem* nempe repræſentat *Morellianus* numus; at in Romano *Braccii* ingens uvæ racemus cernitur cum litteris ΤΟΜΕΙΤΩΝ.

VI.

Rariſſimus *Alindenſium* Numus. In adverſa parte videre eſt caput juvenile Leonis pelle circumligatum, quemadmodum Alexandri Magni caput fingi ſolet; in averſa clavam cum pelle Leonis, & epigraphe ΑΛΙΝΔΕΩΝ. *Haymius* Tomo II. *Theſauri Britannici* pag. 131. quum in ſimilem numum incidiſſet, ſed in averſa parte litteras temporis injuria exeſas habentem, ut nonniſi . . . ΙΝΔΕΩΝ legeretur, ſuſpicatus eſt vir doctus, aut *Lindenſium*, aut *Alindenſium*, aut etiam *Sindenſium* ibi nomen latere. Ex hoc *Braccii* numo jam conſtat, & in illo *Alindenſes* eſſe legendos.

V. Sed *Roma* tandem deſerenda fuit; immo & *Florentia*, ad quam urbem recto itinere contendi, ut rebus meis collectis *Mutinam* proficiſcerer. Igitur *Mutinam* veni ſub Novembris initium. Porro quum *Ateſtiæ* Bibliothecæ indices nondum confectos reperiſſem, ad domeſticæ Bibliothecæ Codices Mss. diligentiſſime perſcrutandos me contuli. Aliquot recenſuiſſe me memini in priore volumine *cap.* VIII.; ſed multo plures, digniorеſque, qui ceteris omnibus innoteſcant, hoc tempore inveni. Sunt autem

Biblia Hebraica. Codex membran. ſatis vetuſtus in 4., cujus paginæ ſingulæ duas in columnas ſunt diſtributæ.

Quatuor Evangelia Græca. Codex bombycinus in 4. nitide perſcriptus.

Acta Apoſtolorum, & Epiſtolæ Canonicæ, Græce. Codex membran. vetuſtus, ac ſaltem ſæculi XI. in 4. In *Johannæa* epiſtola celeberrimum deeſt de SS. Trinitate teſtimonium.

Quæ ſub *S. Dionyſii Areopagitæ* nomine opera circumferuntur, Græce. Codex in fol. chartaceus recens cum adſcriptis commentariis Græcis.

Firmiani Lactantii de vera & falſa religione, membraneus Codex in f. nitidiſ-

 ſime

ſime ſcriptus, atque, ut in calce legimus, *correctus*, *optimeque viſus abs* Antonio Tridento *Parmenſi* MCCCCLXVII. XXV. *die Auguſti*. Quis autem codicem exaraverit, docent quæ eo loco continenter ſequuntur. *Deo gratias. Amen. Anno Domini* MCCCCLXVI. *menſe Septembris die* VII. *hora meridiei finitus eſt hic liber per me* Antonium Johannis Livizzani *in Civitate Mutine. Valeant legentes feliciter*.

Sermones *B. Auguſtini* Epiſcopi *ad Monachos Heremitas*. Codex in 4. chartaceus ſæculi XV. ſatis pulcher, atque in ipſa operis fronte ornatus. Dolendum, apocryphos eſſe hoſce ſermones.

Liturgia Græca; tum *Philonis* Epiſcopi Καρπαθίου in Cantica Canticorum Græcus commentarius. Ex hoc Græcum hujus Auctoris textum ab *Anſelmo Bandurio* Viro Cl. promiſſum, nec tamen editum, ſi Deus dederit, aliquando divulgabimus. Codex eſt antiquus, ac lectu difficillimus.

Breviarium *ſecundum conſuetudinem Romane Curie*. Codex membran. fol. ſæc. XV. elegantiſſimus.

Conſtitutiones Provinciales, & Synodales Epiſcopatus Mutinenſis. Codex Chart. fol. ſæc. XV. Habemus hic primum *Conſtitutiones editas* (non tamen hactenus typis excuſas) *per Ven. P. D. Fratrem Latinum Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Hoſtienſem, & Veletrenſem Epiſcopum tunc Apoſtolicæ Sedis legatum*; tum quatuor *Ravennatia* Concilia a *Labbeo* edita, quorum primum a. MCCLXXXVI. poſtremum anno MCCCXVIII. celebratum eſt; tandem Synodos *Mutinenſes* habitas anno MCCCXX. a *D. Guidone de Baiſio*, & anno MCCCCLXXIX. a *D. Nicolao Lucenſi* Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia *Mutinenſi* Epiſcopo, aliaſque *Mutinenſium* Epiſcoporum Conſtitutiones.

Rubricæ juris. Defenſio Fr. Johannis Pratenſis, ac *libellus ejuſdem contra* Guarinum *de non legendis impudicis Auctoribus* (hunc in altera hujus voluminis parte edemus); adverſaria *juris* ex pluribus Auctoribus collecta: Codex chartaceus ſæculi XV. in 4.

Utiliſſimo modo de confeſſare ſecundo Frate Nicholò da Oſmo *del Ordine de la Obſervanza de San Franceſcho*, liber tamen Latinus eſt. *Leonardi Arretini contra hypocritas invectiva* (ſæpius edita). Orationes tres *Ulyſſis*, *Phœnicis*, *Achillis* ex Græco *Homeri* in proſam Latinam converſæ. *Demoſthenis Oratorum principis oratio ad Alexandrum Regem incipit traducta ex Græco in Latinum per Leonardum Arretinum*. Ejus initium: *Nihil habes Rex Alexander*. (Hujus orationis nulla apud Cl. *Mehuſium* in recenſione *Leonardi Bruni Arretini* ſcriptorum mentio, niſi quod *Manettum* commemorat vir eruditus, a quo *Leonardus Demoſthenis* orationum libros ſeptem vertiſſe perhibetur). *Iſidori Toletani* (immo Hiſpalenſis) *Epiſcopi contra Judæos* libri duo a. 1443. die 22. Junii exarati. Tractatus *Senecæ de quatuor virtutibus*. Liber *Senecæ* ad *Gallionem* diſcipulum *de remediis infortuniorum*. Codex chartaceus in 4. ſæc. XV.

Gaſparis Silingardii Mutinenſis Epiſcopi Summa Moralis Theologiæ Italice ſcripta, atque alphabetico ordine diſtributa. Eam *Silingardius* Cardinali *Moronio* inſcripſit hac epiſtola.

„ Avendo Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Signore mio così negli anni paſſati, „ quando ſi fecero i due Sinodi alla preſenza di Vos: Signoria Illuſtriſſima, „ come nella viſita di queſta Dioceſi di *Modena* fatta ultimamente da me, trovata tanta ignoranza della lingua latina (il che non poſſo ſenza mio graviſſimo dolore riferire) nella maggior parte de' Sacerdoti Curati di eſſa Dioceſe, accompagnata da così poca pratica dell' eſercizio della cura dell' anime, „ che veriſimilmente ſi può temere una gran rovina & precipizio del gregge „ ſottopoſto alla cuſtodia loro: & non potendoſi per la careſtia grande, che s' „ ha de' Preti ſoſſicienti, dare coadjutori a tutti ſecondo l' ordine de' Sacri canoni confirmati, & innovati dal Sacroſanto Concilio di *Trento*; ho giudicato „ neceſſario io, ch' ora in vece di Vosſignoria Illuſtriſſima ſoſtengo il carico di

queſto

„ queſto governo, il provvedere per quel modo megliore, che ſia poſſibile a tan-
„ to inconveniente; alla qual coſa fare non ho trovato mezzo più accomodato
„ quanto il ridurre in lingua volgare, come in un brieve compendio le princi-
„ pali, e più importanti coſe, che ſi ricercano alla cura dell' anime tratte da
„ molte Somme, accioche eſſi Sacerdoti apprendendo quivi quello, che non poſ-
„ ſono imparare ſu i libri latini per non intenderli, ſi faccino più pratichi di
„ quello, ch' ora ſono nell' eſercizio d' eſſa cura dell' anime, & inſieme il
„ gregge loro ammaeſtrato da più periti Paſtori s' incammini più facilmente
„ nella via del Signore, & in queſta mia opinione mi ha confirmato aſſai il
„ ſapere, che 'l Reverendo Don *Franceſco Gaggiati* già ſervitore di Voſſignoria
„ Illuſtriſſima d' ordine del Reverendiſſimo Monſignore *Egidio* di felice-memo-
„ ria già Veſcovo di queſta Città aveva dato principio à queſta medeſima im-
„ preſa, la quale interponendoviſi la morte d' amendue non puotè avere quel
„ compimento, che la bontà dell' uno, & dell' altro deſiderava: Ora avendola
„ io tratta a fine, & deſiderando mandarla fuori a benefizio comune di queſta
„ Dioceſe l' ho voluta ſottoporre (come farò ſempre le coſe mie) alla cenſura
„ di Santa Chieſa; però la invio, e la dedico a Voſſignoria Illuſtriſſima come
„ onoratiſſimo membro di quella, & vigilantiſſimo Paſtore di queſta Città, ac-
„ cio ch' eſſa la vegga, e faccia vedere a chi ſpetta, correggendo, mutando,
„ aggiugnendo, & ſcemando quanto ſarà giudicato utile, & neceſſario, che
„ tutto riſulterà in onore di ſua Divina Maeſtà & benefizio comune di tutta
„ queſta Dioceſe tanto amata da Voſſignoria Illuſtriſſima alla quale con ogni ri-
„ verenza baciando le ſacratiſſime mani prego dal Signore il compimento de
„ ſuoi Santi deſiderj.

Di V. S. Illma & Revma.

Devotiſſimo Servitore
Gaſparo Sillingardi.

Paulli Vergeri Hiſtri ad Ubertinum Carrarienſem de ingenuis moribus, & liberalibus ſtudiis Liber. Codex membr. 8. valde nitidus ſæc. xv.

Diſcorſo del riguardo, che hanno inſieme la podeſtà ſpirituale, & la temporale Chriſtiana al ſantiſſimo & Beatiſſimo Papa Siſto V., libri duo. Codex chartaceus in fol.

Nicomachi Geraſeni Arithmetices inſtitutionum libri duo, Græce fol. Codex Chartaceus optimæ notæ ſæculi xv.

T. Livii hiſtoriarum libri priores decem. Codex xv. ſæculi membranaceus fol.

Ejuſdem *de bello Macedonico* libri decem, ſeu liber xxxi. ad xl. Codex membr. fol. ſæc. xv. dignus tamen, quocum edita exempla comparentur.

P. *Bernardi Ceſi* e Societate Jeſu Viri doctiſſimi animadverſiones in *Cornelium Tacitum* editum *Lugduni* apud *Antonium Gryphium* a. D. 1584. Codex autographus ſæc. xvii. in 4.

Libro de algune Croniche, in lo quale ſono alquante del Teſtamento Vecchio, cioè da Ada fino a Chriſto, e lo reſto ſono del Teſtamento nuovo, cioè da Chriſto fino al preſente; lo quale è de mi Franceſco de' Mantuani. Ad annum uſque 1476. a primo Scriptore perducitur. Sequuntur alia ad Junium anni 1512. *Ferrarienſes* res ut plurimum in hoc Chronico enarrantur. Codex eſt chartaceus in fol.

C A-

CAPUT VII.

Brixiam a. ciↃiↃccLV. *proficiſcitur Auctor; Bibliothecæ Quiriniana*, *PP. Theatinorum*, *PP. Societatis Jeſu*, *atque Mazzuchelliana*. *Monaſterium S. Juliæ*, *ejuſque antiquitates*. Veronam *excurſus*. *Cl. Marchionis Scipionis Maffeii funus*.

I. SI umquam alias verni jejunii tempus ut adventaret, deſideratum a me memini, hoc certe anno pæne impatiens illud exſpectabam; tanto Cardinalis *Angeli Mariæ Quirinii* deſiderio tenebar. Verum (o inanes opes noſtras! o fallax conſilium!) dum *Brixianum* iter fere adgrediebar, ut citius me Principi illi ampliſſimo ſiſterem, ejuſque pro mea virili parte litterariis curis adlaborarem, ecce nuncius lacrymabilis inopinatæ illius mortis *Mutinam* ad me perfertur. Quamobrem dum dolor aliquantulum conquieſceret, iter antea deſideratum, nunc fere inviſum differre conſtitui. *Brixiam* ergo ipſo tantummodo Dominicæ Quinquageſimæ die ingreſſus ſum; nec ſine lacrymis ob ſemper lamentabilem mihi *Quirinii* Cardinalis jacturam, quæ tum mihi gravior eſſe cœpit, quum in ea Urbe me eſſe ſenſi, quæ quocumque adſpicerem, illius mihi imaginem objiciebat. Dolorem tamen aliquantulum levarunt ſingulari, quam mihi exhibuerunt, humanitate principis templi Canonici, Reverendiſſimus *SS. Fauſtini & Jovitæ* Abbas, omnique politioris litteraturæ genere excultus *P. Rota Benedictinus*, aliique tum ex noſtris Patribus, tum ex omni ordine viri lectiſſimi, quos inter commemorare mihi liceat *P. Gradonicum* ex inclyta *Theatinorum* familia, Abbatem *Antonium Sambucam*, & Comitem *Johannem Mariam Mazzuchellium* omnes editis libris longe clariſſimos. Porro ut per tempus licuit, *P. Fridericus Sanvitalis Parmenſis* e Societate Noſtra vir præſtantiſſimus me ad *Quirinianam* Bibliothecam deduxit. De illa ſatis in hiſtoria litteraria dictum a me eſt, ut neceſſe non ſit de librorum, qui in ea proſtant communi adcedentium utilitati, copia, atque excellentia verba facere. Unum hoc dicam, *D. Guelfium* eruditum Presbyterum, atque Quinquevirum Bibliothecæ curandæ ibi adfuiſſe, ut quidquid eſſet librorum rariorum, nobis oſtenderet. Alio die cum eodem *P. Sanvitali PP. Theatinos* adii, apud quos ſelectiſſimam Bibliothecam inſtruxerat nuper indicatus *P. D. Hieronymus Gradonicus Brixiæ Sacræ* aliorumque librorum ſcriptor eruditiſſimus. Miratus enimvero ſum perraras librorum editiones, operaque non ita pauca in noſtris regionibus non ita obvia. Exſtant ibi Codices quoque nonnulli Mss. quos inter unus Italica carmina comprehendens lectu digniſſima, &, uti videbantur, non omnia ſaltem evulgata.

II. Domeſticam Bibliothecam diligentius excuſſi. Antiquæ editiones bene multæ ſunt, quæ tum apud *Maittairium in Annalibus typographicis*, tum apud *Orlandium* in eo, quem *de typographiæ originibus* ſcripſit, libro deſiderantur. Plurimi item in ea ſervantur Italici libri ad augendam, corrigendamque etiam poſt *Apoſtoli Zenii* V. Cl. curas *Fontaninianam Eloquentiæ Italicæ* Bibliothecam. Omnes ſedulo adnotavi; verum non hujus eſt loci librarias haſce delicias proferre. Adſervantur in eadem Bibliotheca Codices aliquot Mss. Omitto heic *Garzonis* hiſtoriam, quam in altera voluminis parte divulgabo. Quatuor tantummodo recenſebo. Sunt hi.

Codex membr. in 4. ſæc. xv. in quo liber ſub finem mutilus *Aurelii Auguſtini de ſpiritu & anima*.

Codex chartaceus in 4. ſæc. xiv. Hæc in eo continentur. I. *Libro della doctrina de Frate* Egidio *compagno de San Franceſcho*. II. *La paſſion e Lezenda de Sancta Margarita* rudibus Italicis carminibus expreſſa. III. *Le ſette opere della penitenzia de Sancto* Bernardo, additis piis quibuſdam precibus, & *S. Alberti* Epiſco-

piſcopi *Germani* ſententiis. IV. Vita *S. Euſraſiæ* Virginis Italice ſcripta. Adcedunt piæ aliquot cantiunculæ & preces.

Codex chartaceus fol. ſæc. xv. Complectitur I. *Pomponium Melam de coſmographia*. II. *Solinum Julium rerum memorabilium undique collectarum*. III. *Centimetram Magiſtri Petri de Iſolello*, de pedibus nempe, metris, verſuumque figuris tractatum. IV. Tractatum (forte ejuſdem *Petri*) *de ſyllabis longis derivatis a brevibus, & contra*. Dixi *forte ejuſdem Petri*. Certe ex initio præcedentis tractatus conſtat, in hoc fuiſſe *Petrum* argumento verſatum; ait enim: *de litteris, & ſyllabis egimus uſque modo*. V. *Priſcianum de* XII. *carminibus*. VI. *eumdem de figuris numerorum*. VII. *Romanum Aquilam de figuris Rhetoricis*. VIII. Commentaria *in doctrinale* Alexandri Grammatici *de dimenſione ſyllabarum*. IX. *P. Rutilii Lupi ſchemata Dianoias* ex Græco. X. Albaldi librum *de minuciis*, nempe de aſſe, deunce &c.

In tres Ariſtotelis libros de anima Lectiones, & commentarii Illuſtriſſimi D. Cæſaris Cremonini *Centenſis in ſchola Patavina Philoſophi primæ ſedis*. Tomi tres in fol. In finem autem tertii voluminis adſcripta hæc ſunt: *Antonius Antoniolus a Patavio ſcribebat, & V. Idus octobris finem feliciter impoſuit libro Patavii* 1608.

His addo codicem quem in Nobilium Collegio apud *P. Stephanum Marcheſellium* vidi, variorum Italica carmina continentem, nempe, ut aliquos nominem, *Angeli de Gallis* a *Quadrio* prætermiſſi, *M. Antonii Ferrarienſis*, *Rodulphi Alexandri* (idem is fortaſſe fuit qui *Rodulphus de Alexandris de Brixia* in hoc eodem codice dicitur), magnifici *D. Malateſtæ Piſaurenſis*, *Franciſci Lucii Senenſis*, *Magiſtri Franciſci Bencii de Senis*, *D. Cini de Piſtorio*, *Jannottii Capograſſi Salernitani*, Magiſtri *Nicolai Cechi*, *Andreæ Bencii de Senis*, *Magiſtri Petri de Viterbio ad D. Andream*, *Victoriæ Columnenſis*. *Antonii Piſaurenſis* &c.

III. Longe plura Cl. Comitis *Johannis Mariæ Mazzuchellii* rariſſima Bibliotheca ſuppeditavit. Ordior a Mss. Codicibus. In his

1. Danielis Cereti Brixiani *de foro, & laudibus Brixiæ ad magnificum Ludovicum Martinengum Libellus*. Carmen elegiacum eſt ſub ſæculi XVI. initia perſcriptum, quo *Brixiæ* antiquitates illuſtrantur, & *Brixiani* aliquot ſupra quinquaginta Lectiſſimi viri, ac fere omnes Auctori æquales temporum laudibus celebrantur, ut *Ambroſius Avogadrius*, *Johannes Britannicus*, *Johannes Calphurnius*, *Elius Capreolus*, *Ubertinus Puſculus*, *Burchardus Pylades*, *Johannes Taverius* &c. Epiſtolæ, qua opus *Martinengo* inſcribitur, hoc eſt initium.

Dum licet, & poſitis rident convivia menſis,
Juraque verboſi conticuere fori,
I liber, i tandem Ludovici ad limina noſtri,
i, fuge, nec timeas: ſic mihi carus eris &c.

Opus vero ab hiſce carminibus inchoatur.

Ite triumphantes circum alta palatia lauri,
& date captivis brachia porticibus.
Brixia cinge comas: quid publica vota moraris?
Nobilis antiquum pone ſupercilium &c.

2. *Iſtoria delle Accademie d' Italia*, *Dominico Giſberto* Presbytero *Murianenſi* Auctore. Liber in fol. alphabeti ordine diſtributus. Florebat porro *Dominicus* anno MDCLXXIII. quo *Lodovicus Cappellius* illi inſcripſit opuſculum in hoc ipſo libro deſcriptum, ac prænotatum: *notizie intorno all' Accademia degl' Intrepidi di Ferrara*.

3. *Alexandri Ziliolii*, qui circa a. 1610. florebat, *iſtoria delle vite de' Poeti Italiani*, in cujus fronte exſtat erudita diſſertatio, ſeu *introduzione, in cui ſi tratta dell' origine della Lingua, e della poeſia Italiana*. Codex in 4.

4. *P. Iſidori Ugurgierii* additiones (Italice ſcriptæ) ad priora duo volumina ope-

operis inſcripti *Pompe Saneſi*; ex tertio ejuſdem operis volumine, quod Cl. D. *Pompejus Neri Florentinus* Ms. adſervat.

5. *Catalogo e notizie dell' opere de' Poeti volgari raccolte da Apoſtolo Zeno*, Tomi III. in fol. Ex eruditiſſimi viri ſchedis, quæ cum ejus Bibliotheca apud *PP. Dominicanos* Congreg. *B. Jacobi Salomonii Venetiis* adſervantur, tria hæc volumina prodierunt, Comitis *Mazzuchellii* cura, qui illas in aptum ordinem redegit, iiſdem humaniſſimis PP. *Dominicanis* adnuentibus.

6. *Notizie di Poeti, e d' altri Letterati Italiani, raccolte da Apoſtolo Zeno*, Tomi II. in fol. Quæ tria nuper memoravi volumina, opera Italorum Poetarum, illorumque editiones indicant; hæc duo res ab illis, aliiſque Italis eruditis viris geſtas perſequuntur; Cl. autem Mazzuchellius iſta etiam magno labore e *Zenii* ſchedis hauſit, apteque diſtribuit.

IV. Quos hactenus recenſuimus *Mazzuchellianos* Codices, hi ad Viri doctiſſimi bibliothecam ſane locupletiſſimam ſpectant, in qua libri ad hiſtoriam Litterariam pertinentes, immenſoque quod inchoavit de Italis Scriptoribus omnibus, operi uſui futuri exſtant. Alteram idem *Mazzuchellius* Bibliothecam ſervat, in qua libros ad alias facultates ſpectantes collocavit. Ad hanc qui ſequuntur, Mss. Codices adtinent.

1. Codex Etruſcorum *Petrarcæ* carminum. Codex membr. in 8. elegantiſſimus, ac paullo poſt præſtantiſſimi Poetæ obitum exaratus; cujus margini variæ quoque lectiones interdum adſcriptæ ſunt. Operæ pretium fortaſſis eſſet editiones tanti Poetæ cum hoc codice comparare.

2. Codex membr. in 8. In eo *epiſtola* B. Euxebii *Cremonenſis ad Damaſum Portuenſem Epiſcopum, & ad Theodorum Romanorum Senatorem ejus fratrem de morte glorioſiſſimi Confeſſoris B. Hieronymi doctoris eximii*; *epiſtola* S. Auguſtini *Epiſcopi Doctoris eximii ad Cyrillum Hieroſolymitanum Epiſcopum de Laudibus B. Hieronymi Doctoris eximii*; *epiſtolæ* B. Auguſtini *Epiſcopi ad Petrum Diaconum*.

3. Codex membran. ſæc. XIV. tum ſub initium, tum in fine mutilus, in quo *Vitæ SS. Martyrum Agathæ, Fauſtini, & Jovitæ, Caloceri, Georgii, Vitalis, Philippi, & Jacobi, Philippi*; *inventio S. Crucis*; *vitæ SS. Victoris, Juliæ, Urbani*. Veteris, ut vocant, paſſionalis codicis fragmentum eſt non contemnendum.

4. *Fragmentorum liber, in quo multa extracta a diverſis libris ſine nomine, & a multis memoriis, & politiis continentur*. Spectant hæc ad Sanctos Brixianos Martyres, ad *Italiæ* viciſſitudines ab anno MCCXXXVII. ad ann. MD. ad Brixiæ obſidionem, vaſtationemque. Auctor hujus libri eſt P. D. *Innocentius Brixianus* Canonicus S. Salvatoris a. MDXII.

5. *Hiſtoria Brixiana per egregium Phyſicum* Jacobum Malvecium *Brixienſem uſque ad annum* 1332., quam inter *Rerum Italicarum* ſcriptores edidit *Muratorius*. Codex in fol.

6. Codex autographus in fol. *Poeſie volgari di* Giulio Martinengo, qui a. MDLX. florebat Poeta elegantiſſimus.

7. *Repertorium pro Inquiſitoribus Catholicæ fidei* fol.

8. *Formularium vetus legale*, in quo ſæculi XIV. mores forenſes deſcribuntur.

9. Anonymi *de uſuris, & ſimonia*. Codex in fol.

10. *Vari e moltiſſimi ſegreti di medicina ſcelti, e ſingolari, raccolti da* M. Gio: Battiſta de' Medici *Fiſico Breſciano* fol. Opus hoc inchoavit Auctor X. Kal. Novembres a. MDCLIII.

11. Tomi XVI. in fol. Monumenta ad Brixienſem Urbem in his fere continentur ab anno 969. ad MD. Collegit illa magno patriæ hiſtoriæ bono Eques *Fridericus Johannis Mariæ* Comitis Pater *Mazzuchellius*. Longum eſſet quæ in hiſce voluminibus ſervantur, diplomata, chronica, contractus, idque genus cetera percenſere numerando. Satis erit adnotare opuſcula aliquot, quæ Tomo IX. & XII.

Tab. IV. pag. 121.



Franciscus Savani pinx.

Digitized by Google

& XII. comprehenduntur. I. *Cronica dell' antica origine della famiglia* Lanteri *oggi detta* Paratica, e *Uomini illuſtri della medeſima*. II. *Relazione del Cav.* Lodovico Baitelli *de' fatti occorſi per occaſione del movimento d' alcuni malcontenti ſedizioſi, che volevano ſovvertire il governo della Città, ed aprirſi contra le antiche conſuetudini, e privilegj l'ingreſſo alla nobiltà, e conſiglio*. III. *Iſtoria dell' apparizione del Sig. Noſtro Geſu Criſto in Valverde, e di Maria ſempre Vergine ſua madre l' anno 1399. con le grazie, e miracoli impartiti ſucceſſivamente ſino l' anno 1659. deſcritta dal Rev.* Orazio Peſenti *Cappellano della Chieſa dedicata ad eſſa* B. M. V. *in Valverde di Rezzato Terra del territorio di Breſcia*. Hæc Tomo IX. Tomo autem XII. continentur I. *Memorabilia ſuper obſidione Urbis Brixiæ an.* 1438. 1439. & 1440. *deſumpta ex libris Proviſionum dictæ Urbis a* Friderico Mazzuchelli *anno* 1740. II. *Memorabilia civitatis Brixiæ ab anno* 1440. *per totum annum* 1454. *deſumpta ex iiſdem libris Proviſionum per eumdem*. III. Inſignis Cl. Marchionis *Scipionis Maffeij* tractatus numquam editus, atque *Johanni Mariæ* Comiti *Mazzuchellio* doctiſſimo ab Auctore dono datus. Prænotatur hoc titulo: *della perpetua preſervazione d' una Repubblica, Trateato diviſo in tre parti. Nella prima ſi moſtra, come per mantenerſi libera e dominante è neceſſario creſcere di forze. Nella ſeconda, che ſi può creſcere di forze ſenza creſcere di Stati, e ciò con intereſſar tutti. Nella terza, che ſi può intereſſar tutti ſenz' alterare l' iſtituto, e il governo di eſſa Repubblica*.

12. *Memorie Iſtoriche e Cronologiche di Montechiaro Caſtello del Breſciano raccolte da Lorenzo Domenico Trecani*. Codex in 4.

Extant in eadem *Mazzuchelliana* Bibliotheca Codices aliquot Arabici, quos cum aliis militaribus ſpoliis *Hector Mazzuchellius* Comitis *Johannis Mariæ* avus in *Veneta* contra *Turcas* expeditione hoſtibus ereptos domum ſuam tranſtulit. Neque omittendi ſunt libri quidam typis expreſſi, ſed longe rariſſimi, quibus eadem Bibliotheca ornatur. In his *Joh. Cinelli & Antonii Magliabechi Vitæ Fori Vibiorum* 1684. in 4. & *Jacobi Philippi Tomaſini Epiſcopi Aemonienſis Athenæ Patavinæ*, alphabetico ordine diſtributus liber, ſed numquam perfectus, & in littera D. conſiſtens, in qua de *Daniele Villa*, ac *Deſiderio Lignamine* ſolum agitur: de hujus libri raritate conferendus *Apoſtolus Zenius* (*Tom.* III. *epiſtolae. pag.* 170.)

V. Cl. *Mazzuchellius* haud ſatisfeciſſe ſibi viſus eſt, aditu mihi ad ornatiſſimam Bibliothecam ſuam patefacto. Præerat celeberrimo S. *Juliæ* Monaſterio *Helena* ejus ſoror. Fratris illa quoque humanitatem æmulata, quum ad ejus Monaſterium acceſſiſſem, nihil me latere voluit veterum Chartarum, aliarumque loci illius antiquitatum. Itaque pervetuſtum illud Evangeliarium lubens inſpexi, de quo *Garbellius* vir doctus copioſe diſſeruit. Eſt ibi etiam Crux antiquiſſima gemmis, inſculptis lapillis, anaglyphis, & picturis ornata. Has inter una viſa mihi eſt digna, cujus heic typum exhiberem; ad illam enim accedit, quam *Lampadariorum* dyptichon a Cl. *Maffejo* illuſtratum præ ſe fert. En illum qualem a *Franciſco Savanio* pictum ad me ſequenti anno miſit idem de me optime meritus *Mazzuchellius* (Tab. IV.). Quid porro dicam de ingenti diplomatum, chartarumque remotioris ævi theſauro? Cl. *Benedictinus de Aſteſatis* illum in ordinem pridem redegerat, ejuſque indicem magno labore deſcripſerat, annis ſingularum chartarum adſcriptis; atque ex illo collegi, ab anno 759. quo *Deſiderius* Rex, ejuſque conjux *Anſa* Regina Monaſterium *S. Angeli Michaelis*, & *S. Petri Brixienſe* prædio quodam locupletarunt, ad annum 997. quo die 19. Januarii *Otho* III. Monaſterio *S. Salvatoris* deceſſorum ſuorum privilegia munificentiſſime confirmavit, duo omnino & triginta Regum Italiæ, & Imperatorum diplomata in hujus Monaſterii archivo adſervari; quod ſane non obvium in vetuſtiſſimorum quoque Monaſteriorum tabulariis.

VI. Litterariis hiſce deliciis, ſuaviſſimiſque amicorum colloquiis levatus con-

cionum, quas in principe templo habebam, labores adeo non ſenſi, ut Quadrageſimæ tempus plane avolaſſe mihi videretur. Eo porro elapſo quum *Baſſanum* uſque pergendum mihi eſſet negociorum cauſſa cum *Johanne Baptiſta Remondinio* typographo, Cl. *Comitis Roncallii Parolini* Muſeum Nummarium luſtravi, ubi certe nummi non pauci oppido rari, atque ille cum primis Legionem xxx. præ ſe ferens, de quo idem *Roncallius* multa deinde protulit in ſplendido opere Brixiæ edito; tum *Veronam* quo citius licuit, contendi. Sed heu! quam dolens ſtitit ſe mihi *Johannes Franciſcus Seguierius* dulciſſimo nuper orbatus amico, Marchione *Scipione Maffejo*! Communis amici fatum uterque ſumus collachrymati. Dolore poſtea non tam ſedato, quam intermiſſo ejuſdem Seguierii ſtudiis Codices nonnullos *Veronenſis* Capituli conſului, in quibus opera aliqua *S. Iſidori Hiſpalenſis*. Quum autem a Clariſſ. Marchione *Marco Antonio Pindemontio*, aliiſque intellexiſſem, ære publico funus in principe templo parari piis *Maffeij* manibus, *Baſſanum* citiſſime petii, ut *Veronæ* ſtato magnifici funeris die poſſem redux adeſſe; ac porro adſui non ſine incredibili animi voluptate. Quis enim *Maffeij* memoriæ infenſus adeo, ut funereæ illius pompæ, quam præſtantiſſimi oratoris vox, omniumque ordinum frequentia fere animabat, ſpectaculo non maximopere lætaretur? Nec illo delectari debuimus *Seguierius*, *Torellius*, ego, ceterique Maffejo neceſſitudine conjuncti, deque illius gloria, ut ſane decet, ſolliciti? *Torellium* enimvero quod nominarim, fecit ſingularis illius in *Maffejum* amor, quem *Maffejus* ipſe in teſtamentariis tabulis gratus agnovit. Sed de Verona hactenus. De illa ſermo iterum ſequenti capite.

CAPUT VIII.

Anno MDCCLVI. *Mantuæ concionatur Auctor; codices aliquot, vetereſque Inſcriptiones in ea urbe adnotatæ. Veronam profectio.*

I. VErona reverſus *Mutinam* ad mea me ſtudia retuli, dum ſequentis anni Quadrageſima me juberet diſcedere. *Mantuæ* porro eo anno conciones habiturus eram in principe templo. Non heic ſingularia humanitatis officia perſequar, quæ, ut ad eam Urbem ſtatuto tempore adceſſi, in me contulerunt Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Epiſcopus, Comes *Criſtiani* Progubernator ſapientiſſimus, Comes *Ignatius Zanardius* aliique nobiliſſimi viri. Nam etſi grati animi eſt beneficia prædicare, ubi tamen in ejus honorem cedant, cui collata ſint, temperantis ingenii eſt illa indicare, ne memoria excidiſſe videantur, neque tamen fuſiore ſtylo aut exornare, aut etiam percenſere, ne officioſa eorum recordatio vanam præſeferat oſtentationem. Itaque ad ea de more enarranda adgredior, quæ litterariam juvare Rempublicam poſſint.

II. Ab Inſcriptionibus ordior. In ædibus *Gonzagis* aliquot ejuſmodi lapides extant. In his *Gruterianus* DCCCIII. 6., ubi tamen *Gruterus* legit TITIAE. TABILIONIS, lapis habet TITIAE STABILIONIS litteris N. & I. implicatis. *Gruterus* quoque p. DCLXXXV. 7. *Sexti Gegani Sexti Filii Palatina Feſti* epigraphen recitans GEGAN. ſcribit; atqui lapis qui in iiſdem ædibus adſervatur, GEGANI nomen littera I. ceteris paullo minore exhibet. In eodem lapide LANTHANI nomen litteris N. & T. implicatis effertur, quod in *Grutero* ſine compendiis legitur. Reddo nunc Inſcriptionem eodem in loco poſitam, quam neque in *Gruterianis* neque in *Muratorianis* indicibus licuit mihi invenire.

CAECILIA
MF M
CAECILIVS
MF AMITAE

Hæc

Digitized by Google

Hæc ibi. In ſuburbano Collegii noſtri prædio hanc aliam deſcripſi.

L. SENTIVS

C. F. ANI

Porro in RR. PP. *Olivetanorum Cremonenſium* prædio, quod in agro Gabbianetæ ſitum eſt, iſta exſtat inſcriptio.

COLLEG. FABROR
C. MEFANATI
GRACILI ET
L. MINICIO ALEXANDRO
VIVIRIS. AVG. ET
VRSIONI SECVNDI FIL.
QVI FACVLTATES SVAS
COLL. RELIQ.

Cujus quidem *Collegii Fabrorum* mentio *Muratorianam* epigraphen p. DXVIII. 1. in memoriam revocat. Vidi illam, ſed *Valerii* nomen litteris I. & R. implicatis marmori inſculptum eſt, uti & *Aſinionis* cognomen litteris I. & N. utroque loco ſimul intextis, contra quam videre eſt in *Muratoriano* exemplo. Dixi *Aſinionis* cognomen; nam non ASINONIS quod habet *Muratorius*, ſed ASINIONIS juxta lapidem cognomen fuit *L. Valerio*. In eodem lapide continenter inſcriptæ ſunt ſingulariæ D. M. V. F. contra *Muratorius* duas ex illis lineas effingit. Sed antequam ad alia pergo, eſt in domeſtica *Mantuani* Collegii Bibliotheca liber in 4. Atlantium, quos vocant, more compoſitus, inſcriptuſque *Familiæ Romanæ per C. Patinum*. Qui ante nos librum illum habuit, nonnulla nummorum a *Patino* prætermiſſorum ectypa ex ſuo numophylacio adſcripſit, ut in Familiis *Anteſtia*, *Atinia*, *Aufidia*, *Antonia*, *Baebia* &c. Inſcriptiones præterea quaſdam addidit, num ex marmoribus? num ex aliis libris, ignoro. Hoc ſcio ſatis illas diligenter exhiberi, & *Gruterum*, ac *Muratorium* ex hiſce exemplis poſſe emendari. *Ravennates* a *Deſiderio Spreto* collectas epigraphas potiſſimum heic deprehendi; aliæ tamen non deſunt. Correctionum, quas indicabam, exemplum eſto in *Muratoriana* Inſcriptione p. MCCCXCI. 5. ubi ſiglæ occurrunt C. G. Editor clariſſimus *Conjugi Gratiſſimæ* ſiglas interpretatus eſt; addidit tamen *niſi ſit* cariſſimæ; & *Cariſſimæ* ex uſitatiore formula legendum ex noſtro exemplo, ubi C. C. non C. G. ſcriptum reperio. Sic etiam *Muratorianæ* alteri Inſcriptioni p. DCCCLXX. 8. longe corruptiſſimæ medicam adhibebis manum ex noſtro libro, ubi illa ſic legitur.

D. M.
VICIA. M. L. GLAFYR
OB. MERITIS. EIVS
POSVERVNT. T. ALFIVS
LABIO. ET. MVRCIVS
ZANATIS. F. ET. SVAVIS
DE. LIBVRNA. DIANA.

Neque te terreat ſolœcum illud *ob meritis ejus*. Exempla alia non deſunt, quibus ſe tueatur.

Digitized by Google

III. Codicum Mss. uberior aliquanto quam Inſcriptionum copia . A domeſticis initium eſto, quorum conſulendorum copiam mihi fecit doctus *P. Lælius Coconatus* olim Matheſeos, nunc Bibliorum in *Mantuana* Academia explanator, ac Bibliothecæ præfectus.

Diſputatio de decem præceptis Decalogi, *auctore* R. P. Petro Viana e Soc. Jeſu , 4.
Ejuſdem *tractatus de contractibus*.

Ejuſdem *tractatus de cenſuris Eccleſiaſticis*. Extant præterea in hoc Ms. libro 1. *Tractatus de cenſuris & irregularitatibus*, auctore *R. P. Jacobo Gordonio* Theologo e Soc. Jeſu . 2. *Declaratio Bullæ Cœnæ Domini S. D. N. Clementis Papæ VIII.* auctore R. P. *Blaſio Mucantio* e Soc. Jeſu . 3. *dubitationes & reſponſiones* R. P. Alexandri Capraræ *in declarationem Decreti Sacræ Congreg. Cardinalium de caſibus reſervatis ſub Clemente VIII. & Paullo V.* 4. ejuſdem Capraræ *de excommunicationibus, quæ promulgantur, ut qui ſcit aliquod delictum, illud revelet judici, declaratio*.

Il momento prezioſo, ovvero ragionamenti in onore della Concezione di MARIA *Madre di Dio, con i quali ſi dimoſtra eſſere ſtata non ſolo immacolata, ma doviziosa, compoſti dal* P. Antonio Garbelli *della Compagnia di Geſu*, in fol. Fuit *Garbellius Brixianus*, ac poſtquam Concionatoris, ac *Mantuæ* Miſſionarii munere functus fuiſſet, obiit *Novellariæ* III. Eidus Octobres a. 1714. ſecundum & ſexageſimum ætatis annum, tertium & quadrageſimum ab ingreſſu in Societatem, viceſimum ſextum ab emiſſis quatuor ſolemnibus votis.

Meditazioni eſtemporanee del P. Cammillo Ettorri *ad uſo della ſua Congregazione dell' Aſſunta in Bologna*, fol.

De Thermarum Civitatis Aquenſis natura, viribus, & præſtantia Tractatus, quem *Joh. Baptiſta de Eccleſia* Phyſicus *Aquenſis* inſcripſit *Sereniſſimo Principi Vincentio Gonzagæ Mantuæ, & Montis Ferrati duci*. 4.

Codex autographus varia ſcripta *P. Antonii Poſſevinii* S. I. Viri Clariſſ. continens, nempe *Belli Belgici* commentarium, quem infra dabimus, epiſtolas tres Italicas, ad Fratrem *Andream Auguſtinienſem*, qui *Genevam* transfugerat unam, duas ad *Davinium Lucenſem* ab eruditiſſimo *P. Nicolao Ghezzio* brevi divulgandas ad calcem commentarii Italice ab ipſo redditi de rebus a *Poſſevinio* geſtis, aliaque non magni momenti. Fuit hic codex *Johannis Baptiſtæ Poſſevinii*. Non ſola tamen Poſſevinii ſcripta codex iſte complectitur. *Petri Fabri* unius e decem primis S. P. *Ignatii Lojolæ* ſociis Viri doctiſſimi epiſtola initio occurrit, quam, brevis quum ſit, heic ſtatim ſubjicio.

Reverendi Patris Magiſtri Petri Fabri ad Magiſtrum
Laynez de curandis Hæreticis epiſtola.
Gratia & pax Chriſti Redemptoris
Noſtri Mentes noſtras
inhabitet. Amen.

„ Miſſis ad me ſubinde litteris efflagitaveras; ut certos tibi ſtatuerem cano-
„ nes, & documenta; quibus divini verbi Miniſtri uti poſſent; ad extirpandos
„ ex animis hæreticorum errores, & inveteratos illorum morbos curandos; ſine
„ propriæ ſalutis jactura. Huic ergo petitioni nihil hucuſque reſpondi; nunc tem-
„ poris cauſatus anguſtias; nunc inquietudinem, quæ me domi habebat; incu-
„ ſans. Nec minus honeſto titulo mercari modo ſilentium poſſem infirmam hu-
„ jus manus valetudinem pro me adducens. Verum illud me potiſſimum purgat,
„ quod rationes, quales tu deſideras audire; mihi nullæ ſuccurrant; dicam ta-
„ men nonnullas; qualeſcumque citato ſcribentis calamo obvenerint.

„ Atque illud quidem primo loco monendi ſunt, qui ſalutem animarum ſiti-
„ entes, ad noſtræ tempeſtatis hæreticos commeant, ut Caritatis intimæ viſce-
„ ra, erga illos gerant ſincere; atque ardenter illos ament; nullas foventes ani-
„ mo cogitationes; quæ illos contemptu dignos ſuadeant.

Acce-

Digitized by Google

„ Accedit huc ſecundus Canon ; ut illos nobis conemur benevolos atque pro-
„ pitios reddere; ut recte de nobis & ſentiant , & judicent intra ſe . Hoc au-
„ tem conſequi non fuerit difficile; ſi familiariter illis convivamus; comiter al-
„ loquamur; nihil diſcrepantes , aut controvertentes ſed eorum tantum inſtitua-
„ tur ſermo ; quæ nobis cum illis conveniunt . Fugienda igitur in primis con-
„ troverſia ; ubi altera pars videatur alteram deprimere. Prius enim communi-
„ candum eſt in his quæ uniunt quam in iis quæ diverſitatem ſenſuum oſtende-
„ re videantur.

„ At vero quoniam hæc Lutheranorum ſecta filiorum eſt ſubſtractionis in per-
„ ditionem, ac prius in eis periit bene agendorum ſenſus; quam credendorum
„ fides; Medicinæ ordo ægritudinis ordinem ſequi debet. Progrediendum igitur
„ cum iis eſt ab iis quæ faciunt ad bene ſentiendum; ſecundum affectus ad ea,
„ quæ ſunt & faciunt ad recte credendum. Erat enim ſane olim in Eccleſiæ na-
„ ſcentis primordiis contrarius ordo ; ad avertendum ab infidelitate homines .
„ Hinc ſiquis erudiendus primum erat intellectus ; præceptis noſtræ fidei im-
„ buendus; hæc enim fides ex auditu eſt . Deinde ad recte ſentiendum de mo-
„ ribus; qui ſunt ſecundum fidem acceptam ; paullatim producebantur . At Lu-
„ theranos, ſi ad bonos mores redire ſuadeas ; facile ad ſanam fidem mentem-
„ que revocaveris. Si igitur in hominem incidas; cujus non ſolum doctrina im-
„ pia ſit, & pernicioſa; ſed vita etiam moribus corruptis perdita ; ut hic æger
„ releveiur, neceſſarium eſt ambagibus hic inde quæſitis ; ſenſim a moribus pra-
„ vis deterreri, nec antea ullum verbum de erroribus in fide faciendum . Ex-
„ pertus ego ipſe ſum aliquando . Cum enim vir quidam me rogaſſet, Lutheri
„ qui pertinaciter acquieverat rationibus, eriperem , ſi poſſem ; præſertim dog-
„ ma illud de conjugio Sacerdotum quod mordicus tenebat ; ego illico hominis
„ mores noſſe pertentavi . Protraxi itaque Sermonem ; ex familiari colloquio vi-
„ tam ejus deprehendi vitiorum ſordibus labefactatam . Aſſueverat enim mere-
„ triciis amoribus; multis retro annis. Ut hoc præſenſi , illuc appuli animum,
„ ut amores impudicos radicitus a corde avellerem , nihil interim de fide ſana
„ apud illum memorans; factus voti compos : nihil ultra neceſſe habui labora-
„ re, ſed ipſe, qui curabatur Domini gratia ; aperuit animæ oculos , & erro-
„ rum tenebras diffugere cœpit , quippe qui amorum pravitate , & ortum ha-
„ buerant & incrementum. Sed enim quia plerique omnes Lutheri ſcholæ hu-
„ manorum operum meritis excludendis miſere errant, oportebit primum opera,
„ quæ illi contemnunt , ſtabilire; deinde ad fulciendam fidem gradus facere ea
„ ſemper apud illos loquendo, quæ mirabilem virtutum amorem, & deſiderium
„ in ipſorum animum excitent; quod ut fiat illuſtrius , manifeſto exemplo oſten-
„ damus , Dicit tibi hæreticorum aliquis eccleſiam neque ad perſolvendum ho-
„ rarias preces, nec ad audiendum miſſæ ſacrum , nec ad ſimilia poſſe adige-
„ re , propoſita capitali pœna tranſgreſſoribus . Hujus tu mentem exhortatione
„ permoveas oportet , ut orationi & miſſæ libenter vacet , talem ſiquidem de-
„ votionem orationis & miſſæ temporibus ſtatutis habendæ , qui primum exclu-
„ dit, [illegible] fidei ultimum fecit naufragium. Erit autem magnum operæ pre-
„ tium animadvertere , quibuſnam erroribus præcipue innitantur Lutheranorum
„ capita & hæreſiarchæ ; hi nimirum in præcepta , ſanctioneſque eccleſiæ , ac
„ Sanctorum patrum acerbe inſultant ; at hoc quid eſt , quam exiguas ac pene
„ exhauſtas in ſe vires agnoſcere, ad bene obtemperandum , & laborem tole-
„ randum fidei; cum poſſe deſperant ut omnes canones præceptaque eccleſiæ ab
„ ipſis pure obſerventur ? Sunt igitur prædicatione hortatuque a puſillanimitate
„ ſpiritus, qua ſubmerguntur, erigendi , reficiendi , animandi , & Sancta ſpe im-
„ plendi, ut ſibi de ſe ipſis polliceantur, (in domini virtute , ſeu digito) non
„ ſolum quæ jubentur, præſtaturos , verum multo majoribus rebus ſuffectu-
„ ros. Intrepide dicere poſſum, ſi doctrinæ efficacia , & ardore ſpiritus Luthe-

ranus

,, ranus perſuaderetur ex temperandi voluntate omnia ſua alieno arbitrio mo-
,, deranda concedere, ac religionis cultum, quem ſemel exuit, reſumere; hoc in-
,, quam, ſi perſuaderetur Lutheranus facere eadem opera, hæreticus eſſe deſine-
,, ret ſine alia digladiatione, aut controverſia. Nec negaverim tamen, ingenii
,, robore ſpiritus, inflammatione cordis non tepida Lutherano opus fore, ad
,, tantam firmitatem in bono, & humilitatem, & tolerantiam, ac id genus vir-
,, tutes conſequendas. Sunt enim haud dubie omnes neceſſariæ hujuſmodi, ex
,, tanta miſeria & ſubverſione in feliciſſimum ſtatum migraturo; unde colligi-
,, mus non eſſe datum humanæ prudentiæ ſibi polliceri certam ſuorum hæreti-
,, corum reductionem; difficile enim, ne dicam impoſſibile eſt ad reſipiſcendum
,, emolliri homines ſubverſos, niſi Dei digitus in homine per hominem divini-
,, tus operetur. Siquis etiam apud illos argumentorum ignarus, aut certe negli-
,, gens loqueretur de vitæ honeſtate, de virtutum ornamentis, de orationis fru-
,, ctu, de mortis agone, de inferni cruciatibus, aut hujuſmodi aliis, quæ vel
,, ipſos Ethnicos permoverent ad vitam frugaliorem, hic nimirum multo plus
,, prodeſſet hæreticis, quam alius quivis, auctoritatibus & locis argumentorum
,, onuſtus ad evincendum. Et ut ſemel omnia dicam, hæc gens admonitioni-
,, bus, exhortationibusque ſuadenda eſt mores corrigere, Dei amore aut timore
,, frænari. Sic enim fiet, ut puſillanimitatem exuant, tædium divinorum abji-
,, ciant, mentis evagationem ſiſtant, & alia multa compeſcant, quæ revera non
,, prius intellectum oppugnarunt aut læſerunt, quam manus pedeſque tum cor-
,, poris tum animi. Chriſtus Redemptor omnium ſpiritus ſui divini ope caden-
,, tes ſuſtineat, & lapſos erigat: novit enim optime, verbum ſuum libris ſcri-
,, ptum non ſufficere. Finem fecero, ſi te prius rogem, memineris me hæc ſcri-
,, pſiſſe gratia obſequendi Sancto Spiritui ſolo, qui te ad hoc poſtulandum im-
,, pulit. Si locum meditationi, mentique intimæ dediſſem, plura fortaſſe occur-
,, rerent in rem præſentem; ſed ut mihi perſuadeo, omnia redigi poſſunt ad
,, canones prædictos. Vale.

IV. Alii quoque Codices ſunt in domeſtica Bibliotheca, ut *Paſſio* I. C. *ſecundum* IV. *Evangeliſtas explicata per* R. P. Benedictum Pererium *Romæ*, *Lezioni del* R. P. Salmerone *ſopra la paſſione di Noſtro Signore*, *Africa Petrarcæ*, in cujus operis fronte exſtat *ſermo de publicatione Africæ Petrarcæ compoſitus per Venerabilem artium, & medicinæ doctorem* D. Petrum Paullum de Verzeriis *in civili jure peritum* cum ejuſdem *in Africam* argumentis hexametro carmine comprehenſis. Sed ceteris præſtat Codex in fol. ſæc. XV. Ignotum illis, qui de controverſia eo ſæculo *Platonicos* inter, atque *Platonis* hoſtes celeberrima commentati aliquid ſunt, opuſculum continet. Auctor ejus *Andreas Georgii Trapezuntii* filius, & *Jacobo Volaterrano* teſte in Diario ad ann. 1479. Apoſtolicus ſcriptor. Norunt eruditi viri, editis a *Georgio Andreæ* patre *comparationibus Philoſophorum Ariſtotelis & Platonis*, *Beſſarionem* Cardinalem *Nicænum* pro *Platone*, cujus ſtudioſiſſimus erat, in arenam adverſus *Georgium* deſcendiſſe, & quatuor *Platonis* calumniatori (ſic enim *Georgium* tacito illius nomine denotavit) Libros oppoſuiſſe. Quæ præterea ex *comparationibus* illis profectæ ſint *Georgio* calamitates, plures ſcriptis prodiderunt, atque in his *Angelus Maria* Cardinalis *Quirinius Diatribæ præliminaris ad epiſtolas Franciſci Barbari* p. 1. *cap.* 111. §. 1., & *Apoſtolus Zenius Diſſertationum Voſſianarum T.* 11. *pag.* 21. Interea *Johannes Alerienſis* Epiſcopus a. 1469. L. *Apulejum*, *& Alcinoum Sveinheimii & Pannartzii* typis excuſum *Paullo* II. inſcripſit epiſtola, quæ *Beſſarionem* pluribus laudibus effert, eo præſertim nomine, quod *Platonem* a malevolentiſſimorum hominum calumniis vindicarit. Rem indigne tulit *Andreas Georgii* filius, & libellum in veteris Patris ſui defenſionem, *Platoniſque*, ut ille quidem rebatur, accuſationem æquiſſimam perſcripſit, ac *Paullo* ipſi ſecundo nuncupavit. In nitidiſſimo codice opuſculum hocce continetur. Præfationem heic ego deſcribam, indiculum capitum, & demum,

Digitized by Google

mum, qua clauditur opus, perorationem, ſeu potius *Alerienſis* vehementiſſimam inſectationem.

Ad Divum Paulum Venetum Pontificem Maximum,
Andreæ Trapezuntii Georgii Filii contra Platonem
ex Doctorum auctoritate

P R Æ F A T I O.

,, QUum ſuperioribus diebus à quodam ſingulari ingenio liberalibuſque lit-
,, teris non mediocriter prædito ad convivium vocati amice fuiſſemus,
,, Beatiſſime Pater, venimus præter convivarum morem nimium tempeſti-
,, vi, ne forte noſtra expectatio eſſet cæteris tædio; nobis inſolentiæ criminique
,, tribueretur. Ibi cum pleroſque offendiſſem doctos quidem viros, & prudentes,
,, ſtatim lætari ipſe cœpi non epularum ſatietatem, ſed bonarum aliquid inde
,, litterarum domum eſſe me importaturum. Accubuimus igitur menſa, & tan-
,, dem inter luxum, atque rerum omnium copiam lautiſſimam, & convivatoris
,, hilaritatem, cecidit, neſcio quo pacto, de Seneca Sermo, quem inter Sanctos
,, ex cujuſdam ſententia quidam amœni cultique ingenii Theologiam præ ſe o-
,, ſtentans reponendum maximopere contendebat. Unus item, & alter contra:
,, plerique illo teſtimonio hærentes ſententiam opinionemque ſuſpendebant ſuam.
,, Hic ego quamvis arrogantiæ vitium in eo eruditorum conſpectu pertimeſce-
,, bam, rei tamen aſperitate & novitate perculſus, liberalius interceſſi & gen-
,, tilitate ſervientem nulla ratione ſimili vero in Cœlos commigrare poſſe inter-
,, poſui. Atque mihi Summorum teſtimoniis hominum, & argumentis meam
,, compluribus cauſam præfulcire & convalere cupienti occurrit unus ſcitus qui-
,, dem, & apprime litteratus; qui non ultra verbum paſſus perinde aliquod a
,, me quaſi prophane dictum offendiſſet, horrenti capillo, vultu minaci, oculis
,, extantibus neſcio quo etiam vitio intra latitante increvit aſſultans, ac ingen-
,, ti latratu edito, me, qui Senecæ non accederem, ad impietatem relegabat.
,, Cui clementius retuli: Parce, mi, inquam, Pater; non ego cuipiam infide
,, obtrecto, ſed evidentiſſimis documentis & numquam fallentibus contra Sene-
,, cam pie quod dixi homini turbatione minime occupato probari poſſe confido.
,, Nam & *Auguſtinus* libro *de Civitate Dei* ſexto: & *Lactantius* refert *Senecam*
,, impietati addictum gentilitati admodum ſerviviſſe. Quod ſi nos ad hiſtoricos
,, quoque, eos præſertim, qui pæne ex viſu rem omnem *Senecæ* perluſtrarunt,
,, convertemus, inveniemus profecto noſtræ certiſſima opinationis adjumenta.
,, Quippe *Cornelius Tacitus* celeberrimus hiſtoriæ Scriptor Senecam ſcribit impe-
,, rii affectati cauſa in *Neronem* conſpiraſſe; deprehenſumque, dum ultimo ſup-
,, plicio ſanguinis venæ ſolutione mitteretur, exclamaſſe: *Libo ſanguinem meum*
,, *Jovi liberatori*, exceſſiſſeque protinus de vita; & ex ſuis Codicillis concrema-
,, tum. His compluribuſque aliis non debere Stoica, & impia profitentem in
,, Sanctorum Dei numero cooptari affirmabam. At ille cervice paulo remiſſiore
,, ne proſtratus omnino videretur, inſtabat teſtimonio verecundius. Tum ego
,, ubi adverſarium non obſcuro vultus, & vocis elangueſcentis ſigno ex ſenten-
,, tia pæne dejectum animadverti, ſtatim *Boetium*, *Auguſtinum*, & *Thomam in*
,, *prima & ſecunda ſecundæ*, ardentius in medium protuli; nec in iſtius modi
,, cauſis credere teſtibus ex eorum ſententia oportere; Sed illis, quæ a Catho-
,, lica Eccleſia, ejuſque adminiſtratore Pontifice Maximo decretæ ſunt vel et-
,, iam deciſæ apparent. Ideo ſicut plerique adverſantium non idcirco verba evan-
,, gelii de *Johanne ſic volo manere* contra grammaticas rationem, vim rerum
,, contraque *Marcum*, & *Matthæum* evangeliſtas legi affirmative volunt, quia *Au-*
,, *guſtinus* cæterive retulerunt; ita pari ego argumento non pleriſque allucinato-
,, ribus,

„ ribus, improbe tamen, falſo, depravate, & corrupte ex *Auguſtino Platonem*
„ ſummis laudibus in Cœlum provehentibus, ut illius bilem acriuſcule incen-
„ derem, protento brachio credendum affirmavi. Non hæc fuerunt illi verba,
„ Beatiſſime Pater; non vox lenis; non clemens reſponſio; ſed ſpicula quædam
„ in hominis corpus, vitamque eiaculata, atque contorta, nec ultra diſtulit mi-
„ ſer: ea hora ſuper menſam inflammatus, vociferabundus ſella ſubitaria exi-
„ liit; omnem domum queſtibus, injuriis, maledicentiſſimoque furore opplevit.
„ Ac dum tanta e ſede mentis motione oculos in ſe omnium ſtupidos conver-
„ tiſſet moxque conciti furoris cauſam omnes agnoviſſent, pro ridiculo habitus
„ in geſticulatorum, ludionumque genere perlibenter ponebatur. At ego ut ri-
„ ſum laxiorem, ne ſtomachum dicam, tantis iſtius ineptiis permoverem, ſub-
„ ridens pugniculos, &, ut aiunt, ſtimulos addebam, hominem uno verbulo
„ facile inſanientem in acorem ſuæ bilis conflammabam; quem poſtea quam
„ inardeſcere, dentibus frendere, oculis ſcintillare, inque ſpumas albentes ore
„ toto efferveſcere vidi, iratiorem etiam me aliquanto diſſimulavi; ac fidenti
„ animo præſentique negavi, *Platonem* Virum bonum, aut eruditum fuiſſe un-
„ quam vel etiam appellatum: quid plura? veri homo impatiens, & *Platonis*
„ hæreſi infeliciter obligatus velut ſuperſtitione quadam imbutus impium me
„ protinus & conburendum inclamavit, qui *Platonem* ſuum uſque adeo damnare
„ auderem: Cujus unius inſtituta & mores cum fide Catholica tantopere con-
„ venirent. Demiſi illico hominem, Beatiſſime Pater, non ſuſpitione & conje-
„ ctura, ſed crimine ac flagitii obſcænitate id temporis debaccantem, & cum
„ *Lampugnino Barago* homine alioqui cultu litterarum non ignobili deflagrantem,
„ indeque profectus domum regreſſus ſum. Ubi rem acerbam ipſe mecum re-
„ putans: ego ne ſciens, prudenſque patiar in fidei everſionem *Paulo Veneto* Pon-
„ tifice maximo atque Sanctiſſimo regnante, *Platonem* omnium impuritatum ca-
„ tinam excitari? a cujus ſcriptis omnes hæreticos omniaque feruntur flagitia
„ orta & conſtituta? Non mihi veniet in mentem illud Chriſti in evangelio;
„ *Siquis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo;*
„ *& ſiquis erubeſcet ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in*
„ *majeſtate ſua, & Patris, & Sanctorum Angelorum?* Quamobrem ſtatim fide ac
„ religione accinctus, horum volui cupiditatibus obviam ire, & ex auctoritate
„ doctorum Eccleſiæ, gentiliumque hominum in iſtis meis graviſſimis caſibus *Pla-*
„ *tonicorum* nefarios turpitudinum errores, ſuperſtitioneſque mortiferas ſopire,
„ atque duorum maledicentiſſimorum ora obſtruere: quæ ultra jam verba video
„ in tua curia, Dive *Paule Secunde*, adſcripta temere fanaticeque proveniſſe.
„ Etenim quum duæ confutationis viæ ſint, unæ rationis, alteræ teſtimonii;
„ quod argumentis agitur, & quo nihil efficacius, & ingenioſius eſt, a *Geor-*
„ *gio Trapezuntio* patre meo homine doctiſſimo, & de Chriſtianitate optime me-
„ rito in tres libros *Caliſti* pontificatu feliciſſime digeſtum per omnem latinita-
„ tem, uno omnium juditio legitur, ingenueque comprobatur, & ita ab adver-
„ ſariis reprobatur, ut inviti vel lectitent, vel imitentur. Nec barbaricam im-
„ preſſoris officinam, aut margines minio reſparſas opus eſt, ut vulgentur, &
„ oculis ſubjiciantur, quando ſolo rerum ſplendore, & ſcriptoris celebritate au-
„ ctoritateque moti vel ex ultimo terræ tractu homines propria impenſa librum
„ Senis calamitoſi perdiſcunt, & deſcribendo æmulantur. Cui in ſempiternam
„ *Trapezuntii* famam per docta Virorum ora volitanti nullus ad hunc uſque,
„ quod videatur, diem quicquam reſcribere, aut quicquam comminiſci potuit:
„ quamquam adverſus hoc divinum *Trapezuntii* opus neſcio quos ferant partu-
„ rire. Caveant obſecro jam amplius decennio, ne cum obſtetricibus abortent,
„ cum intra illud tempus ſciam parere etiam elephantes ſolere. Teſtimonia ve-
„ ro quia facilioris, & forſan curæ ſupervacaneæ videbantur, omiſſa, in hoc
„ mihi, credo, tempus reſervata dignum recipere neceſſariumque judicavi. Quid
mihi

,, mihi enim honeſtius, & homini in hac peregrinatione, variaque fortuna fluctuanti glorioſius eſſe poteſt quam eam manu quaſi conſerta ejiciendam cauſam & in lucem Sanctorum auctoritate improbandam vendicare, in quam magno, ac excellenti ingenio viri quicquid ſtudio & opere conſumi poterat, poſthabitis hominum ſtudiis, & gratia, conterendam, extinilandamque contulerunt. Atque his præſertim temporibus aggrediendum pio ac forti animo oportet, quibus Chriſti Dei noſtri religio & fides a pleriſque, quorum animis platonica caligo offuſa eſt, ſumma contagione & ſtudio quatitur undique, ac improbiſſimis Scriptis in ipſa præjudicata jam cauſa, eademque conciliorum deciſu olim demortua in tantum pertentatur, ut divinæ majeſtatis adoratio, & latria *Platoni* & dictis & ſcriptis teterrime pertinaciterque ab iſtis emiſſariis concedatur; qui admodum cupide omnia improbe, ac impotenter agitando, & in pravum durando, frangi citius malunt quam corrigi, vitium defendere quam ſui erroris atque improbitatis cauſam deprecari: adeo ſervile, deforme, ſupinumque eſſe putant, ſi opinionem illiberalem ratione ingenua mutent, atque habitum animi ſemel conſtitutum publico judicio evicti refringant, & abjiciant. Multi jam haud ſcio qua procaci licentia freti, aut benivolentiæ conciliandæ, favoriſque emerendi gratia ducti, contra omnem veritatem contraque religionis jus nulla orationis gratia & venire & ſcribere præſumpſerunt. *Ferdinandus* in primis *Cordubenſis Platonis* vitam cum Chriſti vita comparandam dicit; at Sancti *Franciſci* ridet, ipſum præterea *Platonem* ex Virgine ortum ad *Chriſti* ſimilitudinem, Evangeliumque *in principio erat verbum* ſcripſiſſe. Huic profano homini in tanto peccatu ſatis reſponſum per *Nicolaum* Epiſcopum *Ortanum*, unum noſtræ ætatis Chriſtianiſſimum libro ad tuam Sanctitudinem dicato, ubi, ratione adducta, *Fernandi* opus, quo nec quicquam inimicitius fidei chriſtianæ arbitratur, igni dandum pientiſſime confirmavit. Ecce nunc alter autem Platoniciſſimus e quibus neſcio gurguſtiis erutus *Joannes Andreas* Epiſcopus *Alarienſis* ſuis ad te litteris pro commendatione *Platonis* & *Apuleii* datis, igne furoris exuſtus *Platonem divinitatis Secretarium*: (veh miſeris chriſtianis!) ſcribere & appellare auſus eſt, atque ſecundum *Hiſpanum* etiam ſceleratiſſime profiteri, cujus inimicos . . . . ., & olenticetis ac in cocitos infernos æſtuoſoſque phlegetontes, ac igneos amnes merſari impuriſſimo ore & litteris faſſus eſt: Quid igitur ſcriberet pro homine celebri & religioſo, cum propter hominem flagitioſiſſimum eundemque perditiſſimum de officio ac fide decedat? ut neque chriſtianę rei publicæ neque exiſtimationis ſuæ, ſi qua tamen ſit, periculo motus in tantam ſuſpitionem, vituperationemque devenerit. O levem hominem! o excordem jactatorem & linſaticum! qui rationes *Trapezuntinas* quum neque ipſe ſuo aurito ingenio attingere, neque quivis accedere ad illas, aut aſpirare poſſit, ad convitia & contumelias inſanorum hominum, atque ſordidorum more prorumpens adeo a religione officii declinavit; & invidentiæ odiique fretu efferbuit, ut in *Georgii Trapezuntii* ætate affecta, viribuſque deſtitutis non litterarum laudem, non gloriam, non fortunas, remque domeſticam, ſed hominis integerrimi atque omnis diſciplinæ parentis vitam, ſanguinemque tentarit. Quem a fide catholica Epiſcopum in tuo auguſtiſſimo conſpectu tantum ſecedere miror, ac cauſam ratione, ac verbis obſoletam cum ſermone quotidiano uſurpare, tum litteris mandare potuiſſe equidem demiror. Quod ſi etiam aliquando futurum, ut aliquis in contemptionem, & fidei opprobrium impie cogitare, ac prophane ſcribere auderet, numquam tamen exiſtimavi, *Joannem Andream* Epiſcopum *Alarienſem* hominem, antea, ut opinabar, honeſtis excultum litteris, liberali judicio ornatum, eam cauſam, atque *Platonis* defenſionem in tua Curia ſuſcepturum, quæ pertinacium hominum impudentiæ magis, quam ipſius Epiſcopali profeſſioni, atque pietati chriſtianæ conveniret. Quare ſi umquam chriſtiana reſpublica Pon-

,, tiſicis

,, tificis ſui auctoritatem, animum, providentiam, animadverſionemque implo-
,, ravit, hoc tempore, quo Platonica inſtitutio fidei Romanæ expultrix excita-
,, tur, & ſub venenoſa orationis ſolertia, immo dicacitate ſcurrili, & ſcenica
,, comprobatione augetur; hoc inquam tempore implorat, requirit, imprecatur.
,, Etenim quum nulla extra Trinitatem perſona eſt, quæ divinitatis notionem,
,, aut omnino aut ulla de re ex ſe cognoſcere poteſt; quonam tandem pacto,
,, flagitioſiſſimo, & uni omnium lutulentiſſimo *Platoni* illius ſanctiſſimæ divini-
,, tatis ratio, perceptio, & ſecreta conſtabunt? Sed ſi impie *Alarienſis* aſſevera-
,, re, & liberius, ac impunitius dogma invulgare permittetur, neceſſario chri-
,, ſtianis hominibus chriſtianam fidem pernegandam & platonicam gentilitatem
,, ad quam ceteri ſenſim alliciuntur ultro aſciſcendam concedetur. At vero ſi
,, is ſuæ ſcurrilitatis ac hujus prophani rationem facti repoſceretur (quod neque
,, impietas negari neque defendi poteſt) riſu ne, an joco aliquo ſallo, & ur-
,, bano & ſermone in verbis præſtante ita ſe ſe paulo liberalius vertet; quin voce,
,, vultu, geſtu, totoque corporis habitu confeſſionem criminis exprimat. Ca-
,, vendum itaque nobis ſolius Chriſti fidem amplexantibus oppido eſſe arbitror,
,, deque corvini corii flamma, & nidore mentem noſtram ac ſepta omnia illi-
,, nienda circum, ne mala tactu, viſuque obnoxio, & auditu vipera platonicum
,, dogma de paſta & effarcinata affatim ſenſim irrepat, lædat, ſuumque illud
,, virus triſulca lingua vibret, inſibilet, atque inſpiret. A qua viroſiſſima ratio-
,, ne: ut iſte *Alarienſis*, & *Hiſpanus* ac ſuæ ceteri hæreſeos ſubſcriptores devo-
,, centur, & nobiſcum in fide catholica, eademque Apoſtolica veritatem agno-
,, ſcentes finem pertinaciæ faciant quandoque: eam *Platonis* nequitiam chriſtia-
,, no utique homini ſupplodendam ex Majorum auctoritate, qua hi tueri ſe di-
,, cunt, in tanta omnia mearum fortunarum conflagratione, pie mihi illuſtran-
,, dum putavi, ut vel hinc platonica dogmata ejicienda eſſe penitus neceſſe ha-
,, beant omnes confiteri atque planiſſime judicare, ipſum *Alarienſem* urendum
,, fore qui nos, qui doctoribus Eccleſiæ, Platonem damnantibus, & accuratiſſi-
,, me juribus omnibus refragrantibus ſuffragamur, auſerit igne dignos judicare.
,, Nec vero mihi omnia in hanc cauſam amplectendi ſubiit voluntas, qui ope-
,, ris compendio, & rei perſpicuitate prætermitto immenſam illam ſylvam *Al-*
,, *bertum Magnum*, *Thomam*, *Alexandrum*, omnemque ex iis ſcholam, a quibus
,, in omni philoſophiæ ſtudio & genere reprehenditur acriter, refellitur, & dam-
,, natur divinus illorum magiſter *Plato*, a cujus ſcriptis omnem *Aecii*, *Eunomii*,
,, *Arii*, *Origenis* aliorumque hæreticorum rationem & dogma, vel *Dionyſio Areopa-*
,, *gita*, & *Baſilio Magno* auctoribus apertiſſime, planiſſimeque ductam demonſtra-
,, tur: quorum locos omnes ſi cumulatius adnotarem, vereor, ne in immenſum
,, operi excreſcenti modus finiſque deſideretur, neve lectori tædium, & pleriſ-
,, que faſtidium parem. Quare hæc profuſiora in aliud otium, uſumque ſeque-
,, ſtrentur, & alio ſtylo conlectanda relinquantur, ſi quando ab his noſtris pe-
,, racerbiſſimis difficultatibus vel prorſus, vel quadam ex parte benigno Dei mu-
,, nere liberati quietem impetrabimus. Inpræſentia vero tibi, Dive *Paule ſecun-*
,, *de*, qui Chriſti fidem, atque ejus Sacroſanctam Eccleſiam puram, immacula-
,, tanque ſuſtentas, auges, & moderaris, hanc meam lucubratiunculam officio-
,, ſo ſtudio ſuſceptam devoveo, & offero, non quod tuam Sanctitudinem dete-
,, ſtanda *Platonis* impietas prætereat, ſed ſub tuo nomine fidei auctore, duce fe-
,, licitatis, auſpice victoriæ tanta Doctorum Eccleſiæ, aliorumque teſtimonia
,, contra tuos adverſarios probe, atque integre lectitentur, ut quo magis dog-
,, ma platonicum ſub falſa & corrupta teſtium interpretatione inſinuatur, hoc
,, amplius in eorundem lacera & pura exſcriptione conſignantius condemnetur.
,, Verum ut uno percurras obtutu, quibus auctoribus in hac tuæ Sanctitudinis,
,, id eſt Romanæ Eccleſiæ cauſa innitar, & in quibus *Platonem* nunc pientiſſi-
,, me arguam, adnoto ex *Hieronymo*, *Auguſtino*, *Ambroſio*, *Thoma*, *Chryſoſtomo*,

,, Eu-

Digitized by Google

,, *Euſebio*, *Polycrate*, *Lactantio*, *Cicerone*, *Varrone*, *Seneca*, *Macrobio*, *Gellio*,
,, *Poſſidonio*, *Martiali*, & ipſo *Platone*, *Porphyrio*, *Plotino*, *Proclo*, *Numenio*, *Phi-*
,, *lone Joſepho*, *Plutarco*, *Laercio*, *Bardeſane*, *Plinio*, *Ariſtotele*, *Didimo*, *Severo*,
,, *Alcinoo*, *Gemiſto*, *Apuleioque*. Capita autem in quibus aliud quandoque inter-
,, feritur, & ſumma hæc eſt:
,, I. *De multitudine Deorum ſecundum Platonem*.
,, II. *Quod mundus animal eſt ſecundum Platonem*.
,, III. *De tranſitione animarum ad bruta ſecundum Platonem*.
,, IV. *Contra poſitionem* Platonis *de anima*.
,, V. *De ideis ſeparatis extantibus ſecundum Platonem*.
,, VI. *Contra* Porphyrium *platonicum inimicum fidei*.
,, VII. *Quod in* Platone *ſola verba*, *& inconſtantia eſt*.
,, VIII. *De ebrietatis conceſſu ſecundum* Platonem.
,, IX. *De morte* Platonis.
,, X. *De communitate mulierum ſecundum* Platonem.
,, XI. *Quod eadem exercitia maribus & fœminis ſint ſecundum* Platonem.
,, XII. *De irriſione & reprehenſione* Platonis.
,, XIII. *De furtis* Platonis *ex aliorum libris*.
,, XIIII. *De flagitioſiſſimis* Platonis *amoribus in pueros*.

Hactenus præfatio. Sequuntur teſtimonia adverſus *Platonem*; tum *Andreas* opus ita concludit.

,, Functo igitur operis hujus officio à nobis pro veritatis defenſione ſuſcepto, &
,, tanto *Platonicorum* ſtrepitu, quoad ejus potuimus, in medium, Beatiſſime Pa-
,, ter, promulgato, reliquum eſt, hanc controverſiam de Patrum etiam aucto-
,, ritate præjudicatuque decidi atque definiri hoc tempore oportere. Nam quum
,, maxima chriſtianorum documenta inſtitutorum hinc pendeant, non ad recte
,, ſolum politiceque vivendum, ſed quod longe ſanctius habetur, ad beate ſem-
,, piterneque eo fruendum bono, quod Deus eſt, neceſſarium omnes, qui Dei
,, timore aguntur, reputant in finem atque ſententiam deveniendum, atque ſta-
,, tuendum, quænam tandem via, qui modus, quæve portio & doctrina ſit chri-
,, ſtianis hominibus prope ineunda, perpetuoque retinenda: Duas quippe eſſe vias
,, nunc video, quibus noſtra omnis cura & otium traducitur; Una *Ariſtotelica*,
,, *Platonica* altera; hanc ſemper vel ab ipſo inventoris primordio exploſam & a
,, fidelibus ne tantillo æſtimatam, ſuſceptam, aut commendatam, quin ab om-
,, nibus ſemper reprehenſam, ſemper coercitam, tanquam præſtigiarum genus,
,, acerbiſſime ejectam conſtat; Ariſtotelicam vero, ut primum introducta & in-
,, tellecta non ab gentibus tantum, ſed a chriſtianis etiam fuit, mirifice admo-
,, dum receptam, & illuſtratam, atque ceteris, quæ digitum uſpiam profere-
,, bant, rejectis & protritis ornatam ſummopere, & conſervatam videmus, ut
,, *Platonica* inſtitutio olim e cœlo, ut ajunt, deducta, qui aperte eam, & ſine
,, rubore palam profiteri, a profeſſioneque Platonicum appellare ſe malit, ha-
,, beat neminem: At ſancta illa omnibus expetita, & a natura ipſa deſiderata
,, veritatis, ideſt *Ariſtotelis* philoſophia ad chriſtianorum utilitatem & veri in-
,, veſtigationem Dei bonitate hominibus tributa, exculta ſemper fuit, ſemper
,, approbata; Nunc vero a toto orbe, Romana Eccleſia benigniſſime favente,
,, ſumma in celebritate, gloriaque perlegitur ſola publice, ſola edi[illegible]itur, pro-
,, que ea ſola certatur, a qua omnes Theologiæ profeſſores *Thomatiſtæ*, *Scoti-*
,, *ſtæ*, ac plerique omnes optimarum artium cupidi uſque adeo omnia operoſe
,, hauſerunt, ut ad comprobationem omnium, quæ a revelatione non pendent,
,, atque ad divinarum, humanarumque rerum, quæ hominis ſtudio, & ratione
,, comprehenduntur, ac percipiuntur, eruditionem ſolius *Ariſtotelicæ* diſciplinæ
,, dumtaxat argumenta deprompſerint ampliſſime, & ad perſuadendum viribus
,, omnibus liberaliſſime compararint: ac eos, qui *Ariſtotelicos* ſe eſſe faterentur,

„ inſcriberent, & appellarent, nullus ne Græcorum quidem condemnavit: cum
„ *Platonem*, & *Platonicos* publice privatimque repræhenſos, acerbiſſime proſciſſos,
„ atque dilaceratos ſcimus. Quorum fidei doctorum nullus in tot, tantiſque ar-
„ gumentationibus, vel uno verbulo, græce aut latine *Platonem* admiſiſſe um-
„ quam, aut probaviſſe invenitur; immo velut in comunem humani generis ho-
„ ſtem & impurarum rationum ſentinam fœtulentam omne ſtudium ſuum, o-
„ mnem pietatem, fideliſque animi contentionem in eum converterunt. Ac
„ quod maximum, minimeque obſcurum imprimis documentum eſt, nihil in
„ illo pietatis, nihil ſanitatis, nihil eruditionis eſſe, quoniam Theologi, fi-
„ deique profeſſores nullam inde rationem promunt, iſti fundamentum & veſti-
„ gium Platonicæ eruditionis putant. Quomodo igitur nondum pruditum aut per-
„ tæſum eſt, *Alarienſem* linguacem locutorem, cujus ex ore oratio verſatur, ejuſ-
„ que aures ad præcellenti excellentia nobilitateque doctrinæ voces clauſæ obrigue-
„ runt; adverſum nos *Marſyanam* pœnam aut papaver, & aſilum, digna certe au-
„ ctore ſuo Apuleio magico *Platonico* admiranda miracula, referre?
„ Licuit ne Epiſcopo ſe chriſtianum nominante aut platonica dogmata atque
„ gentilia ſuis impreſſoribus ac pulchris diffinitoribus fucata commendatione or-
„ nare, aut *Apulejum*, quem, more platonico, divinitate ſub alieno titulo affe-
„ ctata, *Herculem Alexiacum Ephesii* ſimulacro conſtituto adorabant, tam inſul-
„ ſa, inepta, & pugnaci oratione ad imitationem chriſtianis proponere licuit?
„ Veniat etiam, inquit, *Therſites*; erunt *Achilles*: prodeant *Marſyæ*; erunt
„ *Apollines*. Dic mi tu, o *Alarienſis*, ubi tuus *Apollo*? ubi tuus *Achilles*? Qui-
„ cum paribus armis decernatur? Cur cum decennium amplius itum in cam-
„ pum, & pulverem eſt: Cur quiſquam veſtrum nec fictilibus quidem armis,
„ aut perſonatis faciebus, thyrſis hedera veſtitis deſcendere auſus, aut ſe con-
„ ſpici paſſus eſt? Cur ſi tanto jam tempore *Platoni* veſtro dicas inſcripſimus,
„ & qui reum ſordidatum defenderet, nemo inventus eſt? nunc quod præma-
„ gni cordis, & meticuloſi eſt, contumeliis, & criminationibus afflicti diſtrahi-
„ mur? Cur hac tempeſtate o vos, qui ex litterarum prato herbam tribuiſtis,
„ tam impudica conſcribitis? & judicium facitis rerum, quarum perceptio & no-
„ tio vel tenuiſſima vobis non eſt? O Chriſti benignitas! o clementia! o expe-
„ ctatio & inexcuſabilitatis mora, quid importetis, neſcio. Duximus triumphum
„ plures jam annos, & antea de celebritate quam in capitolium Curru flectere-
„ tur, congeſſimus more triumphali, *Platonem* cum ſuo *Theodoro Gaza* in carce-
„ rem tenebrarum, impietatis, & litterarum ignorantiæ omnium: Nunc in vi-
„ ctoria præſcripta circum ducta pompa ubi opima divini ſpolia *Platonis* gehen-
„ næ ſacravimus revocamur ſub iniquo Marte ad pugnam? Sed eatur Chriſto
„ auſpice in Campum, agitetur de integro, æqua tamen lance, cauſa cum
„ *Fernando*, & *Alarienſi*, cæteriſque advocatis patronis, & alumnis, cum eo-
„ rum tot tantiſque advocationibus, tantis caſtigationibus, tantis lituris & mo-
„ nitoribus parati fuimus, ſemperque erimus in quemcumque diem cauſæ adeſſe
„ vix præſentes nos exibemus, alacres, & lætos pro omnium Chriſtianorum,
„ & *Ariſtotelis* defenſione pari marte cum quibuſque pugnatores. Et quo noſtri
„ fidentem animi ac infractam magnitudinem ex corculo *Trapezuntiano* perſpe-
„ ctent, belli ſignum hujus noſtræ ſcriptionis tuba præcinimus, *Platonica* ad lit-
„ terarum arma depoſcimus, in comune omnium doctrinarum judicium, & cer-
„ men ultro provocamus, atque laceſſimus chriſtiano quolibet judice, ac diſce-
„ ptatore, vel ſi hunc rejiciunt ſubſortiantur ipſi quem volent, cum non ſit cur
„ adverſarios vel in judices iſta in cauſa vereamur, quando & Aſiaticus ille
„ Scipio tribunorum collegium, cui Graccus præerat inimicus, tam fidenter ap-
„ pellaverit. Quod ſi ſcribendo nolunt ad cauſam accedere, ſed e ſugeſtu, aut
„ extemporali contendere nobiſcum oratione malent adſumus vel inmediati ad

„ omne

,, omne pro veritate certamen, & contra *Platonem* pro divina Ariſtotelis doctrina
,, & ſplendore omnem noſtram curam, ſtudium, ingenium interponimus, nec
,, aliam quam experti ſunt, ſibi in hac queſtione polliceantur doctorum exiſti-
,, mationem: An ignorant in *Trapezuntiano* Sacrario noctuas naſci, & nutriri
,, aquilas? Sed parce, Beatiſſime Pater, ſi præ indignatione laceſſentibus reſpon-
,, deo. Non enim primus laceſſivi; non ſcripſi, ſed reſcribo nunc, ac punctus
,, repungo, vicemque revocatus in partem reddo.

,, Sed venio ad teſtes. quid dicent jam iſti rerum narratores, Beatiſſime Pa-
,, ter, media luce caligantes? quid reſpondebunt iis teſtibus? Negabunt Genti-
,, les? at ſui, hoc eſt *Platonici* ſe ſe illi profitentur, a quibus iſti ipſi ingenio-
,, ſi & admodum ſcoli calumniatores ad litteram omnia depingere non erubue-
,, runt. Noſtris autem Chriſtianis, *Ambroſio*, *Auguſtino*, *Hieronymo*, *Chryſoſtomo*,
,, *Thomæ*, quid inquam referre verecundius, aut adducere poterunt modeſtius?
,, Damnatur ab iis *Plato*, & *Platonici* omnes, quibus omnia ſuperſtitionis & fla-
,, gitii peſtifera dogmata imputantur, atque referuntur.

,, Et nos tum rebus tum ſanctis auctoribus divina gloria fruentibus, de ma-
,, jeſtate divina, que omni laudis genere *Platonem* improbantibus animo & ver-
,, bis accedere verebimur? quid garit *Fernandus* novicius? quid *Alarienſis* ex-
,, trarius blaterat? qui *Platonem* in medio chriſtianitatis templo divinitati do-
,, nat, quem doctores ſtultum, impium, morboſum, ipſe quoque Apulejus ver-
,, bis & cauſa tota acclamante condemnat. Nam ſi divinarum cœleſtiumque re-
,, rum cognitio nobis a ſenſibus oritur, ſi ab iis abdita in naturæ penetralibus
,, remamur, qui poterimus ſupernorum intelligentiam ex *Platone* comtemplari?
,, Cum in philoſophiæ comprehenſione, quæ ad illam gradus eſt Apulejus *Pla-*
,, *tonicus* tam conſtanter illum ſe rejicere teſtetur, & de omni Cœli ratione,
,, mundique conſtitutione *Ariſtotelem* ſequi unum fateatur. Si ex philoſophia igi-
,, tur ad Theologiam notio ducitur, quonam tandem pacto omiſſum ab *Apulejo*
,, & *Plethone* & *Gemiſto* in Philoſophia *Platonem* ſequi ego ingenue potero & ab
,, ejus inſtitutis diſcedere aut doctior, aut probior? Comburatur *Trapezuntius*,
,, inquit Epiſcopus *Aliarienſis*. Cur? quia *Platonem* vinitatis potius, quam divi-
,, nitatis Secretarium impugnat? Ita ne vero calamitoſi ſenſis & fidei propugna-
,, toris ætas ingraveſcens hac cauſa, hoc comento tanto impendio appetita eſt,
,, & vita ob id cum morte commutanda. Quod ſi comburendi ſumus, quia *Pla-*
,, *tonem* a Sanctis divina inſpiratione commotis proſciſſum rejicimus; combura-
,, tur Divus *Ambroſius*, comburatur Divus *Auguſtinus*, *Hieronimus*, *Chryſoſtomus*,
,, *Thomas*. Sit *Plato* deus; ſit Cœli terræque dominator alter, & parens: ſit
,, vivo templum e marmore, ſint delubra, aræquæ floribus redimitæ, ſint vo-
,, ta, ſint comprecationes, eique ſtratus auro, purpura, gemmis, argento vel
,, amplior aliquanto, quam noſtris Sanctis exornetur. Nos equidem *Platonem*,
,, a quo omnis efferveſcentis luxuriæ æſtus, ac omnis impietatis, ingratitudiniſ-
,, que crimen effluxit, in caminum æterni ignis ablegantes, parati ſumus cum
,, Sanctis Dei, cum probatis ab Eccleſia, cum receptis & laudatis animo inge-
,, nuo ac forti ipſa nos præeunte natura, mortem oppetere, potius quam con-
,, fiteri ulla cauſa religioni Chriſtianæ magis platonica inſtituta, quam *Ariſtote-*
,, *lica* vel minima in parte convenire. Cupio, cupio diſſolvi, & defunctis hujus
,, tandem vitæ periculis eſſe cum Chriſto.

,, Sint ii cum ſuo deo *Platone* florentes, ſint beati, ſint eadem felicitate,
,, illaque *Platonis* beatitudine ſempiterni: Nos tecum Beatiſſime Pater, atque
,, cum Chriſti Eccleſia, quæ in te uno eſt, vivere ac pro te mori velle pollice-
,, mur. Non curamus calumnias; non injurias formidamus, non calamitates hor-
,, reſcimus, non denique pro Chriſti cruce minas, dilacerationes, mortem præ-
,, terea ipſam extimeſcimus. Quam ob rem in oblivionem veniant hi, & a con-
,, ſilio

Digitized by Google

,, ſilio cœtuque non erudito tantum, ſed populari atque plebejo penitus exigan-
,, tur qui tam veræ, tam abſolutæ, tam celebris confeſſæque Ariſtotelicæ ab o-
,, mnibus philoſophie deſperatione perterriti, aut invidia conflammati, cæteros
,, ſequi nolunt, quod ſe aſſequi poſſe deffidunt, quibus more *Catonis* interdicen-
,, dum operæ certe pretium reor. Proditum enim memoriæ legimus ſexcenteſimo
,, & quinto ab urbe anno eum ſcribere ſolitum, bonum eſſe græcas inſpicere lit-
,, teras; at ediſcere peſſimum: propterea quod illis latio inductis incredibilis mor-
,, bi vis libidinumque contagio omnium paſſim vulgatior invadet de repente ci-
,, vitates, populos, italiam, orbis arcem atque ipſius italiæ urbem Romam,
,, totius mundi præſidium & dominam, correptura. Hoc tanquam ex cortina
,, Delphica Vaticinante perfectum id, quod ille graviſſime proſpiciens angebatur,
,, nullus eſt, qui ipſis rebus loquentibus audeat denegare. Nam tam diu Roma-
,, na integritas, fides, virtus, cæteraque artium bonarum documenta maximo
,, in honore celebrata floruerunt quamdiu abexternorum illurie, labeque puram,
,, incontaminatamque ſervavit.

,, Ubi vero peregrinæ litteræ, ideſt *Platonicæ* urbem ſua pravitate infecerunt,
,, protinus Civitate ex frugaliſſima in nequiſſimam immutata, libido, ſuperſti-
,, tio, improbitas, cunctaque malarum artium experimenta invaſerunt: quorum
,, fluxu libidinoſo corpus intabuit, animus elanguit, ipſa denique enervata, in
,, omnibus ratio effeminata eſt itaque non mediocriter mirari & gravius inter-
,, dum dolere ſoleo, hunc *Alarienſem* in præfatione ſcribere ſua *Platonicorum* in-
,, ſtitutis illuſtratos homines, ac veluti ex morbo aliquo redditos eſſe ſanitati.

,, Dicat is quæſo tætra *italiæ* natus, quibus auctoribus, quo loco, quibus lit-
,, teris hæc theatrorum ſomnia ſatis pro comperto habuerit? Apud antiquos mo-
,, rem irroboraſſe proditur, ex valitudine liberatos templo ejus, qui auxiliatus
,, eſſet, dei nomen inſcribere ſolere: dicat is tandem, quo ſancto auctore atque
,, chriſtiano, imo quo gentile *Platonis* Dei nomen pennicillo parietibus inum-
,, bratum invenerit, vel litteris platonicis humanum genus, feliciter ac beate
,, uſpiam conſtitiſſe, vel a viciis ad virtutem, ab ignorantia ad doctrinam, ex
,, impietate ad religionem, ab obrietate & luxuria ad temperantiam frugalita-
,, temque revocatum? Mentior ſi quis hominum uſquam erit, qui iſtorum ine-
,, ptias, quorum eſt cæca doctrina omnis & illiberalis, ex ſententia pie audeat in
,, conſpectu hominum aſſeverare, religioſorum, atque prudentium. Quod ſi jam ne-
,, mo eſt qui *Platonis* tam lutulentam, tam impuram, furibundamque perſonam
,, in tanta ſanctorum Chriſti & gentilium exploſione ſuſtinere ſe velle policetur,
,, damnet jam tandem aliquando, tua ſanctitudo *Paule* Pontifex Maxime, tum
,, rebus tum præterea horum auctoritate *Platonem*; aut ſi mea opinio falſa for-
,, taſſe, certe non irreligioſa, ſed probitatis ſpecie honeſta me fallat, hoc ro-
,, go, hoc unum etiam atque etiam ſuppliciter peto, ut quid Chriſtiano homi-
,, ni iſta in controverſia defendendum ſit antequam proficiſcar, ex vita præſcri-
,, bere, ſtatuereque digneris. Etenim cum ex *Platonis* dogmate hæreſes omnes,
,, atque omnia omnium criminum ſcelera ſummorum teſtimoniis hominum flu-
,, xiſſe coarguam, noſtri rurſus adverſarii *Platone* nihil fidei convenientius, ni-
,, hil divinius & ſanctius autument ſtatuatur ex religione modo, neceſſe eſt,
,, utrum potius chriſtianis ſectandum ſit. Præſertim qui Ariſtotelem profite-
,, bitur, non crepidinitus impietatis illi det, qui Platonem, videat ne ut im-
,, probi anſertes in radice ſemel prehenſa, eademque pertinatius educenda vi-
,, tam, ita beatitudinem abrumpat ſuam. Quicquid igitur a te Sanctiſſime Pater,
,, altero in terris ex conceſſione Deo, Sanctaque tua catholica, eademque apo-
,, ſtolica Eccleſia decernetur, corrigeturve, illud, uti pie omnes debemus, pro-
,, palam tenebo, ſemperque verbis, & ſcriptis ac fronte explicata liberalique
,, ſententia prædicabo.

V.

Digitized by Google

V. Jamvero de Codicibus ſermonem inſtituo, qui exſtant apud RR. PP. Carmelitas. P. *Angelus Franciſcus Cattaneus* eorum Bibliothecæ præfectus ſingulari humanitate adfuit mihi non ſemel, ut poſſem illos per ocium conſulere. Quare quidquid ex illorum recenſione utilitatis percipient lectores, erudito, optimoque viro debebunt. Hi ergo præcipui ſunt.

Anicii Manlii Severini Boetii *Viri Clariſſimi*, *& illuſtris ex conſortio Ordinis patricii* (ſic) *liber Categoricorum Syllogiſmorum*. Codex membran. in 16. manu *P. Hippolyti Lunenſis* exaratus.

Romulione Hiſtorico (Romanorum hiſtoria eſt ab Urbe condita ad *Conſtantii & Galerii* tempora perducta) *tranſcripto al nome del Sereniſſimo Kavalere Meſſer Comes de Albernotio di Spagna*. Codex membranac. ſæculi xv. in fol.

Baptiſtæ Guarini *ad R. D. Hermolaum Barbarum Epiſcopum Veronenſem digniſſimum Ageſilai vita ex* Xenophonte *converſa*. *Nicolai Perotti* in Epicteti *Philoſophi Enchiridion de Græco translatum ad Nicolaum* V. *Ejuſdem poetæ laureati* Plutarchi *libellus de fortuna Romanorum ad eumdem*. Guarini *Veronenſis ex* Plutarcho *vita Alexandri*. Ejuſdem ex Plutarcho *Cæſaris vita translata*. *Ad Clariſſimum, & ſapientiſſimum* P. D. *Johannem Patriarcham Alexandrinum Florentinum Periclis vita per* Lapum Caſtelliunculum *ex* Plutarcho *in latinum converſa*. Ejuſdem *ad Beatiſſ. & Sanctiſſ. P. Eugenium IV. Solonis vita ex* Plutarcho *converſa*. *Ad religioſum Virum D. Jordanum S. R. E. Cardinalem Valerii Publicolæ vita ex* Plutarcho *per eumdem* Lapum *in latinum converſa*. *Artaxerxis Perſarum Regis vita ex* Plutarcho *per* eumdem. *Demonactis Philoſophi vita ex Græco per* eumdem. *Vita Pelopidæ ex* Plutarcho *per* Antonium *Tudertinum traducta ad Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum D. Julianum Cæſarinum tituli* S. *Sabinæ Cardinalem*. *Camilli vita ex* Plutarcho *per* eumdem *ad Laurentium Medicum*. *Arati Sicionii vita per* Lapum Caſtelliunculum *ex* Plutarcho *in latinum converſa*. *Marii vita ex* Plutarcho *per* Antonium *Tudertinum ad Rev. in Chriſto Patrem, & Dominum D. Moneſium Florentiæ Archiepiſcopum*. *Fabii maximi vita ex* Plutarcho *per* eumdem *ad Cardinalem Morinenſem*. *Pompeij vita*, incerto interprete. *Marci Bruti vita ab Jacobo* translata. Leonardi Arretini E. *Sertorii vita ex* Plutarcho *ad Antonium Luſcum*. *Paulli Aemilii vita ex* Plutarcho *per* eumdem. *Vita M. Catonis Uticenſis per* eumdem. *Vita M. Antonii ex* Plutarcho *per* eumdem. *Pyrrhi Regis Epirotarum vita per* eumdem. *Tiberii, & Caij Gracchorum vita per* eumdem. *Demoſthenis vita ex* Plutarcho *per* eumdem. Leonardi Arretini *Cicero novus ad Nicolaum Nicoli*. Franciſci Philelphi *ad Malateſtam Novellum Galbæ Cæſaris vita ex* Plutarcho. *Ottonis Cæſaris vita ad eumdem Malateſtam per eumdem* Philelphum *ex* Plutarcho. Codex chartaceus in fol. ſæculi xv.

Tragœdiæ Senecæ. Codex membranaceus in 4. ſæculi xv.

Orationes Æneæ Sylvii Piccolominei *Senenſis, qui poſtea Pontificatum Maximum adeptus Pius* II. *appellatus eſt*. Harum quæ prima eſt, *habita fuit ab eo nondum ſacris initiato in Concilio Baſilienſi, cum ageretur de loco eligendo pro Iconomico* (ſic) *Concilio cum Græcis habendo*. Poſtrema vero eſt *reſponſio Pii data Oratoribus Regis Bohemiæ Romæ in conſiſtorio publico*. Codex chartaceus in 4.

Orationes Reverendi in Chriſto P. D. Dominici *Veneti Epiſcopi Torcellani omnium liberalium artium, ac Sacræ Theologiæ magiſtri*. Codex membran. in 4. ſæculi xv. Pag. xxii. Orationes ſunt, atque in his *oratio in laudem Aſtrologiæ & confutationem opinionum ei adverſantium habita Venetiis in aula juxta Eccleſiam SS. Johannis & Paulli ante editionem judicii anni* 1441. Has excipiunt epiſtolæ ejuſdem *Dominici de Dominicis*, altera *ad R. D. S. Patriarcham Hieroſolymitanum de morte R. Domini N. Cardinalis S. Crucis conſolatoria*, altera *ad Andream Donatum virum patricium conſolatoria de morte fratris*. Sequuntur demum *oratio dominica de S. Trinitate habita per eumdem ad S. P. D. Calixtum III. Papam Romæ in capella ejuſdem Pontificis inter Miſſarum ſolemnia*; aliæ orationes duæ de eodem argu-

Digitized by Google

argumento; *ſermo de Spiritu S. in die Pentecoſtes Romæ in Baſilica S. Petri celebrante una Pontifice Calixto III.* , *ac tandem propoſitio habita de celebrando feſto Tranſfigurationis Domini ad SS. P. D. Caliſtum Papam III. in Conſiſtorio publice facta de mandato præfati Domini Papæ per R. P. D. Dominicum Venetum Epiſcopum Torcellanum Domini Papæ Referendarium Romæ in Palatio Apoſtolico juxta S. Petrum tertia Auguſti.*

Duodecim abuſiones Clauſtralium, vel clauſtri B. Ugonis de S. Victore. Codex membran. in 4. ſæculi xiv.

Narciſſi de Verduno *Licentiati epiſtola de celebratione Nativitatis Chriſti clariſſimo noſtræ ætatis viro Antonio Petruciano equiti feliciſſimo, Regis Ferdinandi de Aragonia Secretario unico atque digniſſimo*. Codex membran. in 4.

Fr. Petri de Nivolaria *Ordinis Carmelitarum opuſculum de Sanguine Jeſu Chriſti, qui eſt Mantuæ ad Illuſtriſſ. & Rev. D. D. Sigiſmundum Cardinalem Mantuanum*. Codex chartaceus in 12. ſæculi xvi.

Sermones Quadrageſimales; & Dominicales, quos compoſuit Fr. Leoncinus *Lector Mediolanenſis Ordinis Carmelitarum S. Mariæ*. Codex membran. in 4. ſæc. xiv.

Ad invictiſſimum Principem Federicum Mantuæ Marchionem V. Johannis Benivoli *Andini Gonzagium monumentum*. Poema eſt latinum in codice chartaceo exaratum, cujus hoc initium

Pontificum in Gallos Juli, Mediciſque Leonis.

Alios mitto. Non prætermittam tamen inſigne D. *Aubergè* nummophylacium tum veterum, tum medii ævi numorum, quod cum eruditiſſimo, ac numariæ rei admodum perito P. *Jacobo Zucconio* Societatis noſtræ non ſemel adii. Brevi ex hoc muſeo prodibit illuſtris quædam ad Italiæ noſtræ numos hactenus editos acceſſio. Digniſſimum quoque eſt, quod antiquitatis ſtudioſi conſulant, Comitum *Cavrianiorum* muſeum Numarium. In eo miratus ſum rariſſimos quoſdam numos tum Græcos, cum latinos, eoſque ſingulari elegantia, ac mirifice in hunc diem conſervatos. Tandem ut quæ *Mantuam* ſpectant, abſolvam, ſelectam *Ignatii Zanardii* Comitis multis nominibus de patria optime meriti Bibliothecam commemorabo. Præſtat illa non tam copia (quæ tamen minime deeſt) quam excellentia librorum, atque editionum luxu quodam non facile obvio, domini tamen ſui nobilitate, atque egregia indole digniſſimo.

VI. *Veronam* hoc quoque anno excurri, *Baſſanum* cum P. *Dominico Troilio* poſtea profecturus. *Torellium* ibi deprehendi in novam *Archimedis* editionem, quæ præſtat linguæ *Græcæ*, & Matheſeos peritia ſedulo incumbentem; qua demum editione perfecta ad Viri Cl. Scipionis Marchionis *Maffeij* vitam perſcribendam adgredietur. Alios in eadem præſtantiſſima urbe doctos viros ſum adloquutus, atque hos inter Canonicum *Jacobum* Marchionem *Dioniſium*. Me iſte ad Capitularem Bibliothecam deduxit, & ſumma, nec ſatis commendanda humanitate nonnulla mecum communicavit, quæ ex ejus Bibliothecæ Codicibus deſcripſerat ipſe perdiligenter, aliquando editurus, ut martyrologia aliquot vetera, quæ in Bibliotheca Martyrologica maximo mihi uſui erunt, & antiquum Chronicon in altera hujus libri parte excudendum.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT IX.

Taurinenſe iter a. MDCCLVII. Mss. *Codices Bibliothecæ domeſticæ. Vercellarum Urbs, & vetera, quæ ibi adſervantur, monumenta.*

I. ERam anno MDCCLVII. *Auguſtæ Taurinorum* in noſtro Templo habiturus conciones. Ut primum per ceteras curas meas litterarias licuit, iter ingreſſus *Mediolanum* me contuli, inde *Taurinum*. *P. Johannem Mariam Pratum* e Societate noſtra, qui in *Morerianum* Dictionarium Italice reddendum, emendandum, augendum ſedulo incumbebat, aliosque veteres amicos decem poſt annos videre ardebam, id unum dolens, meum mihi immatura morte præreptum *Antonium Rivautellam* candidis moribus æque atque doctrina cariſſimum. Non defuere tamen, qui *Rivautellam* minus a me deſiderari ſint paſſi, non pauci omni me officiorum genere eumulantes, eum primis Comes *Caroccius*, P. *Cyrillus Carmelita*, P. *Caſtus Innocens Anſaldus Dominicani* Ordinis, D.D. *Berta*, atque *Piſceria* doctrina ſingulari omnes, pleriqne etiam editis libris longe clariſſimi. Nec ſilentio ingratus præteribo Marchionem *Carallium* cum generis nobilitate, tum eruditione præſtantem, cujus lectiſſimam bibliothecam nemo viderit, quin exquiſitiſſimum ejus judicium prædicet. Alterum erat, quod ad *Taurinenſe* iter me maxime invitarat. Ex P. *Prati* litteris intellexeram, P. *Ponte* Bibliothecæ noſtræ domeſticæ præfectum, qua eſt eruditione, librorumque peritia, non ſolum editis libris Bibliothecam locupletaſſe, ſed etiam Mss. Codicibus, quos in omnibus fere Collegii latebris diligenter perquiſierat. Quamobrem ad amicorum viſendorum ſtudium acceſſerat ingens quoddam Codicum iſtorum ſcrutandorum deſiderium. Nec mea me ſpes fefellit. Nam etſi non magno numero ſunt, digni ſunt tamen fere omnes, qui in illuſtri illa Bibliotheca collocarentur.

II. Præcipuos de more indicabo.

Codex chartaceus in fol. *Martini le Franc* Præpoſiti *Lauſannenſis* a ſecretis *Nicolai* Papæ libri tres Gallice ſcripti, quibus oſtenditur, *combien vertu ſur fortune doibt avoir d'honneur, de louange, & de pris*, ut ait ipſemet auctor in nuncupatoria ad *Philippum Burgundiæ* ducem epiſtola. Dialogus eſt virtutem inter, fortunam, ac rationem.

Guidonis de *Monte Rocherii* (noſter enim Codex *Baluziano* Ms. conſentit, quem *Fabricius* laudat) *Manipulus Curatorum*. Codex Chartaceus fol. *ſcriptus*, ut in extrema pagina legitur, *per me Anthonium Rebatinum de Cuneo clericum die* XX. *Februarii* 1470. *in Cherio feliciter*.

Codex chartaceus in fol. ſæculi XIV. In eo XV. liber, & ceteri ad XX. Antiquitatum Judaicarum Gallice verſi ab incerto Auctore.

Codex chartaceus ſæculi XV. in fol. ab *Antonio Matthæo Boi Scalengienſi* deſcriptus *Virgilianam Æneidem* exhibet. Eidem Codici additus eſt *Heſiodus*, itemque *Theocritus* Græce editus cum manuſcriptis, nec ſane brevibus adnotationibus. Fuit autem Græcus hic liber *Antonii Poſſevini*.

Codex chartaceus in fol. ſæc. XV. In eo *Cronica de civitate Januæ, quam compilavit Ven. Pater* Fr. Jacobus Varaginenſis *de Ordine Prædicatorum Januæ Archiepiſcopus*. Multa heic aliter legas atque apud *Muratorium T.* IX. *Rerum Italicarum*. Definit porro Codex ad ea verba: *& Capitaneus, qui de foris eligebatur, fuit deinceps intermiſſus*; quæ in editione *Muratoriana* ſic leguntur: *& Capitaneus, qui de foris eligebatur, fuit ſublatus*. Cetera, quæ apud *Muratorium* exſtant, noſter Codex omittit. Si *Muratorianæ* editioni fidem habemus p. 53. (ut aliquod ſpecimen dem variæ lectionis, *præſentem Chronicam compilavit* (Jacobus)

Digitized by Google

hoc ſecundo anno ſui Pontificatus, ſcilicet anno 1293. At nota hæc temporis in noſtro Codice non ad Chronicon refertur, ſed ad Provinciale Concilium, de quo mox, in Eccleſia *S. Laurentii* celebratum; ſic enim habet Codex: *præſentem inſuper Cronicam compilavit. Hic ſecundo anno ſui Pontificatus, ſcilicet anno Domini 1293. in Eccleſia S. Laurentii Provinciale Concilium celebravit.*

Codex chartaceus 4. ſæc. XVI. vitam & epiſtolas continens B. *Hoſannæ de Andreaſiis*. Collegit iſta *Hieronymus Mantuanus* Prior Monaſterii *S. Mariæ Montis Oliveti*, inſcripſitque *Reverendiſſ. in Chriſto Patri, & Domino D. Sigiſmundo Cardinali Mantuano, ac Illuſtriſſimis Mantuæ Principibus Franciſco, & Iſabellæ.*

Codex chartaceus fol. *Relatio* (a *Baluzio* primum, deinde a *Muratorio* edita T. IX. *Rerum Italicarum*) F. Nicolai *Botrontinenſis Epiſcopi facta Clementi* PP. *V. de geſtis per Henricum* VII. *in Italia ab anno* 1310. *uſque ad annum* 1313.

Codex membran. ſæculi XIV. 4. In eo *Cantica Canticorum ſecundum Fratrem* Hugonem; item *Alberici de Bergomo* in Cantica, & Apocalypſim.

Codex chartaceus ſæculi XV. 4. continens *Paulli Oroſii* hiſtoriam.

Codex membran. 8. ſæculi XIV. Regula ſororum Ordinis *S. Claræ* cum epiſtola *Johannis S. Nicolai in carcere Tulliano* Diaconi Cardinalis ad eaſdem ſorores.

Codex membran. 4. ſæc. XIV. Pſalterium; tum *in nomine Domini Amen, incipit Breviarium ſecundum conſuetudinem Monaſterii Sancti Michaelis de Cluſa*, officia nempe in Dominicis, feriis, ac Domino noſtro feſtis diebus recitanda. Memoratu dignum eſt, quod ibi legitur ante Officium SS. Sacramenti Euchariſtiæ: *incipit Officium Sacræ Euchariſtiæ, quod debet celebrari feria quinta poſt octavas Pentecoſtes, quod ordinavit facere Reverendus Pater Dominus Guillermus de Sabaudia Abbas S. Michaelis de Cluſa in Capitulo generali currente anno Domini* 1315.

Ordinem Miſſæ, paucaſque Miſſas ſequuntur in alio ejuſdem ſæculi XIV. codice Sanctorum officia a die Natali S. Stephani protomartyris ad Conceptionem B. Mariæ, cujus quidem officium mutilum eſt; tum habes commune Sanctorum. Ad idem Monaſterium *S. Michaelis de Cluſa* videtur codex ſpectaſſe.

Codex membran. ſæc. XV. 8. *Oncxandro de optimo Imperatore tradutto da lengua latina in Italiana da* Chriſoſtomo Colonno. Item *Albii Tibulli* carmina.

Codex membran. 8. ſæc. XV. *Leonardi Florentini* (Num *Aretini?*) *ad Joannem Franciſcum Gonzagam* principem *Mantuanum de origine Urbis Mantuæ*; ſcriptus eſt autem libellus *ex Florentia ſexto Kal. Junias* 1418. Extſtant in eodem codice hæc *Paulli Maffeii Veronenſis* Canonici Regularis. 1. *ad ſacras Moniales Corporis Chriſti Venetas de exhortatione Monaſtica* liber. 2. epiſtola *ad Moniales Ordinis S. Benedicti de perfectione Monaſtica*. 3. *ad inſignem viduam Claram Venetam de perfecto amore in Deum* libellus, 4. *de adoleſcentis Silveſtri converſione, & divinarum litterarum dignitate ſectanda*, epiſtola *ad Johannem Ferrarienſem*. 5. *ad Clariſſimum Virum Patricium Andream Maurocenum Venetum de conſolatione filii*. 6. *ad Ludovicum Sabinum de jacta amicitia in Chriſto, & perſeverantia cœptæ virtutis.*

Codex membr. 12. ſæc. XIV. continens miracula B. M. V. CXXXIII. Initio adſcripta hæc legas charactere, qui ſæculum XV. præſe fert: *Hunc librum donavit Ven. Pater Frater Guilielmus de Mediolano Ordinis Prædicatorum loco Raconixii S. Vincentii.*

Codex membran. ſæc. XIV. 8. *Incipiunt Capitula Eccleſiaſticorum officiorum*. Sunt autem CXXXIII., ac *Benedictinorum* conſuetudines exhibent. Capite XCIV. agitur, *quo ordine inungantur infirmi*, atque Unctio præſcribitur ante Viaticum.

Codex chartaceus ſæc. XVI. 4. continet *autographum Viſitationis, & reformationis Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis tam virorum, quam mulierum in Biſontinenſi Diœceſi peractæ a.* 1566. *a D. Johanne de Laubeſpin Abbate Caritatis ejuſdem Ordinis*. Inſcriptum eſt opus 8. Auguſti ejuſdem anni ab eodem Abbate *Emmanueli Philiberto Sabaudiæ* Duci.

Codex chartaceus fol. ſæc. XVI. Incerti, ſed eruditi Auctoris opus in undecim capita diſtributum *de regno, ſitu, ac geſtis Allobrogum ad Auguſtum*. Floruit Auctor

Digitized by Google

ctor poſt *Alexandrum de Alexandro*, immo & poſt *Conſtantium Landium*, cujus libellum numiſmatum citat cap. III.

Codex membran. ſæculi XIV. 4. Hæc in eo reperiuntur. 1. *Reſponſio Fr.* Thomæ (de Aquino) *ſuper quibuſdam dubiis* (novem ſunt) *ad Duciſſam Brabantiæ*. 2. liber *de perfectione vitæ ſpiritualis editus a Fr.* Thoma de Aquino *Ordinis Prædicatorum*. 3. liber *de Rege*, *& Regno editus a Fr.* Thoma de Aquino *Ordinis Prædicatorum*. 4. liber *de quatuor virtutibus ſecundum dicta*, *& exempla antiquorum*. 5. liber *de formula honeſtæ vitæ*, *ſive de virtutibus ſecundum Senecam*. 6. *Quæſtio de emptionibus*, *& venditionibus* T. (forte *Thomæ*). 7. *Quæſtio de uſuris ſecundum* T. 8. *collationes Fratris* Thomæ *de articulis fidei*, quarum prima eſt *de utilitate credendi*. 9. *Collationes* Fr. Thomæ *ſuper petitiones*, *quæ in Oratione Dominica continentur*. 10. *collationes de præceptis editæ a Fr.* Thoma de Aquino, *& prima eſt de quadruplici lege homini a Deo tradita*. 11. *Tractatus moralis de oculo*. 12. *Errores diverſarum Nationum* (Armenorum, Neſtorianorum, Jacobitarum, & Georgianorum) *quos miſit Fr.* Albertus de Marchia *Vicarius in parte Orientali de Ordine Minorum Priori*, *& Lectori Prædicatorum de Janua*, *ut ſibi conſulerent*, *quid ſuper iis tenendum eſt?* 13. *Reſponſio Fr.* Thomæ *ſuper quibuſdam quæſtionibus de ſtella*, *quæ apparuit Magis*, *& quædam alia*, *& utrum circumſtantiæ mutent genus peccati?* 14. liber *Moralium* Ariſtotelis *de regimine principum* ad *Alexandrum* Magnum. Latine ex Arabico vertit *Philippus* quidam, inſcripſitque *Domino ſuo excellentiſſimo*, *in cultu Religionis Chriſtianæ ſtrenuiſſimo*, *Guidoni vero de Valencia Civitatis Metropolis glorioſo Pontifici Philippus ſuorum minimus Clericorum ſe ipſum*, *& fidele devotionis obſequium*. In nuncupatoria porro epiſtola hæc inter alia de ſe *Philippus*: *Cum igitur vobiſcum eſſem apud Antiochiam*, *reperta hac pretioſiſſima margarita*, *placuit Veſtræ Dominationi*, *ut transferretur de Lingua Arabica in Latinam*.

III. Sed in alio Codice membran. fol. ſæculi XIV. paullo diutius immoremur. Chronicon exhibet Andreæ Danduli a *Ravaſino* deinde ad ſua uſque tempora perductum. Accuratius illud juvat deſcribere, cumque editis apud *Muratorium* T. XII. *Rer. Italic.* exemplis conferre. Initio igitur habes in codice *Sacramenta* illa *Nuntiorum Balduini*, aliorumque exarata, quæ in calce codicis *Ambroſiani* reperit *Muratorius*, vulgavitque in notis ad vitam *Henrici Danduli p.* 323. *ſeqq.* Sequitur *Danduli* chronicon. Primus eſt autem *Liber quartus inſcriptus de ædificatione*, *& geſtis novarum Venetiarum*. Univerſim codex hic noſter cum *Eſtenſibus* libris magis, quam cum *Ambroſiano* conſentit. *Cap.* 1. *par.* V. deeſt apud *Muratorium* annorum numerus, quibus *S. Marcus Aquilejenſem* rexiſſe Eccleſiam perhibetur. Lege ex noſtro Codice: *rexit quoque Beatus Marcus annis fere duobus cum dimidio Aquilejenſem Eccleſiam*. *Capitulum tertium* partes XXXVIII. in codice noſtro continet, quum 36. tantum habeat in *Muratoriana* editione. Nempe pars prima in codice eſt ipſum procemium *Aquilejenſis Eccleſiæ*. Præterea poſt partem XXXV. (ſeu juxta *Muratorium* XXXIV.) hæc in codice additur *Pars* XXXVI. quæ in editis deſideratur: *Sub Adriano in Brixia urbe Veneciæ paſſi ſunt Fauſtinus*, *& Jovita*, *quorum paſſio celebratur* XV. *Kal. Marcii*, *& cum eis Calocerus* IV. *Kal. Aprilis martyrizatus eſt*. Qui *Marcellinus* eſt in editis a *Muratorio lib.* 5. *cap.* 7. *col.* 82., *Marcellianus* ſcribitur in Codice *Aquilejenſis* Epiſcopus. *Lib.* 6. *cap.* 1. *part.* XII. hæc habet editio *Muratoriana* in *Pelagii* Papæ epiſtola ad *Heliam Aquilejenſem*: *condecuit Apoſtolica moderamina pia religione petentibus benevola compaſſione ſuccurrere*. Contra codex emendatius: *convenit apoſtolico moderamine* &c. Porro in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, quæ *part.* XIII. *ejuſdem capitis* occurrunt, qui apud *Muratorium col.* 101. dicitur *Virgilius Epiſcopus S. Eccleſiæ Patavinæ*, in codice *Virgilius Patavenſis Epiſcopus* nominatur; *Marlianus* vero *Archidiaconus locum faciens Epiſcopi Recienſis*, qui in *Muratorii* editione eſt *Martianus Presbyter locum faciens viri Beatiſſimi Ingenuini Epiſcopi Sanctæ Eccle-*

Digitized by Google

ſiæ ſecundæ Rhetiæ. *Agnellum* deinde *Tridentinum* omittit codex, poſt *Martianum* ſtatim commemorans *Virgilium Epiſcopum Scaravacienſem*, quem *Muratorii Eſtenſia* exemplaria *Virgilium* vocant *Epiſcopum Sanctæ Scaravenſis Eccleſiæ*. In eodem codice offendes presbyteros *Emerium*, *Sorcinum*, *Servancinum*, quos *Muratorii* editio *Emarum*, *Sergium*, *Severinum* appellat. Capite ejuſdem libri quarto Codex noſter cum *Ambroſianis Ariminenſem Candiannm* ait fuiſſe, qui *Annonienſis* fuit in *Eſtenſis* Bibliothecæ codicibus. *Ricardum* (*p.* 110. *Murat. edit.*) advocat teſtem *Andreas Dandulus*; at *Sicardum* (*Cremonenſem* ſcilicet Epiſcopum) leges ex noſtro codice. *Lib.* VII. *cap.* 12. *part.* IX. in epiſtola *Stephani* Papæ ad *Johannem* Patriarcham *Reverentiſſimo* veteri more, & *ſuſceptis* rectius habet codex, quam *Muratorius reverendiſſimo*, & *ſuſcepit*. Lib. VIII. cap. 1. cum *Ambroſiano* codice noſter integram partem XV. omittit. Eidem codici *Ambroſiano* conſentit *part.* 26. in Ducis diplomate *menſe Madii* pro *menſe Martio* legens, uti etiam *cap.* 2. *part.* 6. *pro Dominico Monacho Tomadenſi* exhibens *Dominicum Monachum Comaclenſem*. Eodem libro *cap.* 4. *parte* 44. *col.* 181. invenies in *Muratorii* editione *duos fratres Talingnani*, *Johannem Labreſellam*. In codice autem noſtro dicuntur *duo fratres filii Salviani*, & *Johannes Labreſca*. *Lib.* IX. *cap.* 1. *part.* 29. & *cap.* 2. *part.* 14. iterum codex ad *Ambroſianum* exemplum legit ibi *Ladeſtinæ* pro *Leſinæ*, heic *ferro* pro *fano*. Cap. VI. ejuſdem libri *part.* V. omittuntur in codice *illa decretum de conduce* &c. uſque *ſtatutum eſt*, quemadmodum etiam *cap.* 12. *part.* 3. *Innocentii* Papæ litteræ. *Libro* X. *c.* 1. *p.* 31. exſtat documentum, quod *Muratorius* ſcribit addidiſſe ſe ex *Ambroſiano* codice; illudque conſignatur *anno Domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimo nono* (*milleſimo tercentum quadraginta novem* habet *Muratorius*) *Pontificatus Domini Innocentii Papæ ſexti* (IV. *Papæ* extat inſigni typographico mendo apud eumdem *Muratorium*) *anno ſeptimo* &c. Notarius porro, qui primus documento ſubſcribit, non *Franciſcus quondam Petri de Serangi a Lemoſinis*, ut eſt in editis *Muratorianis*, ſed *Franciſcus quondam Petri de Strangi a Lemoſinis*, quo etiam modo idem nomen paullo poſt exhibetur. VII. ejuſdem libri capite *par.* 14. XXV. *Januenſium galeas* pro XV. ut in *Ambroſiano* codice, reperio: Eidem *Ambroſiano* codici *par.* XXXV. conſentit Codex, & *Paſquetum Malono* profert, ubi *Paſquetum Juliano* habent *Eſtenſia* exemplaria. Cap. VIII. *part.* 14. Codex lacunam implet *Muratorianæ* editionis col. 388. atque errorem emendat, qui illuc irrepſit. Legere eſt eo loco apud *Muratorium*. & *Ordo Sanctorum tunc* ... *eſt*: Lege: & *ordo Sacatorum tunc ceſſatus eſt*. *Cap.* IX. *part.* 19. *Locaſium* cum Codice *Ambroſiano* Codex noſter, non *Bocaſium* ſcribit. In fine autem Capitis hæc nota adſcripta eſt: *per me Johannem Pola Notarium Ducatus Veneti*. Nullo deinde titulo ſequitur *Johannes Danduſo* &c. ut apud *Muratorium col.* 399. In *Petro Gradonico* omittuntur illa *poſt triduum* uſque *Regimen*, & cetera, quæ ex *Ambroſiano* Codice reddita ibi ſunt. Poſt *Bartholomeum Gradonicum* quæ ſequuntur, hoc titulo prænotantur. *Cronica edita per me Raphainum de Careſinis Cancellarium Venetiarum continuando iſtoriam poſt cronicam compilatam per Illuſtriſſime memorie Dominum meum Dominum Andream Dandulo Ducem*. *In Andrea Dandulo* omiſſis, quæ in *Ambroſiano* Codice reperit *Muratorius*, hæc verbis illis *Juſtitiæ*, & *Reipublicæ amantiſſimus* Codex continenter addit: *Jadram rebellem propulſis Hungaris longa terreſtri*, *maritimaque obſidione devicit*. In *Marino* autem *Faledro* omiſſa hic ſunt *qui antequam de ſua creatione* &c. uſque *piget reminiſci*. *In Johanne Gradonico p.* 426. pro *ex tunc* legitur & *Tane*. *In Laurentio Celſi* ea deſiderantur *obviam ejus* &c. uſque *remanentibus*, quemadmodum in *Andrea Contareno* (col. 432.) illa *cum creatus fuit Dux* uſque *hic valde catholicus*. *Pacis capitulis*, quæ *col.* 442. deſinunt apud Muratorium, hic titulus in codice noſtro adſcribitur ſequenti opuſculo: *In Chriſti nomine amen*. *Prima pars guerre Hungarie*, *ac colligatorum ejus*, *ſcilicet Janue*, *Patriarche Aquilejenſis*, & *Padue*. Apud *Muratorium* (*p.* 459.) poſt illa verba *relictis omnibus fugarunt* nullo

inter-

interpoſito titulo legitur: *paucis diebus*. At in codice rectius iſta deſcripta ſunt: *explicit prima pars Guerre Hungarie & colligatorum: Incipit ſecunda pars Guerre Hungarie* &c. Poſtea *Die tertia menſis Julii* p. 460. habet editio Muratoriana; *die* xxx. *Julii* Codex, qui tandem in ea verba *Muratorianæ* editionis p. 483. *heredibus ab ea deſcendentibus* explicit.

IV. Jam *Taurino* diſceſſeram, quum forte in domeſtico tabulario octo alii Codices reperti ſunt. Eorum notitiam non inutile erit heic adtexere, qualem a P. *Prati* litteris ad me datis accepi.

Excerpta ex Chronico *Novalicienſi* multis capitibus auctiora, quam quæ extant apud *Muratorium*. Alia ex Chronico *Fructuarienſi*. Alia ex chartulario fundationis *Carthuſiæ Vallonis*. Pax inter comites *Sabaudiæ*, & *Gebennenſes*. *L' origine de l' ecu de France. Invention des armes a feu. Dictionnaire de Blaſonerie*. Teſtamentum *Alrici* Epiſcopi *Aſtenſis*, ubi & fundatio Monaſterii *Secuſienſis* anno III. *Conradi* Imperatoris. Fundatio Monaſterii *Pinarolienſis* anno MLXXVIII. Diplomata quatuor pro *Vercellenſi* Eccleſia.

Hiſtoire de la troiſieme Decade de la Maiſon de Savoye.

Paſſio SS. Martyrum Gratiniani, & *Felini*. *Information de la vie, & des miracles du* P. Pierre Faber, *faite l' an.* 1593. Hiſtoria domus probationis *Aronenſis*. *Miracoli della Madonna dell' Olmo di Cuneo, avvenuti nell' anno* 1575.

Quædam de hiſtoria *Canapicienſi* ad ann. 1599. *Hiſtoria Marchionum Montisferrati deſcripta a Benvenuto de S. Georgio*.

Hiſtoria factorum in Longobardia, præſertim contra Duces Mediolanenſes ad annum 1362. *a Petro Azario* deſcripta.

De regno, ſitu, ac geſtis Allobrogum, incerti Auctoris.

Hiſtoire de plusieurs alliances des Cantons Suiſſes, & des Griſons. Epitaphium Regis *Arduini*.

Vite di parecchi Duchi, e Principi della Real Caſa di Savoja.

V. Diſceſſum, quem indicavi, *Taurino* citius, quam voluiſſem, maturavi, ut *Vercellis* aliquantulum morarer. Bibliothecam enim Capitularem diligentius, quam olim, luſtrare in animo erat: quamquam quod ob novæ ædificium libros nullo ordine diſpoſitos inveni, ut deſiderio meo ſatisfacere minime potuerim. Aliquot tamen codices vidi venerandæ antiquitatis, atque in his integrum *Attonis Vercellenſis* capitulare, cujus tantummodo pars edita eſt. Quamobrem Canonicos *Phileppium*, & *Signorium*, alioſque, qui me humaniſſime comitabantur, rogavi, atque nunc etiam rogo, ut ſuorum Codicum Mss. indicem vulgent, & quæ apud eos latent, Patrum, aliorumque ſcriptorum opera tandem emittant. *Vercellis* erat eruditiſſimus P. Abbas *Frova*. Ille continuo ad me; tum me ad ædes ſuas deduxit, ubi multa mecum de egregio, quod moliebatur, opere diſſeruit. PP. *Joſephus Franciſcus de Grandi*, & *Petrus Jacobus Coppa* e Societate noſtra mihi dudum neceſſitudine conjuncti operam mihi præſtitere ſane non inutilem; officiis ſuis impetrarunt, ut aditus mihi ad ipſius Urbis archivum pateret. In eo quatuor ingentia volumina reperi, quæ vulgo dicuntur *Biſcioni*. Initio primi hæc legere eſt: *hujus operis & libri formam, & ordinem dedit laudabilis vir Dominus* Hugolinus de Scorialochis de Cremona *legum profeſſor tempore regiminis Domini* Gaſparri Graſſi *tunc Poteſtatis Vercellarum* 1337. *Indictione* v., *deinde compleri fecit ipſum opus, cum eſſet Vicarius Nobilis militis Domini* Johannoli Scachabaroccii *de Mediolano Poteſtatis Vercellarum* 1345. *Et ego* Bartholomæus de Bazolis *notarius infraſcriptus deputatus per eum ad hoc opus ſcribendum in memoriam ejuſdem hæc ſcripſi*. Veteres chartæ in his voluminibus deſcriptæ ſunt. Aliquot indicabo.

Privilegium *Ottonis Aymoni* Comiti. Datum *eſt* III. *Kal. Jan. anno Dominicæ Incarnationis* 963. *Indict.* VI. *anno Imperii Sereniſſimi Ottonis Imperatoris primo. Actum Papia*.

Di-

Digitized by Google

Diploma *Friderici* Imperatoris Civitati *Vercellarum*. *Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis* 1183. *Indictione* 1. *regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo anno Regni ejus* XXXI. *Imperii vero* XXIX. *Datum apud Conſtantiam in ſolemni Curia* VII. *Kalendas Iunii*.

Diploma *Vidoni* Comiti de Blandrato a Friderico conceſſum cum hiſce chronicis notis. *Datum Francofurti X. Kal. Martii Indictione* IV. *anno Dominicæ Incarnationis* 1156. *regnante D. Frederico Romanorum Imperatore invictiſſimo anno Regni ejus* V., *Imperii vero primo*.

Diploma ab *Henrico* Imperatore Comiti de *Blandrato* conceſſum anno Dominicæ Incarnationis 1196. Indictione XV., anno vero Regni *Henrici* XXVII. Imperii VI. Datum eſt autem *apud Forum novum per manus Alberti Imperialis Aulæ protonotarii* XI. *Kal. Octubris*.

Privilegium conceſſum Georgio (immo Gregorio) *Vercellenſi Epiſcopo de tota civitate Vercellarum per D. Henricum Imperatorem*. *Datum* XV. *Kal. Decembris Indictione* VII. *anno Dominicæ Incarnationis* 1054., *anno autem D. Henrici tertii Regis*, *Imperatoris ſecundi*, *ordinationis ejus* XXVI. *Regni vero* XVII., *Imperii* VIII. *Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter Amen*.

Diploma *Caroli* Imperatoris *Lituardo* Epiſcopo Vercellenſi *datum* XVII. *Kal. Aprilis anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 882. *Indictione* XV. *Imperii Domini Karoli Sereniſſimi Imp.* II. *Actum Papie in Dei nomine feliciter. Amen*.

VI. Sunt & alii id genus tomi, in quibus Urbis ſtatuta, contractus, & cetera hujuſmodi continentur. Sed ex priore quatuor illorum, quæ antea memoraveram, voluminum libet chartam heic adferre ad celeberrimum Patavinum Gymnaſium pertinentem. Exſtat illa ejus voluminis *pag.* 395. Non ipſe eam deſcripſi; reddo heic tamen qualem Archivi cuſtos mecum communicavit a ſe exaratam.

Charta Studii, & Scholarium Commorantium in Studio Vercellarum.

,, Anno Dominicæ Incarnationis 1228. indictione prima die Martis quarto
,, menſis Aprilis. Iſtæ ſunt conditiones appoſitæ, & confirmatæ, & promiſſæ ad
,, invicem inter Dominum *Albertum de Bondonno* & Dominum *Gullielmum de Fer-*
,, *rario* Nuncios, & Procuratores Communis *Vercellarum* conſtitutos per Domi-
,, num *Rainaldum Trotum* Poteſtatem *Vercellarum* nomine ipſius communis ſuper
,, ſtatuendis, & firmandis infraſcriptis conditionibus, ut in inſtrumento facto per
,, *Petrum de Engleſcho* Notarium apparebat ex una parte & ex alia Dominum *Adam*
,, *de Canoco* Rectorem *Francigenarum*, *Anglicorum*, *Normannorum*, & Magiſtrum *Ra-*
,, *ginaldum de Boxevilla*, & Magiſtrum *Henricum de Stancio* eorum nomine, & nomine
,, Univerſitatis Scolarium ipſius rectoriæ, & Dominum *Jacobum de Iporegia* Pro-
,, curatorem Scolarium *Italicorum*, ut dixerunt, & Dominum *Gullielmum de Ho-*
,, *ſtialio* Vicarium Domini *Curadi* Nepotis Domini Archiepiſcopi, prout ibi di-
,, ctum fuit, alterius Procuratoris & *Italicorum*, ut dixerunt, eorum nomine,
,, & Univerſitatis Scolarium *Italicorum*, & Dominum *Gaufredum* Provincialem
,, rectoriæ *provincialium*, & *Spanorum*, & *Cathalonorum*, & Dominum *Raimun-*
,, *dum Guillielmum*, & Dominum *Pelegrinum de Marſilia* eorum nomine, & no-
,, mine Univerſitatis Scolarium ipſius rectoriæ ex alia videlicet, quod Poteſtas
,, *Vercellarum* nomine ipſius communis, & ipſum commune dabit Scolaribus, &
,, univerſitati ſcolarium quingenta hoſpicia de milioribus, quæ erunt in civitate
,, & ſi plura erunt neceſſaria, plura, ita videlicet quod penſio melioris hoſpicii
,, non excedat ſummam librarum decem, & novem *papienſium*, & exinde in-
,, fra fiat taxatio aliorum hoſpitiorum arbitrio duorum ſcolarium, & duorum ci-
,, vium, & ſi diſcordes fuerint, addatur eis Dominus Epiſcopus, vel alius di-
,, ſcretus clericus de capitulo *Vercellarum* ad electionem communis, ut ſi tamen
,, canonicum elegerit, rectores eligant, quem velint, & debeat ſolvi penſio ho-

ſpicio-

,, ſpiciorum ad carnemprivium . Si autem eſſent plura hoſpicia in uno contextu
,, apta ſcolaribus, licet ejuſdem hominis eſſent , vel unum haberent introitum ,
,, non debeant reputari pro uno hoſpicio , ſed pro pluribus arbitrio prædictorum .
,, Ita quod de iſtis quingentis hoſpiciis excipiantur domus , quæ ſunt in ſtrata ,
,, in quibus conſueverunt recipi , & recipiuntur hoſpites in nundinis *Vercellarum* .
,, & albergantur per totum annum continue . Item Magiſtri , & ſcolares hoſpi-
,, cia, quæ haberent conducta pro tempore, teneantur reddere poteſtati, qui pro
,, tempore fuerit , vel ejus nuncio , & ſi propter rixam vel diſcordiam vel aliam
,, neceſſariam vel juſtam cauſam ab eis peterentur a Poteſtate , vel ejus nuntio
,, ad voluntatem Poteſtatis eis ſervatis indamnis antequam exeant illa hoſpicia ,
,, ita quod illa hoſpicia debeant evacuari , poſtquam petita fuerint a ſcolaribus
,, arbitrio prædictorum vel Judicis Poteſtatis , & aptari ad opus ſtudii infra octo
,, dies, etſi non facerent infra octo dies , ut ſupra dictum eſt , ſcolares , ſi volue-
,, rint, poſſint facere neceſſarias expenſas de penſione domus. Item promiſerunt
,, prædicti Procuratores nomine communis *Vercellarum* , quod Commune mutua-
,, bit ſcolaribus , & univerſitati ſcolarium uſque ad ſummam decem millium li-
,, brarum ***papienſium*** librarum pro duobus denariis ad duos annos , poſtea pro
,, tribus uſque ad ſex annos & portabit vel portari faciet commune *Vercellarum*
,, prædictam pecuniam uſque ad quantitatem ſufficientem ſcolaribus ad locum a-
,, ptum, & totum, ſcilicet *Venecias*, & ipſam eis dabit commune receptis pigno-
,, ribus , & receptis inſtrumentis a ſcolaribus manu publica confectis , quæ pi-
,, gnora reddat commune *Vercellarum* ſcolaribus precaria cum fuerint *Vercellis* in
,, hoſpiciis collocati recepta idonea fidejuſſione ſcolarium & preſtitis ſacramentis
,, a principalibus perſonis de reddenda ipſa pecunia , & quod cum ea non rece-
,, dent in fraudem . Item quod cum ſcolaris ſolverit pecuniam ſibi mutuatam ,
,, quod commune *Vercellarum* ipſum reſervabit in erario communis ſcilicet ſor-
,, tem tantum & de ea providebit commune alii ſcolari indigenti ſub eodem pa-
,, cto & ſimili conditione , & quod uſuræ commune *Vercellarum* non computabit
,, in ſortem, & recipietur particularis ſolutio a ſcolaribus , ſcilicet terciæ partis,
,, vel dimidiæ, & fiet novatio prædictorum debitorum , vel fidejuſſorum , vel pre-
,, cariorum . Item quod commune *Vercellarum* non dimittet victualia Juriſdictio-
,, nis *Vercellarum* extrahi de comitatu eorum , ſed ea aſportari faciet in civitate
,, bona fide , & bis in ſeptimana faciet fieri mercatum, & prohibebit, quod di-
,, cta victualia non vendantur ante tertiam aliquibus , qui debeant revendere ,
,, exceptis quadrupedibus , & blavis, & vino, & hoc ſalvis ſacramentis , & pro-
,, miſſionibus Poteſtatis & communis *Vercellarum* de dando mercato ſpecialibus
,, perſonis videlicet comiti *Petro de Maximo* , & comiti *Ottoni de Blandrate* , &
,, comiti *Gozio de Blandrate* , & comiti *Guidoni de Blandrate* . Item quod commu-
,, ne *Vercellarum* ponet in Caneva Communis modios quingentos frumenti , &
,, modios quingentos ſicalis ad menſuram *Vercellarum* , & illam dabit ſcolaribus
,, tantum, & non aliis pro eo pretio, quo empta fuerit. Ita tamen quod ſcolares
,, ipſam blavam teneantur emere pro pretio, quo empta fuerit , quo uſque du-
,, raverit , & hoc faciet commune *Vercellarum* tempore neceſſitatis ad petitionem
,, ſcolarium. Item apud Commune *Vercellarum* conſtituet ſalarium competens ar-
,, bitrio duorum ſcolarium & duorum Civium , & ſi diſcordes fuerint, ſtetur arbi-
,, trio epiſcopi , & ſalaria debeant taxari ante feſtum omnium Sanctorum , & ſol-
,, vi ante feſtum Sancti *Thomæ* Apoſtoli , videlicet uni Theologo, tribus Dominis
,, Legum , duobus decretiſtis , duobus decretalibus , duobus phyſicis , duobus dia-
,, lecticis , duobus grammaticis . Ita tamen quod ſcolares Vercellarum , & ejus
,, diſtrictus non teneantur aliqua dona Magiſtris , vel Dominis dare . Ita quod
,, dicti Domini , & Magiſtri , qui debent ſalarium percipere a Communi *Vercel-*
,, *larum* , eligantur a quatuor Rectoribus ſcilicet a Rectore *Francigenarum* , a Re-
,, ctore *Italicorum* & Rectore . . . . . , & Rectore *Provincialium* juratis , quod
bona

,, bona fide eligent meliores Dominos & Magiſtros in civitate, vel extra, & ſubſtitu-
,, ent eis alios Meliores uſque ad certum gradum , quos crediderint poſſe haberi ad
,, ſalarium, & ſtabitur electioni trium, ſi autem tres non fuerint concordes ad-
,, datur eis qui pro tempore reget in Theologia, Promittens in Verbo veritatis,
,, quod bona fide eliget meliorem de illis , de quibus inter Rectores erunt con-
,, troverſiæ , & electioni ejus ſtetur , & omnes prædictæ electiones fiant infra
,, quindecim dies intrante menſe aprilis . Item qui pro tempore erit Poteſtas
,, *Vercellarum* mittet infra quindecim dies poſt electiones factas de Dominis , &
,, Magiſtris propriis expenſis commnnis *Vercellarum* fideles Ambaxatores juratos,
,, qui bona fide ad utilitatem ſtudii Vercellarum quærent dominos, & Magiſtros
,, electos & eos pro poſſe ſuo obligari procurabunt ad regendum in civitate *Ver-*
,, *cellarum*. Item quod commune *Vercellarum* ſervabit pacem in civitate , & di-
,, ſtrictu *Vercellarum*, & ad hoc dabit operam Poteſtas & commune *Vercellarum*.
,, Item quod nullum ſcolarem pignorabit pro alio ſcolari niſi pro eo ſpecialiter
,, fuerit obligatus communi *Vercellarum* . Item quod ſi aliquis ſcolaris , vel ejus
,, Nuncius tobatus fuerit in civitate *Vercellarum* faciet idem pro eo , ut faceret
,, pro allo cive *Vercellarum*, dando operam bona fide, & fideliter cum litteris,
,, & Ambaxatoribus, ut ſuum recipiat. Item non offendent ſcolares, vel eorum
,, Nuncios ad eos venientes, nec capient propter aliquam guerram , vel diſcor-
,, diam, vel rixam , quam Commune *Vereellarum* haberet cum aliqua civitate ,
,, vel cum aliquo Principe, ſeu caſtro, ſed vel licentiabit Commune *Vercellarum*
,, ipſos, vel aſſidabit. Item quod Commune *Vercellarum* eos tractabit in civitate,
,, & in ejus diſtrictu ſicut Cives . Item quod Juſticiæ exhibitione ſerventur ſco-
,, laribus eorum privilegia, niſi eis ſpecialiter renunciaverint, & exceptis male-
,, ficiis in quibus Commune *Vercellarum* plenam habeat juriſdictionem . Item
,, quod Commune *Vercellarum* habebit Univerſitati ſcolarium duos bidellos, qui
,, eodem gaudeant privilegio , quo ſcolares . Item habebit commune *Vercellarum*
,, duos exemplatores, quibus taliter providebit, quod eos ſcolares habere poſſint,
,, qui habeant exemplantia in utroque jure & in Theologia competentia, & cor-
,, recta tam in textu quam in gloſſa . Ita quod ſolutio fiat a ſcolaribus pro exem-
,, plis ſecundum quod convenit ad taxationem Rectorum. Item ſi aliqua diſcor-
,, dia oriretur inter ſcolares , Commune *Vercellarum* non favebit aliquam par-
,, tem, ſed ad pacem & concordiam Commune dabit operam . Item quod pre-
,, dictas conditiones ſervabit commune *Vercellarum* uſque ad octo annos . Item
,, quod ſcolares , vel eorum nuncij non ſolvant pedagia in diſtrictu *Vercellarum*
,, quæ ſint & perveniant in communi *Vercellarum* . Item Maſſarios communis
,, dantes pecuniam ſcolaribus non habebit commune *Vercellarum* , niſi duos , &
,, illos non mutabit niſi ſemel in anno . Item Poteſtas *Vercellarum* , & ipſum
,, commune teneantur mittere per civitates Italiæ , & alibi ſecundum quod vi-
,, debitur expedire Poteſtati , vel communi ad ſignificandum ſtudium eſſe firma-
,, tum *Vercellis* , & ad ſcolares *Vercellarum* ad ſtudium immutandos . Item pre-
,, dictas conditiones commune *Vercellarum* ponet in ſtatuto, Civitas *Vercellarum*,
,, & Poteſtas, qui pro tempore fuerit, jurabit eas ſervari in ſui principio, ſicut
,, cætera ſtatuta civitatis , & faciet jurare ſnum ſucceſſorem, & ita ſucceſſive uſ-
,, que ad dictum terminum, ſcilicet octo annorum; ante extrahantur , & ſuper
,, his omnibus duo inſtrumenta uno tenore confecta fiant. Item promiſerunt pre-
,, dicti Rectores , & ſcolares eorum nomine & nomine aliorum omnium ſcola-
,, rium de eorum rectoria predictis procuratoribus nomine communis *Vercellarum*,
,, quod bona fide ſine fraude dabunt operam, quod tot ſcolares venient *Vercellis*,
,, & morentur ibi in ſtudio , qui ſint ſufficientes ad predicta quingenta hoſpicia
,, conducenda , & quod univerſum ſtudium *Paduæ* veniet *Vercellis* , & moretur
,, ibi uſque ad octo annos, ſi tamen facere non poterint , non teneantur . Item
,, quod fuit de eorum concordia quod Domini , vel Magiſtri , vel ſcolares non

,, de-

„ debeant advocare in aliqua cauſa in civitate, vel diſtrictu niſi pro ſcolaribus „ vel pro ſuis factis, vel coram delegatis ab utroque Principe, vel in foro ec„ cleſiaſtico coram eccleſiaſticis perſonis. Item quod Domini vel Magiſtri, vel „ ſcolares, vel Rectores non erunt in aliquo facto, vel conſilio in detrimento „ civitatis *Vercellarum*, & ſi ſciverint aliquem vel aliquos facere, vel tractare „ aliquid contra honorem & ſtatum communis *Vercellarum*, bona fide prohibe„ bunt, ne recedant, & Poteſtati *Vercellarum* quam citius poterint, mani„ feſtabunt. Item promiſerunt, quod non capiant partem aliquo modo in„ ter cives *Vercellarum* vel ejus diſtrictu. Item fuerunt in concordia, quod qui„ libet rector tantum habeant poteſtatem in omnibus negociis ſcolarium, quan„ tum alius, nec aliquis ipſorum habeat majorem poteſtatem propter majorem „ numerum ſcolarium; unde plures cartæ uno tenore ſcriptæ ſunt. Actum in „ *Padua* in hoſpicio Magiſtri *Razinaldi*, & *Petri de Boxevilla* præſentibus Do„ mino *Philippo de Cavrixio* Canonico *Taurinenſi*, & *Bono Johanne de Bondonis*, „ & *Martino* advocato *Vercellenſi*.

„ Ego *Bonus Johannes* Notarius Civis *Vercellenſis* filius quondam *Manfredi Meguxii* his omnibus interfui, & hanc cartam tradidi, & juſſu ambarum partium „ ſcripſi, & ſcribi feci.

CAPUT X.

Bononiam, & Ferrariam excurſus Auguſto menſe ejuſdem anni MDCCLVII. *Albornotianum Archivum, deque eo commentarius: Perpiniani epiſtolæ duæ nondum editæ. Codices Mss. apud Ferrarienſes adſervati; antiqui lapides in Ferrarienſi Lycæo extantes.*

I. Nihil tale cogitantem Cl. *Ludovicus Preti* me ſuis officiis *Bononiam* Auguſto menſe evocavit, ut in parœcia quadam *S. Laurentio* dicata orationem de præſtantiſſimi Levitæ & Martyris laudibus IV. Eidus ejus menſis haberem. Hanc nactus occaſionem ad celebre *Hiſpanorum* Collegium *Albornotianum* adceſſi Cl. D. *Petrum de Caſtro* inviſurus, cujus opera *Iſidorianos* aliquot Codices ibi adſervatos conſulere liceret. Res ex ſententia ceſſit. Codices illos excuſſi. Præterea quum *Albornotiani* Archivi, quod ibidem exſtat, incidiſſet mentio, revocavi mihi in memoriam, Cl. *Petrum de la Figuera* ante aliquot annos ſpecimen commentarii ſui in chartas ejus archivi mecum communicaſſe, ex quo Lectores poſſent intelligere, quantus ibi lateat theſaurus. Rediturus eram ſub ejuſdem menſis finem *Bononiam*, ut cum *Antonio Righettio* e Societate noſtra egregio humaniorum litterarum in *Mutinenſis* Collegii ſcholis profeſſore *Ferrariam* concederem. Pollicitus ergo ſum doctiſſimo *Petro de Caſtro*, in chartarum quas domi haberem, acervum diligenter inquiſiturum me, ut ſpecimen illud reperirem poſtea edendum. Reperi enimvero. Quare heic locum habeat; ſicque datam utrique, quem maximi facio uti *Hiſpanos* omnes ejus Collegii ornamenta, viro Clariſſimo *de Caſtro*, & *de la Figuera* fidem tandem liberabo.

Digitized by Google

Pars prior Elenchi Archivi Albornotiani.

,, *Commentarius*, *ſive Elenchus Hiſtorico-Criticus Chartarum olim* Ægidii Alvari
,, Albornotii *Archiepiſcopi* Toletani, *S. R. E. Cardinalis Epiſcopi* Sabinenſis,
,, *in univerſam* Italiam *Sedis Apoſtolicæ Legati*, *& totius Ditionis Pontificiæ*
,, *Præſidis: Quas in locupletiſſimo, in quo huc uſque delituerant*, Bo-
,, nonienſis *Collegii Majoris* S. Clementis Hiſpanorum *Archivo*
,, *nunc primum congerit*, *deſcribit*, *illuſtratque* Petrus
,, de Laſiguera, Cæſarauguſtanus *V. I. Doctor*, *Togatus*
,, *ejuſdem Collegii Alumnus*, *in Archigymnaſio* Bono-
,, nienſi *Sacr. Canonum Interpres*, *Protonotarius*
,, *Apoſtolicus*, *Cathedralis Eccleſiæ* Pam-
,, pilonenſis *Archidiaconus*.

Ad Lectorem Præfatio.

,, UT edito *de Anno Sancto*, *& de Spectaculis tunc intermittendis* Liberculo,
,, quem Benedicto XIV. Pontifici Max. dicavi, rem longe magis diffici-
,, lem, atque operoſam, qualem eſſe, conſtat, veterum monimentorum illuſtra-
,, tionem, ſuſcipere auderem, plurimum apud me valuit ejuſdem Pontificis au-
,, ctoritas; qui de oblato ipſi libro honorificentiſſimis mihi literis pro ſumma,
,, qua pollet, humanitate gratulans, ingenium meum ad altiora probare, ac
,, excitare voluit. Etſi enim ego modeſte, & temperate, quantum mediocrem
,, honeſtumque decet hominem, de me ipſo cogitabam; malui tamen mihi ali-
,, quantulum blandiri, ac indulgere, quam de Pontificis Sapientiſſimi, atque ab
,, omni aſſentationis ſuſpicione liberi judicio dubitare. Ejus certe opinione, at-
,, que auctoritate potius excitatus, quam mearum virium æſtimatione confiſus,
,, ad priſtinum hujus Sacri, Regaliſque Collegii Majoris Archivum, quod im-
,, plicatiſſimum, & multis etiam virginibus Ampliſſimi Inſtitutoris, Ægidii Car-
,, dinalis Albornotii chartis locupletiſſimum eſſe dicebatur, accedere conſtitui,
,, ut, ſi quid in eo proficere poſſem induſtria, id ſaltem ex animo contende-
,, rem. Me ad id ipſum vehementer hortabantur Collegæ præſtantiſſimi, qui-
,, bus, grave ipſis, Collegio vero iniquum, & prope injurioſum eſſe videbatur,
,, Magnanimi Ægidii, cujus tam multæ ſunt, in Italia præſertim, geſtæ res
,, amplæ, atque magnificæ, emeritorumque Sodalium digniſſimorum geſta, pro-
,, pter Albornotiani Archivi neglectum, aut ignorari prorſus, aut parum dili-
,, genter ſcripta circumferri, vel his etiam florentiſſimis temporibus, quibus tan-
,, to ſtudio, tantaque cum laude omnia excutiuntur, ac examinantur monumen-
,, ta, ut virorum quacumque ratione illuſtrium nomina, & facinora ab oblivio-
,, nis vindicentur injuria, vel plenius, & accuratius proferantur in lucem.
,, Erat autem Archivum arca quædam ampliſſima ferreis obvallata vectibus,
,, quæ a Collegii primordiis in peropoca ejus templi ſacrario poſita, ſepulcri
,, potius, quam Archivi ſpeciem præbebat. In eam chartas omnes ſive ad na-
,, ſcentis Collegii jura, ſive ad Egregii Conditoris geſta pertinentes, Teſtamenta-
,, rii ejus Executores confertim, ut ea ferebant tempora, conjecere. Sic ibi ſe-
,, pultæ, & pluribus, quæ in dies inſternebantur, obrutæ, ac impolite compreſ-
,, ſæ, huc uſque per quatuor fere ſecula delituerant, quin ullus ex innumeris,
,, quos ſemper aluit Domus iſta, ſtudioſiſſimis, ac ornatiſſimis viris eas apte de-
,, ſcripſerit, nedum in ordinem redegerit. Nam, licet Bivarius, Sepulveda, Na-
,, varretius, Pitillas, & nonnulli Sodales alii, qui de rebus ſcripſerunt Albor-
,, notianis, chartas illas evolverint, id certe non fecerunt, ut Archivum ipſum,
,, ſed ut illud, quod moliebantur, opus illuſtrarent. Neque ad id chartas per-

,, ſcru-

,, ſcrutati ſunt univerſas, ſed ex eis, quæ in manus incidebant, eas duntaxat, ,, quæ minus videbantur obſcuræ. Noverunt quidem iſti, ſcriptiſque ſuis deplo- ,, raverunt ſatis Archivi calamitatem, eoque vehementiæ proceſſerunt, ut Ma- ,, jorum incuriam palam accuſarint: At ipſi nihilominus noluerunt hac in re di- ,, ligentiores eſſe, quandoquidem illud, iis, quæ ex eo decerpſerant, annotatis, ,, haud minus implexum, & ſæpe etiam neglectius reliquere.

,, Fuerunt ſane præter illos aliqui, (neque enim multis patebat Archivum) ,, qui, ut Collegii bono, motis præſertim litibus, & controverſiis, conſulerent, ,, Archivum adiverunt, ejuſque confuſionem experti, illud ordinare conati ſunt ,, aliquando. At hi, aliis fortaſſe curis præpediti, ſatis ſe præſtituros eſſe, ar- ,, bitrabantur, ſi in re tam ampla, atque operoſa ea utcumque digererent, quæ ,, ad ipſius Collegii uſum, & adminiſtrationem magis opportuna, & neceſſaria ,, judicabant. Quin neque id ullus in loco cuique obvio, aliiſque de cauſis pe- ,, rincommodo potuit unquam perficere, aut, ſi forte perfecit aliquando, id, ,, quod maxime oportebat, minime eſt aſſecutus, compaginata ſcilicet monu- ,, menta ſic inveterare, ut illo, quo fuiſſent ordine collecta, diu ſervari poſſent ,, collocata. Etenim in arca repoſita, id, quod ſtatim accidit, facillimum erat, ,, ut inverterentur. Grates tamen his habendæ ſunt maximæ, quod magnam ,, eorum partem, quibus Collegium crebrius uti ſolet, in ſacculos quoſdam im- ,, mittentes, chartarum omnium integritati ſaltem, & conſervationi ita felici- ,, ter proſpexerunt, ut eas a conſciſſuris, quibus alioquin fuiſſent in Archivi ,, evolutionibus obnoxiæ, liberaverint, illæſaſque nobis ad hæc uſque tempora ,, tranſmiſerint. Atque utinam curam hanc ſuam protendiſſent ad chartas Æ- ,, gidianas! Verum illis (Collegio certe utilioribus) intenti, has per incogi- ,, tantiam, vel propter antiqui characteris iniquitatem neglexerunt adeo, ut ipſis ,, quandoque abuterentur ad illas involvendas. Hinc factum eſt, ut aliquæ ex ,, Ægidianis ſciſſæ, aut nimis exeſæ, attritæque ſint.

,, Hæc autem omnia non eo retuli, quo plus feciſſe me, quam ceteri, videar, ,, ſed ut priſtini Archivi facies appareat, ejuſque tranſlationis neceſſitas, & to- ,, tius facti ſeries poſteris etiam innoteſcant. Abſit, ut optimis ſuccenſeam vi- ,, ris, qui, cum ſatis in re magna, vel ſolum experiundo, laboraſſent, id mi- ,, hi perficiendum reliquerunt, quod ipſis non defuit ad laudem, mihi vero o- ,, ptatiſſimam præbuit occaſionem meum, qualecunque ſit, ingenium utiliter ,, exercendi, gratumque erga Collegium animum comprobandi. Neque, cum ,, illi ceſſaſſent, & abſtinerent alii; ſtudium meum moleſtum cuiquam, aut in- ,, vidioſum fore, vereor.

,, In hujuſmodi igitur Archivo commodius, & felicius, quam ii, de quibus ,, memini, Sodales, verſari cupiens, priuſquam manus ad illud admoverem, ,, facultatem a Collegio petivi, ac impetravi, ut mihi liceret, non modo char- ,, tas omnes in locum ad opus accommodatum transferre, ſed etiam novum fa- ,, cere Archivum, in quo demum aptius conderentur. Chartis itaque, donec de- ,, cretum conſtrueretur Archivum, in tutiſſimum cubiculum ex Collegii aucto- ,, ritate tranſlatis, eas primum, quæ ad Ægidium ipſum, ejuſque geſta ſpe- ,, ctare videbantur, ab illis, quæ de Collegii rebus erant, ſeparavi; utrarumque ,, deinde congeriem juxta argumentorum varietatem in plures ſubdiviſi claſſes, ,, ut totidem fierent Volumina.

,, Sic univerſis Archivi chartis diſtributis, adeo illæ, quas Ægidio tribuebam, ,, mihi viſæ ſunt multæ, &, quantum ſtatim leviterque legendo, aſſequi pote- ,, ram, grandes, atque conſpicuæ, ut, geſtientis animi gaudium continere ne- ,, quiens, jam quaſi de invento theſauro cum mihi ipſi, tum maxime Collegio ,, gratularer. Neque mea me feſellit opinio, aut Collegio præpropera gratu- ,, latione illuſi. Re ſiquidem attentius examinata, ea inter monumenta char- ,, tas inveni plurimas ad præclara tanti Viri geſta, adeoque (quod magni me-

 ,, rito

„ rito faciebam) ad totius ditionis Pontificiæ , ne dicam Italiæ univerſæ , ad-
„ miniſtrationem, & hiſtoriam pertinentes. Modo quidem authenticæ in manus
„ veniebant Literæ, & *Proceſſus* , quibus Ægidius , ceu Generalis Sedis Apoſt.
„ Legatus, conſuetas decumas, quæ *procurationes* dicebantur , a ſingulis Italiæ
„ Præſulibus quotannis poſtulabat: Modo eorum reſponſa , & ſupplices libelli :
„ Modo Pontificia, Imperialia, Regia ad Ægidium Diplomata, & ultro citro-
„ que ſcriptæ Literæ, in quibus de Italico Bello , & de ſumma rerum ageba-
„ tur: Modo Militum, & Provinciarum Præſidum ad illum conſultationes , &
„ de rebus publicis commentarii ; Modo ad eos Ægidii edictiones , monita , &
„ reſcripta: Modo denique fœderum, deditionum , infeudationum , affiniumque
„ conventionum, Ægidium inter & Italiæ Regulos, aut Populos initarum, ta-
„ bulæ ſeſe objiciebant , & ſubibant oculis . Præter hæc omnia , & nonnullos
„ ſyngraphos , & accepti , ac expenſi libros , in quibus multa ſcitu digna me-
„ morantur; prototypas offendi Conſtitutiones illas, quæ, quod fuerant per Æ-
„ gidium auctæ , & compilatæ , *Ægidianæ* ſunt dictæ . Fortunatiſſime tandem
„ incidi in multos , qui diſperſi jacebant , ipſius Ægidiani Regeſti codices , in
„ quibus omnes propemodum exaratæ ſunt Literæ , quas ad Innocentium VI. ,
„ & Urbanum V. Pontifices Max.: ad Carolum IV. Romanorum Imperatorem
„ Auguſtum; ad Ludovicum Hungariæ Regem; ad Joannam Siciliæ Reginam :
„ ad S. R. E. Cardinales ampliſſimos; ad Marchiones Ateſtinos; ad Vicos, Vi-
„ cecomites, Farneſios, Gonzagas, Malateſtas, Scaligeros, & quamplures alios,
„ Italiæ potiſſimum, Principes; atque ad oppidorum , arciumque Præfectos , &
„ Pontificii exercitus Duces (ex quibus plerique erant Hiſpani) in Italia ſcri-
„ pſerat Ægidius . Quæ cum fortunatiſſime a me comperta dixerim , ea con-
„ ſulto prætermitto, quæ, cum ad ejuſdem Herois obitum, teſtamentum, & fu-
„ neraria reſpiciant, vix ſine lacrymis commemorari poſſent. His tandem om-
„ nibus acceſſerunt ex ampliſſimo Toletani Templi maximi chartophylacio ſo-
„ lemniſſima exempla quarundam Conſtitutionum per Ægidium noſtrum in
„ Synodis utplurimum edictarum , & monumenta plura ad ipſum ceu Toleta-
„ num Antiſtitem ſpectantia.

„ Tot ineditorum monumentorum pretium augeri , videbam , mira conſilio-
„ rum ſapientia, qua res in ipſis contentæ, optime excogitatæ, atque ad accu-
„ ratam Eccleſiaſticæ, & Politicæ diſciplinæ normam perpenſæ videbantur. Me
„ quidem, Ægidii chartas perlegentem, excellens illa virtus, & prudentiæ vis,
„ quibus omnia ab eo geſta, ac expreſſa ſunt, rapiebant , ſemperque rapient ,
„ in admirationem ſui. Novi etenim eas aſperſas, ac perfuſas eſſe uberrima ac
„ ſingulari illa divinarum humanarumque rerum ſcientia , a qua optima admi-
„ niſtrandæ Reipublicæ ratio peti debet, & cujus præſidio potius, quam armis,
„ Pontificium maxime continetur Imperium.

„ Ubi hujuſmodi monumenta adeo ſplendida , & duo prope millia numero
„ eſſe, animadverti; Archivum univerſum in duas partes dividere conſtitui, ut
„ in altera Ægidianæ , in altera vero propriæ ipſius Collegii chartæ poneren-
„ tur. Ut autem ab illis meum ordirer opus , non tam methodi ratio , quam
„ earum dignitas fecit, & præſtantia.

„ Ingentem vero tantarum rerum theſaurum majori , quam mihi initio præ-
„ ſcripſeram , opera & diligentia dignum mecum ipſe reputans, non modo hæc
„ omnia monumenta, quæ in decem veluti claſſes diſtribueram , chronica ſerie
„ diſponere , & totidem ex ipſis conſarcinare volumina , ſed etiam ſingula in
„ Ἐλέγχῳ, ſive Commentario , quantum per me fieri poſſet, diligentiſſimo de-
„ ſcribere, ac illuſtrare ſimul inſtitui. Integram inſuper, quæ deſideratur, Æ-
„ gidii geſtorum Hiſtoriam iiſdem contexere monumentis , & cum primum e-
„ dere, cogitavi.

„ Senſi enimvero ultro ſuſceptæ provinciæ amplitudinem ; ſed non tam me

„ ipſa

Digitized by Google

„ ipsa deterruit, quam inopia, qua valde laborare videbar, eruditionis ad rem „ digne obeundam maxime neceſſariæ. Verum ne vel hac de cauſſa ab inſtituto deflecterem meo, magnum mihi in Sepulvedæ, Ughelli, Baluzii, Muratorii, aliorumque eruditiſſimorum hominum libris futurum eſſe præſidium, „ confidebam. Iis ſane perſpectis, quæ illi de re diplomatica, de priſcis vocabulis, ac conſuetudinibus, & de præcipuis ſæculi XIV. rebus edidere, paratior „ mihi ipſe videbar ad meditatum opus conficiendum.

„ At vix rem arduam, meis profecto viribus imparem aggreſſus fueram, cum „ ecce Benedictus Pontifex facti, atque initi conſilii conſcius, (re quippe in publicis rerum urbanarum commentariolis, nobis plane inſciis, evulgata, compertorum monimentorum fama univerſam fere Europam pervaſerat) & pro „ ſumma pietate, qua in Ægidii Albornotii, Collegiique noſtri res fertur, excitatus, ſtatim per D. Lactantium Segam Amatuniæ Epiſcopum, ejuſque vices in Bononienſi Archiepiſcopatu gerentem, nobis innuit, pergratum ſibi „ fore eorundem monimentorum catalogum videre. Quo cognito, quanquam vix „ erant ſeptem adumbrati Elenchi codices abſoluti, eos ſtatim, qualeſcunque „ eſſent, exhibere, &, ſi quid ultra deſiderabatur, explicare coram, quam tanti Principis animum diu anxium, & ſolicitum habere, malui. Itaque nihil „ cunctandum ratus, toto aſſentiente Collegio, Romam advolavi. Ad Cardinalem Joachimum Portucarrerium, ſub cujus clientela Collegium eſt, & mox „ ad Pontificem accedens, neutri obſequium meum diſplicuiſſe, novi. Nam vel „ ipſe Pontifex tanta me clementia, quanta poſtmodum alacritate informes Elenchi.... atque exempla quorundam monumentorum, avitam Lambertinæ gentis nobilitatem comprobantium, excepit.

„ Multis illico per ipſum lectis, & deinde plenius obſervatis, me cum eruditiſſimo Comite Joſepho Garampio, ſecretioris Archivi Vaticani Præfecto, de „ re tota diſſerere, & conſilia communicare juſſit. Cum paucis poſt diebus ambo ab eo fuiſſemus accerſiti, & Garampius ea indicaſſet, ac expoſuiſſet, quæ „ ſine cujuſquam injuria pro Sedis Apoſt. dignitate in Archivo Albornotiano „ agi, ſingularique ſtudio inquiri, atque annotari poſſe videbantur; totum mihi negotium injunxit Pontifex. Præterea, ut ſtatim, poſt abſolutum Elenchum, Magnanimi Ægidii geſta plene & diligenter ſcriberem, ſua gravis „ acceſſit cohortatio, quæ inflammaret hominem flagrantem jam ſtudio ejuſmodi ſcriptionis. Pluribus demum colloquiis, quibus optimum erga me animum „ perſpectum eſſe voluit, benigniſſime mecum habitis, ea, qua me exceperat, „ comitate dimiſit.

„ Me ſic a Summo, Sapientiſſimoque Pontifice in ſuſcepto inſtituto confirmatum, majus operis urgendi ſtudium inceſſit. Quapropter, annuente digniſſimo „ Cardinali Portucarrerio, Bononiam cito regreſſus, ita totus operi incubui, „ ut nihil præter ingenium deeſſe videretur, quominus illud Pontificiis votis omnino reſponderet. Adeo impenſe in id unum cogitationes omnes, ac ſtudia „ contuli, ut neque de ſuccidua, & jam periclitanti ſalute cogitaverim. Deo „ autem Immortali gratias ago maximas, quod mihi homini valetudinis parum „ firmæ, ingenii vero infirmiſſimi, tantum virium, & conſtantiæ tribuerit, ut, „ poſt expletas ex ipſius Collegii, & vigilantiſſimi Protectoris ſententia, atque „ auctoritate aſſines Pontificis commiſſiones, hunc peramplum Primæ Albornotiani Archivi Partis Elenchum, quem ne ipſe quidem, cum auſpicarer, totumque proſpicerem animo, perficere me poſſe, ſperabam, tandem aliquando confecerim.

„ In eo allaborando *Chronologiæ* primum & *Diplomaticæ* diſciplinæ rationem „ habui: Deinde curavi plurimum, ne, dum monimentorum qualitates, aut eorundem argumenta deſcriberem, quidquam in noſtram narrationem per cauſſam „ irreperet officii, quod videri poſſet aſſentatione, aut gratia depravatum. Quo-

„ circa,

Digitized by Google

„ circa, ne quid verborum delectu depreſſum, pluſve æquo amplificatum cen-
„ ſeretur, ea ipſa, quæ in chartis virginibus, ſeu ἀρχετύποις potiſſima ſunt ver-
„ ba, & ſæpe etiam ſplendidiores clauſulas, & periodos, paſſim uſurpavi, me-
„ iſque verbis inſerui, ut verum cujuſque chartæ ſenſum juſte, & fideliter per-
„ ſtringerem. Quam ſane fidem, & diligentiam meam Collegii juſſu per Cen-
„ ſores duos comprobatam Sodales omnes in Elenchi calce teſtantur.

„ Ea vero, quæ vel obſcura nimis, vel nova prorſus viſa ſunt, opportunis ad-
„ notationibus, ex hiſtoria petitis, illuſtravi. Quod cum facerem, ea quoque
„ indicavi Hiſtoricorum loca, quæ ex monumentis noſtris corrigi, augeri, vel
„ explicari poſſunt. Atque utinam Clariſſ. Muratorius noſtra obſervare, atque
„ exſcribere potuiſſet monumenta, ut in magnis *Rerum Italicarum* voluminibus edi-
„ ta, facile in manus venirent eruditorum hominum, qui majori profecto in-
„ genio, & felicitate, id, quod ego tentavi perficientes, & illis, & hiſtoriæ
„ plus ornamenti, ac luminis afferrent.

„ Lectorem denique juvare cupiens, duos ad Commentarium Indices adjeci;
„ Ἀνακεφαλαιώσεις videlicet decem, quæ in eo deſcribuntur Voluminum, & copio-
„ ſiſſimum perſonarum, oppidorum, rerumque præcipuarum, quæ in ipſo, at-
„ que adeo in chartis Ægidianis, memorantur Συλλαβὸν, quem ſub finem ope-
„ ris poſui.

„ Quod autem ad ἀρχετύπων volumina, eorumque compaginationem attinet,
„ ea ſine glutine caute, & venuſte confarcinata ſunt in quibuſdam ligneis ca-
„ pſis, corio picto coopertis, & librorum inſtar arte minime vulgari formatis,
„ ne pendentia ſigilla colliſionibus infringantur. Singula Volumina argumentum
„ præſeferunt: Chartæ vero, ſive membranæ in illis colligatæ, tantum expan-
„ ſæ ſunt, quantum capſarum patitur extenſio. Quodlibet archetypon novis in-
„ ſertum, ac intectum eſt macrocolis; in quorum priori pagella monumentum
„ ipſum, uti in hoc Elencho deſcribitur, & ille, cui reſpondet, numerus ſi-
„ gnatur; in poſtremis vero plerumque accuratum inſerti monumenti exemplum
„ per me ipſum exaratum eſt. Omnem denique diligentiam adhibui, ut diu
„ monumenta ſerventur, & facillime a quoquam inveniantur.

„ Quantus porro labor ſit adhibitus; quot, & quantæ ſolicitudines ſuſceptæ,
„ ne quid unquam deſiderari, aut reprehendi poſſet, probos, atque in hoc ſtu-
„ dii genere verſatos viros appello. Quod ſi tam graves, diuturnæque cogita-
„ tiones efficere non potuerunt, ne quid temere fieret, aut excideret calamo,
„ inſcitiæ potius, quam negligentiæ nomine poſtulari patiar. Ego certe, quan-
„ tum in tantulo eſſe homine poteſt, nihil prætermiſi, quod operæ pretium fore
„ intellexerim. Nec me pœnitet, aut pœnitebit unquam, annum integrum im-
„ pendiſſe in moliendа, expoliendaque re, quam in majorem Ægidii noſtri, &
„ totius Hiſpanæ gentis gloriam; in Optimi, & mihi potiſſimum, Munificen-
„ tiſſimi Pontificis obſequium; in hujus celeberrimi Collegii; atque in totius Ita-
„ liæ utilitatem cedere, exiſtimavi. Recreat me potius impenſi laboris recorda-
„ tio, vel eo ſolum nomine, quod & Benedictus XIV., Pontifex quoquoverſus
„ Maximus, & Ferdinandus VI. Potentiſſimus Hiſpaniarum Rex, Elenchi hu-
„ jus exempla, ab ipſo Collegio oblata, libenter acceperunt. Quod ſi neque
„ Tu operam, ſtudiumque meum deſpexeris, felix nimium mihi ipſe videbor.
„ Sed ego fortaſſe nimis multa. Quare id unum poſtremo loco adjiciam, tan-
„ tum mihi animi futurum ad reliquas Archivi chartas, Ægidiique geſta de-
„ ſcribenda, quantum Tibi, aliiſque eruditis viris ſtudium hoc meum, atque
„ hanc bene merendi voluntatem probari cognovero. Vale.

„ *Elen-*

Digitized by Google

,, *Elenchus poſterioris Partis Archivi* Albornotiani,

,, *In qua omnia continentur Monumenta , quæ ad Sacri , Regaliſque* Bononienſis
,, *Collegii Majoris* S. Clementis Hiſpanorum, *ejuſque Sodalium res , & geſta*
,, *pertinent , nunc demum confectus per* D. Petrum de Laſiguera , Cæſa-
,, rauguſtanum *Utr. Jur. Doctorem , ejuſdem Collegii Alumnum , In*
,, *Archigymnaſio* Bononienſi *Sacrorum Canonum Profeſſorem, Proto-*
,, *notarium Apoſtolicum , Eccleſiæ* Pampilonenſis
,, *Archidiaconum &c.*

Ad Sodales Præfatio.

,, QUod tribus abhinc annis juſſu , & auſpiciis veſtris aggreſſus ſum opus ,
,, fractiſque adverſa valetudine viribus , perficere pene deſperabam , tan-
,, dem, favente Numine, exædifico. Nuper Magnanimi Ægidii noſtri chartas,
,, quæ primum in Archivo locum multis de cauſſis ſibi vendicant, uno Volumi-
,, ne perſtrinxi: Nunc autem in alio reliqua Archivi noſtri monumenta deſcribo.
,, Multa quidem , & conſpicua ſunt ea , quæ in prioris Archivi Partis Elen-
,, cho continentur; ſed quæ nunc oculis ſubjiciuntur, ſin minus ſplendida, Col-
,, gio certe utiliora ſunt , & numero longe ſuperiora . Omnia ad ipſius Colle-
,, gii, vel ad Sodalium res pertinent, & geſta, quorum ſane deſcriptio non mo-
,, do ad Collegii uſum utiliſſima , ſed etiam cuicunque noſtrum videri debet
,, perjucunda.
,, Hæc igitur monumenta in claſſes, & volumina, juxta argumentorum diver-
,, ſitatem diſtributa, ibique chronica ſerie diſpoſita in Sex magnis armariis clau-
,, ſi: In Primo ſcilicet *Literas præſentatitias, & Proceſſus*, quos Candidati gene-
,, ris nobilitatem, & ſua literarum ſtudia oſtenſuri, ad Collegium afferunt: In Se-
,, cundo *Proceſſus* alios ſolemniores, quos *Secundas* vocamus *Probationes* , quibus
,, quidquid de Sodalium conditione , ac meritis in prioribus teſtatum eſt , per
,, Nuntios, qui ad id de Collegii corpore deputari , atque in Hiſpaniam mitti
,, ſolent, legitime comprobatur: His Collegii Acta, Statuta, Cardinalium Pro-
,, tectorum, ac Viſitatorum , ſeu Reformatorum decreta , & reliqua omnia ad
,, diſciplinam ſpectantia, conjunxi. In Tertio, & Sexto , quod illi ſubeſt , Ar-
,, mario ea, quæ ad ipſius Collegii privilegia, jura, bona, redditus , eorumque
,, adminiſtrationem reſpiciunt , eodem prorſus ordine collocavi . Ad ſingulas
,, autem præcipuarum chartarum claſſes affinium Epiſtolarum acceſſerunt faſci-
,, culi, ut, quæ argumenti affinitate aliis proxima ſunt Voluminibus , loci et-
,, iam proximitate connectantur. Sub Quarto demum , & Quinto Epiſtolas po-
,, ſui minus luculentas , officii ut plurimum , & gratitudinis ergo ad Collegium
,, ſcriptas ; & aliquorum monumentorum exempla typis edita ; quibus demum
,, addidi Miſcellanea. Atque ita factum eſt, ut chartæ omnes, quæ de Collegii
,, rebus ſunt, ad duo veluti capita , quæ cujuſque Sodalitii baſes cenſentur , &
,, fundamenta, Diſciplinam ſcilicet, & Oeconomiam, referantur.
,, Eas in Elencho iſto deſcripturus, hunc ipſum ordinem ſervavi: Id ſiquidem
,, optimum eſſe duxi, non modo, ut, qui Archivum adierint, ea , quæ exqui-
,, rant , ſtatim inveniant , ſed etiam ut Volumina loco mota facile ad proprias
,, ſedes reſtitui poſſint.
,, Quod vero ad ipſam chartarum deſcriptionem attinet , ea plena eſt , atque
,, conſpicua; in ea tamen non ita multus ſum, ſicuti in Primæ Archivi Partis
,, Elencho; non quod hujus Secundæ Partis monimenta contempſerim, ſed quia,
,, cum ipſa Vobis, ad quorum uſum deſcribuntur , haud minus , quam mihi,
,, perſpecta ſint, ea neque adnotationibus, neque interpretatione mea aut orna-
,, tius explicari, aut plenius exprimi poſſe, exiſtimavi. Nihil enim obſcurum ,

,, nihil

„ nihil aut inauditum Vobis, aut novum in Collegii chartis offendi. Equidem „ Vobis, quoniam ita voluiſtis, ſic chartarum omnium argumentum indicandum „ eſſe cenſui, non ut Interpretem agerem, quod & moleſtum eſſet, & minime neceſſarium, ſed ut cujuſque monumenti locum commonſtrarem, &, uti „ fieri ſolet, digitum ad fontes intenderem. Atque utinam id ſaltem apte præſtiterim, ut Vos facilius utamini Archivi monumentis.

„ Si autem aliqua nunc a me prætermiſſa, aut inepte poſita, vel etiam deinceps aucta ſint, ea quilibet notare poterit in Codice, quem ad id ipſe deſtinavi, ut quæ accuratius deinde examinata, memoria, aut cenſura digna judicentur, ad ipſum congrue transferantur Elenchum, vel, eo jam plura non recipiente, diligens ex illis conficiatur Appendix. Cavete tamen, ne quis temere, inconſulto Collegio, quidquam in Elencho ipſo, vel in archetypis deleat, addat, notet, aut quoquomodo ſcriptitet, quantumvis magnum errorem irrepſiſſe, contendat: Nam, præterquamquod, hac data libertate, omnia „ brevi tempore deformarentur Volumina, multi fortaſſe ineptis, inconditiſque „ adnotationibus, ipſa facile invertere, ac offuſcare poſſent monumenta.

„ Plura hic pro Archivi conſervatione animadvertere oporteret, niſi cum iis „ agerem, quibus nec ſtudium, nec ſcientia Archivi bene adminiſtrandi deeſſe „ poteſt. Quare id unum reliquum eſt, ut, tota conſilii, factique ratione expoſita, totum Opus, omneſque diuturni laboris fructus Vobis tradam. Illud „ profecto grande non eſt; ſed, ut veſtra dignum videatur æſtimatione, novum „ Archivum, ejuſque Elenchum recipientes, non mea, ſed veſtra accipere putatote. Veſtra enim ſunt, quæ de Collegii rebus ſunt; quæ ad uſum comparata ſunt veſtrum; quæ veſtro demum foventur, ac illuſtrantur nomine, & „ patrocinio. Ita ſane fiet, ut ex hujuſmodi operis adoptione creſcat in me rerum veſtrarum amor, tantumque ipſarum illuſtrationem urgeam, ut tandem „ aliquando Hiſtoriam, quam animo conceptam, atque adumbratam habeo, „ perficiam, Vobiſque libentius offeram excudendam. Interim hoc meum in „ Vos, & res Veſtras ſtudium, atque addictiſſimi animi argumentum, vel probate, vel ſaltem nolite contemnere, quandoquidem videtis, me quod feci, „ non tam feciſſe, ut mihi, quam ut Collegio conſulam, & proficiam. Valete.

II. Sub Auguſti finem, ut antea indicavi, *Bononiam* redii. Tum enimvero conſtitui, quod antea ſæpius in mentem venerat, nequetamen perfeceram, *animadverſiones Antonii Poſſevinii* in *Jacobi Thuani* hiſtoriam, quæ in locupletiſſima noſtri Collegii *S. Luciæ* Bibliotheca adſervantur, heic edendas deſcribere. Quod quidem humaniſſimus, doctiſſimuſque P. *Alphonſus de Maniaco* Bibliothecæ Præfectus facile mihi conceſſit; immo & duas *Perpiniani* noſtri nondum vulgatas epiſtolas ut ex codice alio ejus Bibliothecæ exarari curarem, ab illo impetravi. *Poſſevinii Animadverſiones* in alteram rejicio voluminis partem. *Perpiniani* hæ litteræ ſunt cum meis nonnullis adnotationibus.

I.

Petrus Perpinianus Paullo Manutio S. D.

„ Reperi tandem *Rovilium* tuum. Magna vero res, inquis, hominem omnibus notiſſimum, qui ſuat Lugduni, & amicum vobis, duobus prope menſibus „ inveniſſe. Ac major quidem etiam, quam tu forte opinaris. Namille, homo „ videlicet negotioſus, qui librorum magis habet cum aliis, quam cum libris „ ipſis rationem, valde raro domi eſt, niſi quibus horis a me vel non poteſt „ omnino, vel difficillime poteſt conveniri. Ego autem a libris nequeo nec diu „ abeſſe, nec ſæpe, cum tertio quoque die ſtatis horis grave a me penſum exigatur. (1) Sed cum ſemel atque iterum, ac tertio ad eum adjiſſem, reperi „ tandem hominem domi aliquando, egique cum eo ſedulo, quæ mihi *Romæ*

„ pro-

Digitized by Google

,, proficiſcenti mandaras. Illum, de quo ſcire cupiebas, ait alieniorem ſibi ac
,, multis aliis videri a religione noſtra; verum hominem eſſe lubricum, callidum,
,, verſutum, teneri non poſſe, facile ſimulare quidvis, ac diſſimulare. Itaque
,, cum nomen ejus delatum eſſet, quod mulierculam neſcio quam duxiſſe dice-
,, retur, evocatum eum & in cuſtodiam traditum, nullo negotio crimen illud
,, apud Regem diluiſſe, cum amicam illam, non uxorem ſibi eſſe docuiſſet;
,, graves omnino de eo rumores, multumque ſermonem hominum fuiſſe: nihil
,, tamen compertum, & exploratum habuiſſe quemquam. At unus e noſtris,
,, qui notiſſimum illum ſibi affirmabat eſſe, non negabat hominem eſſe, aut cer-
,, te fuiſſe, vita flagitioſa, & infami. Addebat etiam, ſe a multis audiviſſe,
,, cum dicerent, nunquam ſe novam religionem ſuſcepturos fuiſſe, niſi ſuum E-
,, piſcopum uxorem duxiſſe, ac ſe ad recentem illam diſciplinam tranſtuliſſe per-
,, ſuaſum prorſus habuiſſent. Verum illam omnem opinionem a turpitudine vi-
,, tæ magis, quam ab ulla ejus actione, quæ ad immutandam religionem perti-
,, neret, manaſſe dicebat; ſcire ſe, novarum rerum auctoribus valde inimicum
,, illum eſſe; a quibus in illo tumultu ſpoliatum, atque vexatum magnopere
,, optare, aliquam ſibi dari occaſionem injuriæ ulciſcendæ. Habes de homine
,, (2). De *Plinio Rovilius* reſpondit, opus totum perfectum, & abſolutum in-
,, credibili cura, & induſtria viſum a ſe fuiſſe jam pridem, ac neſcio, an ad-
,, diderit etiam perlectum. Poſtea vero quam ſe de illo crimine purgaſſet, mu-
,, taſſe conſilium; τυπογραφεῖον apud ſe inſtituere decreſſe; hinc artifices conduxiſ-
,, ſe, illos accepta pecunia clanculum avolaſſe re infecta; quid actum deinde ſit,
,, ſe neſcire. Dolebat tamen ita dedita opera ſcriptum ab eo fuiſſe tantum o-
,, pus, ut a nemine ſine ipſo legi poſſit. Quare vigilias illas omnes funditus in-
,, terituras uno temporis momento, ſi prius, quam opus ederetur, diſcederet e
,, vita (3). Atque hæc, de quibus tu cognoſcere volebas. Nunc ſcribam de me
,, ipſo pauca. Nam tu, quæ tua eſt humanitas in omnes, in me vero etiam
,, benevolentia, hoc unum credo, maxime expectabas; ſed ego ante omnia ſa-
,, tis officio meo faciendum eſſe duxi. Totum iter periculo caruit; moleſtia non
,, penitus vacuum fuit. Per totam enim *Galliam Ciſalpinam*, per *Inſubres*, per
,, *Taurinos* æſtuoſa ſane erat, ac pulverulenta via: & in Alpium faucibus, cum
,, juga ipſa bona tempeſtate ſuperaviſſemus, frigidiſſimæ pruinæ nobis fuerunt
,, adverſæ: & *Camberiaci*, quod oppidum abeſt a *Lugduno* ferme bidui, dolor
,, ilium, nauſea, δυσυρία, febris me novem dies non mediocriter vexarunt. Ve-
,, rum *Lugdunum* XIV. Cal. Octob. paululum allevatus X. Cal. meditari cœpi;
,, V. Non. Octob. (4) orationem habui *de conſervanda vetere religione, falſa*
,, *vero recentium Hæreticorum doctrina repudianda*. Interfuerunt Archiepiſcopus,
,, (5) Prætor, frequens præterea hominum cujuſque ordinis multitudo. Poſtri-
,, die ejus diei pauca præfatus ad explicationem librorum divinorum ſum ag-
,, greſſus. Auditores non deſunt (6); delectari videntur. Speramus, hanc rem
,, adjumento futuram civitati atrociſſimis errorum fluctibus jactatæ. IIX. Cal.
,, Novemb. Archiepiſcopum habui, quam libentem dicet ipſe melius, patien-
,, tem quidem certe, & perſeverantem auditorem. Erat mihi forte locus in ma-
,, nibus, cum ad diſputandum ſubtilis, & acutus, tum ad ornandum copioſus,
,, & illuſtris; in eo mihi triumphaſſe videor; ſed an ei triumphus ille, an tri-
,, umphi ſpecies inanis viſa fuerit, non ſatis certo ſcio. (7) *Rovilius* mihi man-
,, davit, ut tibi ſalutem adſcriberem; tu vero plurimam dic *Aldo*; plurimam,
,, ſi quando videris, *Antonio Mureto*; plurimam *Corrado* noſtro (8), ſi quid ad
,, eum aliquando: ad quem litteras dederam, paucis ante profectionem diebus;
,, (9) acceperit nec ne, nondum ſcire potui. Præſcripſiſſe illum arbitror, ſed e-
,, jus litteras; ad quem adhæſerant; cum eſſem *Romæ*, quas tibi miſerat, ad
,, eumdem ſcopulum ſuſpicor adhæſiſſe. Nam ſi iſthic redditæ fuiſſent meis,
,, ut ego diſcedens *Annibali Paulino* mandaram, diligenter illi profecto ad me

„ perferendas curaviſſent. Tu ſi quid ad me aliquando, domum noſtram mitti- „ to *Johanni Polanco*; ille ubi acceperit epiſtolam, mihi ipſi redditam exiſtima- „ to. Vale *Lugduno* III. Non. Novemb. MDLXV.

„ Jam hæc ſcripſeram, cum narravi *Poſſevino* noſtro, qui *Lutetia* nuper ad „ nos venit, & *Avenionem* proficiſcetur brevi, quanti a te fieri Societatem no- „ ſtram multis ex tuis ſermonibus, tum factis cognoviſſem. Ille vero cum te „ valde amet, tibique ſe plurimum debere fateatur, & vero etiam prædicet, „ ac non gratam modo, ſed jucundam etiam habeat memoriam veteris illius fami- „ liaritatis, quæ inter vos interceſſit aliquando; nihil ſibi tamen ſuavius ajebat „ extitiſſe, nullo ſe majore beneficio abs te unquam affectum eſſe, quam quod „ familiam hanc omnium poſtremam tanto fueris & ſtudio, & amore comple- „ xus. Itaque hoc a me voluit adſcribi, magnum acceſſiſſe cumulum amori er- „ ga te ſuo, atque hoc uno nomine tibi ſe debere tantum, quantum non ſperet „ a ſe poſſe perſolvi: quod eo feci libentius, quia memoriam veteris amici non „ ingratam tibi fore arbitrabar. Quæſivi etiam ex ipſo de illo, cujus religionem „ cognoſcere optabas; reſpondit, a nova iſta diſciplina, ſeu potius corruptela „ eum abhorrere (10).

Adnotationes.

(1) Penſum, quod hic *Perpinianus* indicat, paucis verbis deſcribit *Sacchinius* (*part. III. hiſt. Soc. lib. I. num. 81.*): *ibi*, inquit, *in Lugdunenſi civitate modico cum auditorio, ſed fama ingenti ter in hebdomada Sextum Evangelii S. Johannis caput explicare aggreſſus*: Confer ejuſdem *Perpiniani ad Benedictum Sardium* epiſtolam, quæ in *P. Lazeri* editione prima eſt, & triceſima.

(2) Quiſnam hic fuerit, mihi incompertum. De eo in ſequente epiſtola redit ſermo.

(3) Diſcimus ex hoc loco, *Guillelmum Rovillium* præſtantiſſimum *Lugduni* Typographum de *Plinio* edendo cogitaſſe.

(4) Adi citatam epiſtolam XXXI. Ex noſtra tamen uberiorem habemus morbi, a quo fuerat vexatus, notitiam.

(5) *Antonius d' Albon*, de quo conſule *P. Lazeri* Diatribam *de vita & ſcriptis Perpiniani*.

(6) XXII. fuiſſe ipſe in appellata epiſtola perhibet; quæ quidem eodem, quo iſta, die data eſt.

(7) Et hoc in epiſtola ad Sardium legitur.

(8) *Q. Marium Corradium* doctiſſimum virum intelligit, ad quem aliquæ exſtant *Perpiniani* litteræ.

(9) Forte epiſtolam intelligit *Lazerianæ* editionis XI. *Romæ* ſcriptam IV. Kal. Sextiles a 1565.

(10) Quum *Paullus Manutius* nondum *Perpiniano* reſcripſiſſet, alteram ad illum hic dedit X. Kal. Decembris epiſtolam, in qua & hujus ſummam quamdam exhibet. Exſtat inter *Lazerianas* num. XXV. Reſpondit tandem *Manutius* XIV. Kal. Decembres; quare hæc *Manutiana*, etſi illam aliquot diebus anteceſſerit, videtur poſt *Perpiniani* litteras collocari debuiſſe.

II.

„ *Petrus Perpinianus Paullo Manutio* S. (1).

„ Ergo Amico *Poſſevini* noſtri, cui *Romam* proficiſcenti primas ad te litteras „ dederam, tanto majorem debeo gratiam, quanto minus jam ſperabam, faſci- „ culum illum fideliter fuiſſe redditum, quem non ſine magno labore confece- „ ram. Utinam ejus, & dum vixerit, domum, rem, honorem, fortunet Deus, „ & mortuum aliquando præmiis immortalibus afficiat, qui me tanto vel metu, „ vel dolore liberarit. De te vero mi *Paulle* (dabit enim hanc mihi veniam ex- „ cellens humanitas tua ut paullo familiarius tecum loquar) etſi nunquam ex „ quo tuum nomen audivi, exiſtimavi ſecus, ac præſtans vel ſapientia, vel re-

,, ligio tua ſuo jure poſtulat; ubi autem & coram loqui tecum & animi tui
,, ſenſus cernere potui, longe majora quædam, quam exiſtimaram antea, co-
,, gnovi; poſteaquam perlegi tamen diu multumque expectatas litteras tuas, hu-
,, milius neſcio quo pacto mihi videor adhuc ſenſiſſe, quam tua dignitas prope
,, dicam ſingularis ferat. Cujus enim animi, virtutis, pietatis in Deum illud eſt,
,, quod veterem amicum ingenio, induſtria, antiquitatis notitia præſtantem, non
,, prius agnoſcere te velle dicis, quam *cum Eccleſia, ideſt cum Deo redierit in*
,, *Gratiam* (2)? Fatebor ingenue: nulla mihi res unquam *Paullum Manutium*
,, magis expreſſit, quam illa plena conſtantiæ, & cujuſvis memoriæ principe vi-
,, ro digna vox; *amicum jam non appello*. Sed vide, quæſo te, ne mea verba
,, non perinde acceperis, atque tum ego ſentiebam. Nam quantum poſſum il-
,, lius epiſtolæ meæ ſententiam recordari (exemplum enim nullum habeo), ex-
,, poſui, quod mihi *Rovilius* ad mandata tua reſpondiſſet: quod tibi ſane non
,, ſine cauſſa intelligo durius eſſe viſum. Verum addidi, ex aliis didiciſſe me,
,, hominem & eſſe, & fuiſſe novitati valde inimicum; non optimam tamen
,, morum diſciplinam vulgi ſermonibus materiam dediſſe; arbitrari me, poſſe
,, ad eum litteras dari. Hæc eadem alteris, eadem tertiis litteris me ſcripſiſſe
,, memini; eadem non ita pridem quidam mihi medicus confirmavit, cum illum
,, notiſſimum ſibi eſſe diceret: qui etiam adiecit, ſe nobile illud opus, & vi-
,, diſſe, & legiſſe. Itaque miror equidem, cur illa ſcripſeris, *ſi cum Eccleſia*
,, *Catholica, ideſt cum Deo redierit in gratiam*; nunquam enim ille, ut audio,
,, ab Eccleſia diſceſſit; niſi hæc eo a te forte dicta ſunt, quod palam ita vivit,
,, ut re atque factis decreta Eccleſiæ reſcindat. Sentio igitur, ad eum ſcribere
,, te poſſe, niſi ea ſis mente præditus, nihil ut tibi non cum male de religio-
,, ne ſentientibus modo, verum ne cum flagitioſe quidem viventibus, eo præ-
,, ſertim loco, & palam eſſe velis; quam equidem mentem atque voluntatem
,, non probare, & laudare non poſſum. Magnopere doleo, virum talem in eam
,, fraudem incidiſſe, nobis ut illius doctrinæ fructu ſit carendum. Quæ *Poſſevi-*
,, *no* tuo ſcribi voluiſti, ea tranſtuli totidem verbis ex tuis litteris in meas.
,, Nihil adhuc reſcripſit; non ignoras, homines illius ſimiles quam occupati
,, eſſe ſoleant, quadragenarii jejunii diebus. *Ritium* vero noſtrum (3) mei non
,, immemorem eſſe gaudeo, quem ego juvenem tametſi merito ejus plurimum
,, amabam, tua commendatione tamen ad amorem illum veterem acceſſio tanta
,, facta eſt, ut antea non tam amaſſe mihi videar, quam dilexiſſe. *Rovilium* ne
,, convenirem, partim meis, partim ipſius occupationibus factum eſt; te tamen
,, ab eo valde amari ſcias. Noſtris de rebus non ſemel certiorem feci. Gymna-
,, ſium ſatis eſt frequens, nec dubito, quin ſit in dies frequentius futurum; ſu-
,, periores tantum ordines, Rhetorum videlicet, & Theologorum numero ſunt
,, & doctrina pertenui; nec mirum eſt ut alia omnia, ſic Lugdunenſem hanc
,, ſcholam a modicis initiis oriri. Ego litteras a Magiſtro ſummo noſtræ ſocie-
,, tatis (4) accepi, quibus jubeor ire *Lutetiam* (5): idem opinor, quod hic fe-
,, rebam, onus in illa tot hominum luce ſuſtinebo. Craſtino die cogito (6).
,, Vehementer metuo, ne meus Ariſtoteles obſoleſcat; nam ſi res ita evenerit,
,, ut multi pollicentur, & ipſe ſpero, neſcio an ſim unquam ad illa vetera ſtu-
,, dia noſtra rediturus? Quidquid acciderit, faciam, ut ſcias. Tu ſi qua tibi
,, forte cum *Lambino* conſuetudo vetus intercedit, aliquid mihi velim ad illum
,, mittas; neſcio quid enim accepiſſe videor, quod certe falſum eſſe cupio ipſius
,, magis cauſſa, quam noſtra, & hominem opto nobis adjungere, ſi quo modo
,, poſſim: cui me tamen ita commendabis, plura ut ego præſtare queam, quam
,, ipſe promittas. Inter *Lugdunenſes* hæreticos magna de Trinitate, deque my-
,, ſterio contentio exorta eſt. Utinam ſuis ipſi diſſenſionibus tanquam civili bel-
,, lo conficiantur! *Aldum* valde amo, quem ſcire velim, vel tua, vel ſua cauſ-

Digitized by Google

„ ſa principem apud me locum gratiæ obtinere. Vale *Lugduno* Pridie Cal. A-
„ pril. M. D. LXVI.

Adnotationes.

(1) His litteris *Perpinianus Manutii* reſpondet epiſtolæ, quæ IX. eſt lib. VII. ejus epiſtolarum, a P. autem *Lazero* inter *Perpinianæas* recuſa fuit num. 24.

(2) *Manutii* hæc verba ſunt: *Quamquam de amico meo duriora ſignificant litteræ tuæ, quæ ſi vera ſunt, amicum jam non appello; excellat licet ingenio; valeat induſtria; ex antiquis monumentis præclara quæque delibaverit: hæc inania ſunt, niſi cum optima mente, & chriſtiana pietate jungantur. Quod ſi ſe ſe reſpexerit, ſi cum Eccleſia catholica, ideſt cum Deo redierit in gratiam; tunc ego me illi reſtituam* &c.

(3) *Zerbinum Ritium* intelligo, ad quem plures *Manutius* litteras dedit, eaſque amoris plenas.

(4) *S. Franciſco Borgia*.

(5) Eadem *Perpinianus* ſcribebat ad *Pompejum Maſſarellium* epiſtola inter *Lazerianas* 23.

(6) Quando *Lutetiam* advenerit *Perpinianus*, nihil certi habere ſe ſcribit *P. Lazerus* in egregia *de vita & ſcriptis Petri Johannis Perpiniani* Diatriba. Hinc ſaltem diſcimus, illum *Lugduno* Kalendis Aprilis diſceſſiſſe *Lutetiam* verſus.

III. De *Ferraria* nunc mihi dicendum eſt, non tamen magno meo labore. Nam *Johannes Baptiſta Minzonius* quo eſt in patriam amore, ſatisfeciſſe ſe ſibi haud exiſtimavit, quod ad vetera Urbis ſuæ monumenta, ad Bibliothecam in publico gymnaſio ſitam, adque alia id genus inviſenda auctor mihi fuerit, dux, ſocius; ſed ipſe præterea quæ heic a me exhiberentur, operoſe collegit, atque ad me miſit inſigni, nec ſatis laudando benevolentiæ exemplo. Quæ antequam profero, liceat mihi perrarum commemorare *D. Vincentii Bellinii* Sacerdotis eruditiſſimi Muſeum numarium a me inſpectum cum *Minzonio* ipſo, atque *Antonio Rigbettio*, cujus initio capitis memini, ſocio meo ſuaviſſimo atque antiquitatum, patriarum vero cum primis, ſtudioſiſſimo. Nempe ibi numorum medii ævi, quos alibi fruſtra quæras, ingens vis quædam eſt; cujus quidem ſpecimen edidit *Bellinius* ipſe in duobus, quos de *Italiæ*, ac *Ferrariæ* numis divulgavit, præclariſſimis commentariis. Servat idem *Bellinius* Conſulares, quos vocant, ſervat Imperatorios veteres numos, ſervat & illuſtrium virorum ſelecta quædam numiſmata; Pontificia quoque non exiguo numero. Quare de patria optime meriti ii mihi videntur nobiliſſimi viri, qui *Bellinium* tanto theſauro, ac majore etiam eruditione pollentem in ipſam urbem, ut nuper intellexi, ex ſuburbana parœcia, cui præerat, laudabili conſilio revocarunt. Apud eumdem *Bellinium* codicem reperi inſcriptum: *traductione di Meſſer* Franceſco Philelpho *al Santiſſimo Padre, e Signore Noſtro Sixto Papa quarto del Sacerdotio del Glorioſo noſtro Salvatore Meſſer Jeſu Chriſto*. Ex Græca in latinam linguam tranſtulit libellum hunc *Franciſcus Philelphus*, ex *Philelphi* verſione italice reddidit *Gabriel* quidam *Bononienſis* poeta. En *Gabrielis* ipſius præfationem, quam ex eo codice membranaceo ſæculi XV. ipſemet *Bellinius* deſcripſit, ac mecum humaniſſime communicavit.

„ *Gabriele* Poeta Nobile *Bologneſe* ala genero-
„ ſiſſima & eccellente Madonna
„ *Zinevra di Bentiuogli*.

[„ Magnifica e preſtantiſſima Madonna, degna fra noi di molta laude, e gra-
„ zia appreſſo Dio, veramente è da cognoſcere ogni perſona la quale cum mo-
„ deratione & cura e ſe delecta de le coſe communemente al mondo deſidera-
„ te, e che cum l'animo devoto al ſummo Dio, molto piu ſe delecta penſare
„ o leg-

„ o leggere , o udire parlare de le coſe celeſte e divine onde habiamo a ſperare l'anima noſtra havere a pervenire a eterna ſalute.

„ Da pochi zorni in qua per bona preſumptione, ho chiaro inteſo V. M. eſſere in detto laudabile, e ſancto propoſito, e poco havere l'animo affectionato a coſe di grande ſuperbia o ambitione. Per queſta mia nova intelligentia con ſingular piacere ho veduta a queſti dì certa lectione, traducta de lingua greca, in lingua latina dal *Philelpho* homo doctiſſimo, e da lui donata al ſanctiſſimo noſtro Signore, e padre Papa *Sixto*. Certamente hiſtoria tanto degna, e devota, novamente venuta a noſtra notitia fu conveniente dono a tanto Principe, per lo quale el noſtro Salvatore ſe repreſenta. Per credere adoncha dare a V. M. gran delectazione ſe per mia opera ella intenda tale venerandiſſima lectione, la ho vulgarizzata, e mandovela in dono, ſecondo mi non de vile precio, e da darvi alquanto jocundiſſimo exercitio. priego la M. V. el voglia acceptare benignamente, ed haverlo gratiſſimo, per la devotione ſua ſingolare al ſummo Signore, del quale in eſſa lectione ſi fa mentione, ed haverlo etiamdio accepto per la mia optima fede, & affectione a prefata V. M. ed a y ſuoi conzunti: A la quale me raccomando.

IV. Porro Mſs. codicum quoniam injecta mentio eſt, alios *Ferrarienſis* Urbis libros ejuſmodi percurramus. Ob elegantiam, picturas auro affabre intextas, ipſiuſque membranæ magnitudinem digniſſimi ſunt, qui ante omnes memorentur, xx. omnino ac tres, quos vocant *Chorales*, libri in principe Templo adſervati. *Guarinius in Compendio Eccleſiarum Ferrariæ* (p. 15.) eos pulcherrimos qui in *Europa* exſtent, non injuria appellavit. Nam etſi qui *Senis* ſervantur, pervenuſti ſunt, non tamen cum his facile ſunt comparandi. *Bartholomæus a Ruvere Ferrarienſium* Antiſtes a. 1472. illos Eccleſiæ principi dono dedit. Scripti porro fuere ad ejus Eccleſiæ uſum; quare in ipſa prioris voluminis fronte hæc inſcriptio legitur: *ad honorem Omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ, ac fortiſſimi Chriſti Martyris Georgii patroni noſtri incipit Graduale Majoris Eccleſiæ Ferrarienſis juxta conſuetudinem Romanæ Curiæ*. Non omittam autem eorum ſcriptorem fuiſſe Fratrem *Johannem de Cuca Franciſcanæ* Familiæ alumnum, pictorem vero *Coſmam Turam Ferrarienſem*. *Carthuſiani* quoque Patres, qui *Ferrariæ* ſunt, non ignobilem Liturgicorum hujuſmodi codicum apparatum oſtentanr. Perelegantes & hi ſunt, quamquam longo memoratis proximi intervallo.

V. At Patres *Carmelitæ Mantuanæ* Congregationis, quos *S. Paulli* appellant, magno numero codices ſervant ad bonarum artium ſtudia pertinentes. Grammatici atque Oratorii hi ſunt.

1. *Priſciani Grammatici abbreviati*, f. membranaceus codex inſcriptus C.
2. *Orthographia per Oratorem eximium Magiſtrum* Guaſparinum *Pergamenſem*. Adcedit *Lexicon, & explicatio verborum* ejuſdem Auctoris 4. CXII.
3. Anonymi *lexicon, in quo omnes fere voces Latinæ, Græco latinæ, & Hebraico latinæ S. Scripturæ explicantur* f. CCXXX.
4. Ciceronis *Rhetorica vetus & nova ad Herennium*, codex membr. 4. eleganter perſcriptus, CLXXXVII.
5. Ejuſdem *Rhetorica nova ad Herennium*, 4. LXIX.
6. Ejuſdem *de Officiis* f. LVII.
7. Ejuſdem *Actiones in Verrem*, f. CLI. Extremæ hujus Codicis paginæ adſcripta hæc ſunt: *M. Tullii Ciceronis Verrinæ exſcriptæ per* Mortarium *Papienſem anno Domini Jeſu Chriſti, cum publice legeret Humanitatis opera*.
8. Ejuſdem *de natura Deorum, & de divinitate* cum enarrationibus, 4. CXLVII.
9. *Epitome breviſſima principalis Grammaticæ compoſitæ ab eleganti Manuele Chryſolora*. *Ponticus in Chryſoloræ* vita, quam in Dialogo *de parum fidis Græcæ linguæ magiſtris Henricus Stephanus* appellat, *Guarino* hanc Epitomen tribuit. Eidem *Chryſoloræ* diſcipulo adſcribuntur, quæ ſequuntur

10. Ero-

Digitized by Google

10. *Erotemata*, ſeu *interpretationes Chryſoloræ*. Codex CCCLVI.

VI. Poetæ quoque complures in eadem Bibliotheca deliteſcunt. In his

1. *D. Junii Juvenalis Satyræ* cum *Merulæ*, ignotique alterius interpretis commentariis, membr. Codex 4. inſcriptus LXV.

2. Earumdem Satyrarum exemplum aliud chartaceum prolixis commentariis enarratum, 4. CLXXI.

3. *Tibulli*, *Propertii*, & *Catulli* carmina. *Tibulli* quidem hoc titulo prænotantur: *Albii Tibulli Equitis inſignis regiæ Tuſcorum progenie Poetæ Illuſtriſſimi libellus elegus feliciter incipit* 1458. Clauduntur vero *Tibulli* epitaphio, elogio, atque epigrammate *Nicolai Vulpes Vicentini*. *Propertii* porro carmina inſcribuntur: *Propertii Spoletani Poetæ lepidiſſimi elegiarum liber incipit*. *Catulli* demum libro titulus hic adſcriptus eſt: *Valerii Catulli Veronenſis Poetæ Lyrici liber incipit feliciter*. In extrema autem pagina hæc de illo adnotantur: *Valerius Catullus ſcriptor Lyricus Veronæ naſcitur anno ante Criſpum Saluſtium Hiſtoriarum Scriptorem Amiterni natum in Sabinis: anno vero ante Virgilium XVI., ante Jeſu Chriſti ortum an.* CLXXXV.

4. *Brathrathomiomachia* (ſic) *Homeri per Carolum* (Marſuppinum) *Aretinum traducta verſibus exametris*, f. IX.

5. *D. Junii Juvenalis*, & *Perſii ſatyræ*, 8. LXXIX.

6. *Donati* Grammatici *in expoſitionem Terentii Poetæ Commentarii elegantiſſimi*, f. CCXCIII., cujus codicis extremæ paginæ inſcripta hæc ſunt: *a* Lodovico Carbone *in Diamantino recognitus* 1477. *menſe novembris*. Margini notationes adſcriptæ.

7. *P. Ovidii Naſonis Sulmonenſis Faſtorum libri ſex*, egregius membranaceus codex adnotationibus illuſtratus 4. LXXXV. Amanuenſis nomen ſuum his verbis in calce codicis adſcripſit: *Publii Ovidii Naſonis Faſtorum liber ſextus explicit per me* Johannem Carpenſem *die* XV. *Septembris an.* 1460. *Reliqui vero ſex libri per ipſum* Ovidium *confecti ſuper reliquis ultimis ſex menſibus anni non reperiuntur: crimen ignaviæ maximum Majorum Noſtrorum, & Linguæ Latinæ damnum quidem non parvum.*

8. *Lucani Pharſalia*, Cod. membr. 4. LXXXVII.

9. Eadem cum *Benvenuti* (ſuſpicor *Forocornelienſis*, de quo *Zenius Diſſ. Voſſian.* *T. 1. p. 27.*) enarrationibus. Hinc in extrema pagina legere eſt: *expliciunt expoſitiones ſecundum* Benvenutum *ſuper Pharſaliæ* Lucani *compilatæ anno* 1386. *ſcriptæ* 1406., f. CXLI.

10. *Acron*, *in Horatii Flacci odas & ſermones Commentarius*, f. LXXIII.

11. *Boetii de conſolatione Philoſophiæ* 4. XLII.

12. *Anticlaudianus de virtutibus*, in cujus operis librum primum varias lectiones dedi T. 1. *Speciminis Critici hodiernæ Tranſalpinorum litteraturæ*. Hoc codicis initium. *Incipit* Anticlaudianus *Alani* de Antirufino (hoc eodem titulo prænotatur hic liber in *Lipſienſi* codice, de quo *Fellerus* p. 436.; *inde*, inquit *Fabricius in Bibl. Med. & inf. Latin.* T. 1. *Patav. edit.* p. 36., *non contemnenda fortaſſe* Barthii *ſententia T.* 11. *in* Statii 2. Thebaid. 714. p. 639. *eſſe* Anti-Claudiani *titulum datum ab Auctore*, *quia diſputat pro Providentia*, *quam dubiam in ingreſſu librorum* in Rufinum *facere videbatur* Claudianus). *In hac inſtructione & Auctor operis exprimitur, cum dicitur* ALANI, *& opus Auctoris*, *cum dicitur* Anticlaudianus. *Dicitur autem* Anticlaudianus *hic liber ratione materiæ*, *quia materia hujus libri contraria eſt materiæ principii* Claudiani. Claudianus *enim in principio ſui libri introducit vitia ad deformandum* Rufinum; *in principio hujus operis introducuntur virtutes ad informandum hominem*. Accedit incerti Auctoris *de Rhetorica liber*, 8. XC.

13. Codex *S. Anſelmi hymnos*, *hymnos S. Bernardi*, *Hymnum de S. Vincentio Ferrerio*, incertique Poetæ Italicas odas complectens, 8. CXCII.

14. *Franciſci Petrarchæ Laureati Poetæ epiſtolarium carminum libri tres*. Additur

Digitized by Google

tur *epiſtola* Lombardi (Serici) *ad* Franciſcum Petrarcham *de diſpoſitione vitæ ſuæ*, f. LXIII.

15. Ejuſdem *Petrarchæ epiſtola de ſui ipſius, & multorum ignorantia ad Magiſtrum* Donatum *Apeninigenam Grammaticum*, f. XXXI.

16. *Franciſci Philelphi* Carminum libri V., f. CXXX.

17. *Johannis Antonii Campani elegiarum libri*, Codex membran. 4. LXXXVII.

VII. Patres in eadem Bibliotheca non paucos reperire eſt. Aliquot adſcribam: ſunt autem

1. *Dionyſii Areopagitæ* opera: porro libri *de myſtica Theologia* extremæ paginæ adſcriptum: *abſolvi Ambroſius Peccator* (*Traverſarius* nempe *Camaldulenſis*) *Dionyſii opuſcula in Monaſterio* Fontisboni XV. *Kal. Aprilis* an. 1443. Sequuntur epiſtolæ decem; in calce autem legitur: 1443. *die* 17. *Septembris tranſcripſi Albertus*.

2. *S. Hieronymi epiſtolæ*. *Hoc* porro *volumen epiſtolarum* S. Hieronymi (ut notatum in extrema *epiſtolarum* pagina) *ſcriptum eſt*, *& finitum per me* Johannem Groſſum *Carpenſem Civem civitatis inclytæ Ferrariæ filium quondam commendabilis viri* Franciſci Groſſi *Ferrariæ civis* (hic dubio procul *Johannes* idem, qui Ovidii Faſtos deſcripſit, ut ſupra vidimus) *anno* 1467. *Indictione* XIV. *die ultimo Februarii*. Adcedit ejuſdem *S. Hieronymi de vita Clericorum ad Nepotianum*; Codex membran. pereleganter exaratus, f. CCLXXXVI.

3. Ejuſdem *S. Hieronymi laudes in D. Paullum*, *& Commentarii in Eccleſiaſten* f. CCIV.

4. *S. Cypriani Martyris de immortalitate, de patientia, & epiſtola ad Donatum*; item *D. Auguſtini ad ſororem de vita Chriſtiana, de immortalitate animæ, de decem chordis, de beata vita, de Chriſtiana fide*, 4. LXXIX.

5. Ejuſdem *B. Auguſtini de doctrina Chriſtiana* libri adnotationibus illuſtrati, 4. CXVI.

6. Ejuſdem *de moribus Eccleſiæ Catholicæ, de mendacio, & contra mendacium* 4. LXVI.

7. Ejuſdem *de fide ad Petrum*; *Academicorum* libri tres; *de immortalitate animæ* liber unus; *de natura Dæmonum* liber unus; *contra Manichæos* liber unus; 4. XCIX.

8. Ejuſdem *Soliloquium, Manuale, doctrina de moribus, & vita honeſta*, 8. LXIX.

9. Ejuſdem *Confeſſionum* libri XIII., 8. CCXXIX.

10. *Firmiani Lactantii* libri, f. CCLXII.

11. *B. Silvani* (Salviani) *Epiſcopi de vero juditio & providentia Dei ex ipſius gubernatione hominum, & rerum hujus mundi libri octo ad* S. Solonium *Epiſcopum*, 4. LXXXII.

12. *B. Johannis Monachi Damaſceni de traditione rectæ fidei*; *magni Baſilii de baptiſmate*; *D. Epiſcopi Conſtantinopolitani Johannis Griſoſtomi de animæ cultu*, *e Græco in Latinum* a Baptiſta Panetio *Carmelita Ferrarienſe* (confer, & ſupple heinc *Trithemium* n. 590. de *Panetio* agentem) *verſi*, f. LV.

13. *Incipit liber de contemptu mundi, compoſitus a* D. Lothario *Diacono Cardinali SS. Sergii & Bacchi, qui poſtea fuit Papa, & vocatus D. Innocentius Papa tertius*, Codex membran. 4. LV.

14. *Sermo excitativus Abbatis Johannis Ducis Monachorum exiſtentium in monte Sinai, quem miſit Abbati* Johanni *Duci Raita*. Additur *vita in compendio Sancti Abbatis Montis Sion dicti Scholaſtici*, ſeu *Johannis Climaci*, f. CVII.

15. *S. Bernardi* liber *de conflictu vitiorum, & virtutum*.

16. *Breviloquium S. Bonaventuræ in* VII. *libros* digeſtum, 4. CXXX.

VIII. Addamus Theologicos quoſdam, ac Philoſophicos libros.

1. *Ægidii Poſtilla utilis, & magiſtralis in Evangelia Dominicalia*, 8. CIV.

2. *Alberti Magni compendium in libros ſententiarum*, ſcriptus codex a. 1426. f. XCII.

3. *Fran-*

3. *Franciſci de Mayronibus, ſeu de Maronibus in primum Sententiarum* f. cc.

4. *Petrus de Aquila vulgo dictus Scotellus in quatuor libros Magiſtri Sententiarum*, f. CLXII.

5. *Nicolaus de Cuſa* Cardinalis & Epiſcopus *Brixienſis* (immò Brixinenſis) *de concordantia Catholica*, cum *Dominici de Dominicis Veneti Epiſcopi Torcellani* adnotationibus autographis. Adcedunt ejuſdem *Dominici* tractatus duo, alter (*editus Romæ 1462.*) *de relatione, utrum poſſit eſſe ſine fundamento?* alter *de ſanguine Chriſti per varias pulcherrimas quæſtiones*, f. XCVIII.

6. *Epiſtola, quam miſit Papa* Gregorius X. *Palæologo Imperatori Conſtantinopolitano de articulis Fidei Romanæ, & ejus reſponſio.*

7. *Thomæ VValdenſis Carmelitæ Doctrina fidei, ſeu Eccleſiæ contra VViclephiſtas, & Huſſitas*, Tomis tribus f. comprehenſa.

8. *Ariſtotelis* Logica.

9. *Plato de Republica per* Antonium Caſſarinum *Siculum Netenſem e Græco in Latinum traductus*, & *Platonis* vita f. CLVI.

10. Lexicon *Philoſophicum* f. CXXIV.

11. D. *Thomæ Aquinatis* plura, f. XL. & CXXX.

12. *Paulli Veneti Logica* 8. XC.

13. *Sexti Julii Frontini Stratagemmatum* libri 4. LXII.

IX. Præterea, ut varios colligamus, exſtant

1. Vetus Martyrologium.

2. *Hiſtoria actuum Alexandri pueri magni cordis*, ejuſdemque *Alexandri* epiſtolæ ad *Darium*, ad *Didymum* Regem, ad *Athenienſes*, *Lacædemones* &c. horumque ad illum literæ, Codex membr. 4. inſcriptus XLVIII.

3. *Blondi Flavii Forolivienſis Romæ triumphantis libri* X. *ad Sanctiſſ. Patrem & D. Pium* II. P. M., f. CCXXIV. qui, ut in calce legitur, *ſcriptus fuit & perfectus die martis 27. Aprilis 1462.*

4. Ejuſdem *Romæ inſtauratæ liber tertius ad Eugenium* IV. *Rom. Pontificem* f. LXXXIV.

5. *Maphæi Veggi Laudenſis Dialogus de felicitate, miſeriaque ad Reverendiſſ. Cardinalem* Gerardum *Comenſem*, 4. XXIV.

6. *Matthæi Palmerii Florentini de temporibus ad Petrum Coſmæ filium Medicem*, f. C. quem Codicem (ut præfefert adnotatio extremæ paginæ adſcripta) *Antonius Marii filius Florentinus Civis, atque Notarius tranſcripſit Florentiæ* VIII. *Nonas Februarii 1451. ſumptum ab originali.*

7. *Johannis Boccatii de Certaldo de montibus, ſylvis, fontibus, lacubus, fluminibus, ſtagnis, ſeu paludibus, & maribus.*

8. *Poggii* epiſtola *contra Cæſarem, invectiva in Philelphum* &c.

9. *Guarinus pro Cæſare ad Illuſtriſſ. D. Leonellum Eſtenſem*, aliæque ejus Orationes.

10. *Lucii* (forte *de Salutatis*) *epiſtola ad Petrum Loſium.*

11. *Franciſci Barbari epiſtola ad Hermolaum Protonotarium.*

12. *Donati Accinjoli ad Pandulphum epiſtola.*

13. *Plutarchi epiſtola ad Trajanum.*

14. *Franciſci Philelphi ad Paullum Pontificem Laudatoria, & hortatoria in Turcas.*

15. Ejuſdem *Equitis aurati, Laureatique Poetæ elegiacum carmen* ad eumdem.

16. *Griphi Patavini verſus, in quibus Capones in agro Patavino orti & educati ad Reverendiſſ.* P. N. *loquentes mittuntur.*

17. *Henrici Septimellenſis elegiacum carmen de perturbatione & fortuna* ſcriptum 27. *Aprilis 1415.*

18. *Martini Philetici ad Illuſtriſſ. Principem Octavium de ortu, & ſtatu Charitum.*

19. *Leo-*

19. *Leonis Baptiſtæ Alberti Florentini Pontificis Maximi Secretarii doctiſſimi Apologi centum ad* Franciſcum Mareſcalcum *Canonicum Ravennatem Civem Ferrarienſem*.

20. *Griſeldis Franciſci Petrarchæ*.

21. *Leonardi Aretini* plura, nempe 1. *Florentiæ hiſtoriæ libri* f. CCCXCIV. 2. *Traductio in* Platonis *Gorgiam*, *ſive de Rhetorica*. 3. *Iſagogium moralis diſciplinæ ad* Galeottum *Ricaſolenſem*. 4. *de ſtudiis & litteris ad Illuſtrem* D. de Malateſtis. 5. Boccatii *fabula de Tancredo Principe Salernitano in latinum converſa*. 6. *de Mantuæ Urbis conditoribus, origineque hiſtoria ad* Jo: Franciſcum Gonzagam. 7. Xenophontis *libellus de diſceptatione Tyranni, & privati, traductio*. 8. *Phædonis, ſeu de immortalitate animarum* Platonis *verſio*. 9. *Translatio libelli* D. Baſilii Magni *de legendis libris Gentilium*. 10. *de* Ariſtotelis *vita & actibus*. 11. *Oratio adverſus Hypocritas*. 12. *epiſtola ad* Lodovicum Sardum *Ferrarienſem*.

22. *Baptiſtæ Panetii Carmelitæ* Inſcriptiones *Ferrarienſes*, aliæque veteres.

X. Nec Græci Codices deſunt. Hos inter Vetus ac Novum Teſtamentum in tres tomos diſtributum, Pſalterium, quatuor Evangelia, Breviarium, Lexicon verborum utriuſque Teſtamenti, *S. Johannis Chryſoſtomi* in Evangelium *S. Johannis*, item in ſecundam *S. Paulli* epiſtolam; *S. Johannis Damaſceni* opera, quibus opuſculum adtexitur *S. Maximi* Confeſſoris, Sanctorum vitæ, *Pindari* codices duo, *Eſchyli* Tragœdiæ, atque *Heſiodi* carmina, *Ariſtophanis* quatuor omnino exempla ſcholiis enarrata, *Æſopi* vita ac fabulæ, *Porphyrii* Iſagoge, *Meletii* Monachi *de corpore humano* tractatus, *Thucydidis* hiſtoria, aliaque. Sed de Codicibus hactenus.

XI. Ad Ferrarienſes *Inſcriptiones* progredior, quas quidem non pauci aut in manuſcriptos codices retulere, ut *Farneſianarum*, quas *Muratorius* ſæpius appellat, ſchedarum ſcriptor, & *Carmelita Baptiſta Panetius*, aut etiam typis edendas curarunt, quos inter *Pyrrhus Ligorius* in poſtumo opere, quod *Alphonſo Cagnaccinio* a nonnullis perperam tributum *Ligorio* Auctori ſuo ex autographo codice *Baruffaldius* V. Cl. vindicavit, *Venetiis* edito anno 1676. ab *Johanne Franciſco Valvaſenſe*, inſcriptoque *Fragmento d' Iſtoria dell' antichità della nobiliſſima Città di Ferrara*; *Gruterius*, *Marcus Antonius Guarinius* in hiſtorico *Ferrarienſium Templorum compendio*, Marchio *Maffejus* T. IV. *obſervationum Litterariarum*, *Paullus Maria Paciaudius* in erudita diſſertatione *de Ripæ Traſſoniæ Antiquitatibus*, ac *Muratorius in novo Theſauro*. Non pigebit tamen illas iterum heic exhibere ad archetypos lapides a *Minzonio* accuratiſſime deſcriptas. Verum haud animus eſt, omnes *Ferrarienſes* Inſcriptiones hoc loco edere, ſed illas præſertim tantum, quæ in Urbis Lycæum *Hercule* Marchione *Bevilaqua* curante non multos ante annos magno antiquariæ rei bono translatæ ſunt. En illas

I.

. . . . . . DOMITIAE
. . . . OMITIO T. F. ROM.
. . . III AVONCLO
. . . ONI ADL. DEC. FRATRI
. . . ACIDIVS T. F. ROM
. . . . T SVIS TEST. FIERI IVSSIT

Nihil corruptius *Ligoriana* hujus fragmenti editione. Audi non Inſcriptionem, ſed Inſcriptionis portentum.

X *Me-*

Digitized by Google

Memoriæ Domitiæ
Et T. Domitio T. F. Rom.
Hænobarbo Avuculo
Ab. munic. ſuo Adl. Dec. Fratri
Domitius Primidius T. F. Rom.
Monumentis Teſt. fieri juſſit

Nec felicius e ſchedis Farneſianis Inſcriptionem hanc reddidit *Muratorius* p. 1458. 2.

. . . Domitiæ
. . . Domitio T. F. Rom.
. . . . Avunculo
L. Placido Dec. Fratri
A. Luidius T. F. Rom.
Sibi & ſuis Teſt. fieri juſſit

Sibi & ſuis legendum in extremo verſu facile adſentior Viro Cl., nam & ipſa Inſcriptionis totius ſeries id poſtulat, & xv. ſæculo ea verba legerat *Panetius* in ceteris recitandis ne ipſe quidem admodum felix. Ceterum neque *A. Luidium*, neque *Primidium*, neque Panetii *Alvidium* in quinta linea, ſed *Placidium* quempiam videor mihi videre.

II.

DD. NN. IMPP.
FLAVIO VALENT. ET
FL. GRATIANO CAESS
VICTORR. AC TRI
VMP. SEMP. AUGG.

Corrupta exſtat tum in *Paciaudii* Diſſertatione p. 137., tum in *novo Muratorii Theſauro* p. 264.

III.

P. PVPIVS. P. L. MENT..
MEDICVS IIIIII VIR

Muratorius p. 738. ſic exhibet

P. Putius L. F. Mentor
Medicus IIIIII Vir

Ligorius, & *Borſettius* (*hiſt. Gymn. Ferrar.* p. 1. pag. 4.) *Mentol* legunt. Panetius *Mentoi*; forte *Mentidius* littera I. litteræ T. aut D. (quam enim O legerunt alii, *Minzonius* in D. vergere litteram ſcripſit) inſcripta, ſed temporum injuriis adtrita. Malui tamen rem in dubio relinquere.

IV.

PRIMAE TVRI. L.
EX TESTAMENTO
IN. F. P. XIII.
IN. A. P. XV.

Exſtat

Digitized by Google

Exſtat apud *Muratorium* p. 1731. accurate deſcripta; at inemendata apud eumdem prodierat p. 875.

V.

Q. CALVENTIO
Q. LIB. TROPHIMO
ET CALVENTIAI Q. L.
PRIMIGENIAE
VXORI ET
AVXES . . . E. . . ;

Faſcia heic inſculpta cernitur

V. F. INQ. . EMQ.
P. R. XX

Ligorii fragmentum, & *Guarinius* minus accurate edidere; omittunt præterea extremos duos verſus, qui fortaſſis terra tum tecti deliteſcebant. Vereor tamen, ne error in primo aliquis ſubſit.

VI.

OSSA
L. OCTAVI T. F.
IN FR. P. XIII.
IN AGR. P. XIIII.

Paciaudius, & *Muratorius* τὸ *Oſſa* prætermittunt; *Paciaudius* præterea legit A G.

VII.

LICINIA ƆL.
CLARA

Paciaudius p. 104. C. L., ſed *Muratorius* accurate, uti nos, exhibuit.

VIII.

D. M
P. PAPINI
SECVNDI
MVRRIA
VALENTI
NA CONIVG
X 2 ET

ET PAPINIVS

PETRONIANVS

FILIVS. B. M.

POSVERVNT

Plane aliter hanc Inſcriptionem reddit Ligorius; optime Muratorius, niſi quod MVRIA una R. Littera edidit, quemadmodum etiam Ligorius.

IX.

FESTIO PAPIRI PRISCI DELIC

Puer ſtans

PARVA SVB HOC TITVLO FESTI

SVNT OSSA LAPILLO

QVAE MOERENS FATO CONDI

DIT IPSE PATER

QVI SI VIXISSET DOMINI

IAM NOMINA FERRET

HVNC CASVS PVTEI DETULIT

AD CINERES

Vitiatam ex *Muratorii Theſauro* protulit Cl. P. *Bonada Carminum ex antiquis lapidibus* Tom. II. p. 415.

X.

I. O. M.

P. OLIVS

TERTVLLIANVS

OMNIB. HONOR

FVNCTO. T. P. I.

P. XXIII s t VII

TERTVLLIANVS

ET TERTVLLVS

FILI P. C.

Et hæc in *Muratoriano Theſauro p.* 5. mendis ſcatet.

XI.

D. M.

ANTISTIAE

MY-

Digitized by Google

MYRINENI *Myrineni*
L. ANTISTIVS
MYRON
FILIAE
KARISSIMAE
B. M. P.

Accuratius *Paciaudio* exhibuit iſtam *Ligorius*, qui tamen *Myrinenis* nomen litteris N & E implicatis inſculptum eſſe non monuit, *Myroniſque* nomen ſine y ſcripſit

XII.

VIN. VENVS

Venator haſtam manu gerens, cujus pedibus canis adſtat

VENV̄ VENAT

XIII.

D. M.
L. AEMILIO MARCELLIN
VETERAN
ſic L. AEMIVS SVPER
PATRI

Minus accurate *Ligorius* & *Muratorius* p. 776.

XIV.

T. BLANDVS
T. L. PRIVATVS
SIBI ET
A.... NAE ƆL.
VEI... VXORI
V ℘ F

Muratorius p. 1354. aliter hunc lapidem deſcribit.

XV.

ATESTIA I. DE *ſic*
ATESTIAE
TERTIAE PATRON
BENEMERENTI ET

CAPI-

Digitized by Google

CAPITONI BINETAE
ET MARTIAE ET PRIMVL.
DELICATIS ET
T. FLAVIO CELERI
AMICO CARISSIMO
ET ATESTIAE EGNATIAE

Ide, *Bineta Martiæ* legit *Muratorius* p. 1520.

XVI.

V. F.
L. CAESIO L. F.
CELERI
CASSIA GRATA

Julius Jacobonius optime ex archetypo marmore epigraphen hanc expreſſerat. *Paciaudius* tamen (ex quo deinde illam mutuatus eſt *Muratorius* p. 2079.) CHERI legit, idque ait idem eſſe atque *ſalve*, ſeu *ave*. At marmor CELERI (Ligorius *celebri* ſcripſerat) clariſſime exhibet.

XVII.

Fragmentum

. . . . . . VISSI . . . *ruiſſent* Mur.
. . . . . N. HOC QVOQVE *in* Mur.
. . . . NTVR
. . . VETTIVS A. L. PASSER
. . . ANTISTIVS. L. L. PROCVLVS
L. SEMPRONIVS TI. L. CALVIO
. . V. COSCONIVS. MV. L. HOSPES *Manius* .. *Manii L.* Mur.
M. LARTIDIVS M. L. FAVOR
P. CORNELIVS. P. L. PECVLIARIS
Q. VALERIVS Ɔ L. FELIX
P. CASSIVS. Q. F. ADIVTOR
. . . . . L FRVCTVS

Muratorius p. 1606. accurate, niſi quod diffracti marmoris veſtigia, quæ in lapide ante L. FRVCTVS extant, alio omnino ſenſu nomini illi poſtponit.

XVIII.

. . . . AXIMA SIBEI. . forte ET

CVR-

CVRTIAE L. F. SECVNDAE NVRVAE
Q. NOVELLIO Q. F. CRESCENTIN
SEX. NOVELLIO Q. F. N....

Bis in *Muratoriano Theſauro* legitur p. 1482. & 2082; utrobique cum mendis.

XIX.

D. M.
NEONI
DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANNIS
II DIEBUS LVIII
T. V. MAXIMVS
ALVMNO

Puncta, quibus litteræ T. & V. disjunguntur, omittit *Maffejus* T. IV. *Obſervat. Litter. p.* 348., in ceteris accuratiſſimus.

XX.

Urna ingens

D. M.
AVR. EVTYCHIA
SIBI ET M. AVRELIO
MARIN. N. SYR. VETER
EXOPT. PATR. ET MARIT.
PIENTISS. CVMQ. V. ANN.
XLIII. BEN. M. VIV. POS.
IVB. PATRONO EX PEC. IPSIVS
HANC ARC. SIQ. POST EXC. VTRO
RVMQ. AP. INF. HS IM. N. FISCO

Olim hæc præterea legebantur, quæ diſtracto marmore perierunt

IN F. P. XXXX
IN. A. P. XXXX

Muratorius p. 788. pro 1M legit IIM; cetera accurate exhibet. Lapidem hunc illuſtrat in Sylloge Opuſculorum *Calogeriana* T. V. eruditiſſimus *Camillus* Comes *Silveſtri*. Adi & *Cinellium*.

XII. Extat præterea Lapis nulla inſcriptione inſignis, cui ſex omnino faſces Conſulares (mediis duobus ſecuris additur) inſculpti ſunt. Inſcriptio item alia in eodem *Ferrarienſi* Lycæo ſervatur, ſed characteribus adeo adtritis, ut vix quidquam extundas. *Muratorius* ex *Paciaudio* p. 1147. & 1434. duas alias Inſcriptiones

ptiones refert, quas in celebri illo Gymnaſio exſtare ait ; ſed uterque deceptus eſt; eo certe loco præter eas, quas hactenus deſcripſi, nulla exiſtit. Sperare tamen licet, Gymnaſii Muſeum aliis inſcriptis lapidibus, qui apud *Baruffaldios* non pauci viſuntur, brevi locupletatum iri. Id certe antiquitatum ſtudioſi omnes ſummopere exoptant. Sed tandem manum de tabula. Interea ipſe paucas alias Inſcriptiones commemorabo. Quam omnium primam exhibeo, ea e Calepodii cœmeterio prodiit, exſtatque ad S. Joſephi.

GAVDENTIA IN
PACE. DP V KAL
MADII

XIII. Sequuntur aliæ, quæ ab eruditiſſimo, atque humaniſſimo Metropolitani Templi Canonico Joſepho Antenore Scalabrinio in ſuis ædibus adſervantur.

I.

D M

TETTLENA DEXTRA
FORTVNATO. CONI FEC
BENEMERENTI. ET. L
HERXXES COLLEGA. F.

II.

DIS. MAN
MEMMIA
SVCCESSA. F
P. MEMMIO
THEOPONPO CO
IV. SVO. B. M.

III.

DIS. M. A. ATINIO FAVSTO
VIXIT. AN. LXXXX.
ſic
A. ATINIVS. PRICVS. PATRI.
PI. ISSIMO. FECIT.

IV.

IV.

OFILLIA METE
LI CLAVDIO . AVG
LIB. PRIMO
CONIVGI . ET
SIBI . FECIT SVIS
LIB. LIBER . . . .

V.

S. AVG. S

Figura Silvani ſtans cum cane

C. INGENVVIVS. HELIVS
SALTVAR . VIRTVTIS
V. M. L. P.

Cl. Muratorius in *Novo Theſauro* bis hanc Inſcriptionem edidit; primo p. LVI. 5. ex *Hiſtoria Ferrarienſi*, ſecundo p. CMLVII. 6. ex *Sardo;* utrobique autem legit AELIVS, SALTVARIVS . In adnotationibus porro ad primum locum dubitans ſiglam S. exponit *Saturno*, *Spei*, *Serapidi*, *Silvano;* in illis vero quas ſecundo loco ſubjicit, anceps eſſe videtur, num marmor , ex quo Sardius Inſcriptionem protulit, umquam exſtiterit. Utrique Viri eruditiſſimi dubitationi ſatis facere poſſum. Marmor enim non exſtitit modo, ſed etiamnum exiſtit apud Cl. Scalabrinium ; *Silvano* autem omnino ſiglam S. reddi jubet cum *Saltuarii* mentio, tum Silvani figura marmori inſculpta. De Saltuariis adi Pignorium *de Servis* p. 274. Quod autem Saltus, cujus Helius cuſtos erat, ad Virtutis ædem ſpectaret, ille *Saltuarius Virtutis* dicitur.

XIV. Idem Scalabrinius alias non paucas vetuſtatis reliquias, fibulas, lucernas, claves poſſidet; neque in ejus muſeo figlinæ deſunt. In his tres ſelegi , quibus aliqua inſcripta

I.

PASIANA

II.

PANSIANAS

III.

NERONIS. CLA. PN.

XV. Sed & Chriſtianos lapides in Scalabrinii ædibus reperi, eoſque plane ſingulares. En illos

I.

Romæ repertus

TITVLVS
AVRELIVS IK
ARVS CENTV
RIO COH VII VIG.

Habemus heic Chriſtianum Centurionem *Cohortis ſeptimæ Vigilum*; quem propterea lapidem iis addemus, quos Mamachius *T. II. Orig. & Ant. Chriſt.* adfert, ut Chriſtianis primorum ſæculorum licuiſſe militiam confirmet.

II.

PROCVLE ANICIE
IN PREDIO
SVO
DEP. IN. P. V. KL. IVNI

III.

NEVIVS PRIS
CINVS. ❦ NVM
MIÆE CORNE
LIANAE ❦ VXOR
I BENEMEREN
TI FECIT

columba

IV.

VS. DVO DORMIIIN PλCE
VI ET DEMISIT FILI
TV ANNOS . III. MESES
ET FECET . CON MARI
NVS. ANNVS. XXIIII
ANNVS. PLVS MI.
PECORIA QVAE. VICXIT

Hæſi primum nihil intelligens; ſed ut ad ultimum verſum deveni, vidi ſtatim lapidem hunc ex iis eſſe, quos Cl. Corſinius *Diſſ. II.* retrograde legendos monet. Lege igitur: *Pecoria quæ vixit annus* (pro *annos*) *plus minus annus* xxIIII., *& fecet* (fecit) *con* (cum) *maritu* (marito) *annos tres*, *meſes* (menſes) *ſex*, *& demiſit filius duo* (filios duos)*: dormit in pace*.

XVI. Quoniam autem in Scalabrinii ædibus moramur, piaculo mihi ducerem vim ingentem chartarum veterum, & Mss. Codicum ſilentio præterire, quam vir doctus, & in patriæ rebus perſcribendis a multis retro annis verſatus adſervat. Unum aut alterum Mss. librorum commemorabo. Vidi ergo inter alios Codices librum xIV. ſæculo exaratum, in quo præter *Provinciale Omnium Eccleſiarum* illius plane ſimile, quod Pariſiis a. 1518. divulgatum habeo, *formularium* exſtat *ſecundum Curiam Romanam*. Litteræ autem omnes, quæ in eo veluti exemplum exhibentur, Lucæ Cardinalis Titulo Sancti Sixti (is eſt Lucas de Gentilibus Camers, de quo Ciacconius) nomine prænotantur; aliæ autem Romæ, plures Neapoli datæ ſunt. Alium libellum inſpexi itinerarium quoddam Hieroſolymitanum continens: hoc ejus initium. *In Chriſti nomine Amen*, *anno ab ejuſdem Nativitate milleſimo tercenteſimo nonageſimo ſexto*, *Indictione quarta*. *Iter Sancti ſepulcri dominici ultramarini*, *& in terram Sanctam pro indulgenciis infraſcriptis inceptum Venetiis per mare cum galeis a mercato* (ſic) *Venetis*, *& completum ac finitum glorioſe*, *& benedicte menſibus & diebus infraſcriptis dicti milleſimi per Spectabiles & generoſos Viros Dominos Michaelem Militem de Rabbata*, *& Morandum comitem de Porciletti Conſiliarios Magnifici & excelſi Domini Domini Franciſci de Carraria Carrarie Ducis & Comitis Anguillarie*, *ac Civitatis Padue*, *& diſtrictus* ... *Domini & Capitanei Generalis cum duobus famulis pro quoque; in quorum ſocietate in eundo*, *ſtando*, *& redeundo fuerunt providi viri Paduanus della brentella*, *ſeu de Nicoletis*, *& Antonius de Pollaſtris*, *ſeu Pollaſter*. Iter hoc inchoarunt xxIII. menſis Auguſti; xII. autem Novembris reduces Venetiis erant. In extremis libelli paginis urbium aliquot typus exhibetur rudi omnino forma elaboratus. Hactenus de Scalabrinii Muſeo, ac Bibliotheca. Plura dicenda mihi eſſent tum de publica Bibliotheca, cum de privata præclariſſimi viri Johannis Andreæ Barottii. Verum non hujus opellæ eſt grandia iſthæc perſequi. Unum hoc minime prætermittam, in Barottio humanitatem expertum me eſſe ſingulari ejus eruditioni parem. Atque utinam vir doctus eo tandem adduci ſe ſinat, ut quæ de re Ferrarienſium litteraria commentatus eſt, in lucem emittat! Id Ferrarienſes, id Itali, id hiſtoriæ litterariæ ſtudioſi omnes eum etiam atque etiam rogant. Fortaſſe heinc illud etiam commodi adcidet, ut ad alia patriæ decora illuſtranda ſocius meus Righettius magis magiſque incendatur; nam

Digitized by Google

& litteratorum civium commemoratio ad eamdem immortalis gloriæ viam ingrediendam ingenioſis honeſtiſque viris, multoque magis, ut ille eſt, in bonarum artium ſtudio exercitatiſſimis animos addit; & patriæ amor aliorum, qui ejus ornamentum aliquod erudita lucubratione perſequantur, exemplis inflammatus cetera ſilentio obvolvi indignatur, atque ad ea e tenebris in apertam lucem exerenda totum ſe confert.

ITER

ITER LITTERARIUM PER ITALIAM,

PARS SECUNDA.

OPUSCULUM I.

Variæ lectiones ex vetuſto Codice Lucenſi ad Evangelia Hieronymiana Vallarſianæ Editionis.

MONITUM.

CApite primo, ubi quos ſervant Canonici principis *Lucenſis* Eccleſiæ, codices recenſebam, Ms. exemplum exſtare ibi dixi quatuor Evangeliorum. Copia tum mihi fuit *Hieronymianorum* operum a Cl. *Vallarſio Veronæ* editorum. Itaque quum animadverterem, Viros hoc ſæculo doctiſſimos in variis Evangeliorum lectionibus colligendis operam ſtudiumque ponere, libuit cum *Lucenſi* illo codice, qui ſæculo x. perſcriptus videtur, Evangelia contendere a *S. Hieronymo Græcæ*, ut ipſemet ait, *fidei reddita*, ſeu potius *Veronenſem* illam Evangeliorum *Hieronymianæ*, ſi fas eſt dicere, verſionis editionem. Atque ab ea varias non paucas excerpſi lectiones; quas quidem quum Biblicarum rerum ſtudioſis neque injucundas fore, neque inutiles ſperem, heic illas reddo. Porro quum in SS. *Marci*, *Lucæ*, ac *Johannis* Evangelia Prologos, ac Breviaria capitum quædam in eodem codice repererim, ea quoque heic deſcribam, Codicis orthographia ſermoniſque barbarie nihil immutata, ut codex ipſe quoad fieri poteſt, diligenter repræſentetur. Sed hæc præterea cum editis contuli, Prologos quidem, cum ea Bibliorum editione, quæ *Venetiis* curata eſt a. 1588. *cum gloſſa interlineari Ordinaria*, *& Nicolai Lyrani poſtilla*, capitum vero Breviaria cum veteribus *Thomaſianis* Bibliorum titulis, qui a Cl. P. *Vezzoſio* illuſtrati iterum *Romæ* prodierunt a. 1747. Tomo 1. operum doctiſſimi, ac ſanctiſſimi illius Cardinalis. Reſtat ut de diviſionibus pauca dicam Evangeliorum in capitula majora, & minora. In hoc argumento multa cum laude verſati ſunt Card. *Thomaſius* in egregio opere *de*

Sacro-

Digitized by Google

Sacrorum Bibliorum veteribus titulis; *Martianæus* in *Prolegomenis ad divinam Bibliothecam S. Hieronymi*; *Dupinius* in *Diſſertatione*, ut ait, *ad Biblia Præliminari*; atque ex acatholicis *Georgius Henricus Goezius Lipſienſis* in libello *VVittembergæ* edito a. 1685. *de ritu Lectionum Sacrarum*. Hæc tamen pauca adnotare lubet. Ac primum ajo diviſionem illam in minora Capitula, ſeu quod Græci ajunt, στίχοι ex *Euſebii Cæſarienſis* canone, quem B. *Hieronymus* latine vertit, manaſſe. Non tamen eadem ubique ſervata eſt. Nam vel ex Capitularibus Evangeliorum, quæ infra edemus, alia in minores quoque, quam ſint *Euſebianæ* Sectiones, diſtinctio colligitur. Habemus enim *Matthæi* capitulum cccLv. Diverſa quoque fuit diviſio in capita majora. Hæc enim modo *Titulorum*, modo *Capitum* nomine prænotantur, atque illi quidem his multo plures ſunt; hæc porro ipſa ex arbitrio, ut equidem exiſtimo, amanuenſium pauciora in aliquibus codicibus, in aliis plura inveniuntur. Certe *Marci* Evangelium apud unum *Thomaſium* in XII. & XIII. capita diſtributum eſt, in XX. & XXI. *Lucæ*; in *Lucenſi* vero codice XIII. tantum capitibus Evangelium *Marci* conſtat, XVII. *Lucæ* ac XV. *Johannis*, cui XIV. *Thomaſiani* codices tribuunt. Poſtquam vero ad *Euſebii* Canonem Evangelicum cœptum eſt ab *Euthalio* quinto ſæculo reliquos Novi Teſtamenti libros in partes ſecare (nam & hoc obiter dicendum eſt), diverſæ plane ſectiones prodiere. Tres omnino inter ſe varias Epiſtolarum Canonicarum, itemque S. *Paulli* Apoſtoli diviſiones *Thomaſius* exhibet; ab his non parum diſcrepat, quam ego in *Piſtorienſis* capituli codice reperi, ac primo *Bibliothecæ Piſtorienſis* libro adnotavi; præterea *Paulli* Epiſtolarum ſectiones, quas *Peregrini* Canones a me eo libro vulgati *p.* 68. *ſeqq.* indicant, a *Thomaſianis*, atque adeo a *Piſtorienſi* codice maximopere diſſident. Itaque multa adhuc viris eruditis ſuperſunt quod ſpectat ad Bibliorum diviſiones, earumque origines, non inutiliter inquirenda. Nobis pro inſtituto noſtro pauca hæc delibaſſe ſufficiat.

Incipit Evangelium ſecundum Matthæum

Cap. I. (1)

Omnes ergo. Vallarſius legit *itaque*.
Judæ, ubi *Juda* Vallarſius.

Cap. II.

DEFUNCTO AUTEM (2).
Capitulo X. *A futura ira*, ubi editus *a ventura ira*.

Cap. III.

Tunc Jeſus ductus eſt in deſertum.

Cap. IV.

Videns autem turbas, ubi in editis legitur *Jeſus turbas*.
Heic capitulo XXXIX. dicitur *& odies inimicum tuum*, ut alii codices a *Vallarſio* laudati. Sic etiam capitulo XLII. *abſconſo* pro *abſcondito* ut iidem codices.

Cap. V.

(1) Capitum diviſio paullo diverſa eſt in codice a *Vallarſiana*; capitula vero minora univerſim ſunt cccLv. ut apud *Vallarſium*.

(2) Hoc initium capitis ſecundi.

Digitized by Google

Cap. V.

Et cum oratis, non eritis. Heic eodem capitulo XLII. *dicitur* ut in citatis codicibus: *& clauſo oſtio tuo ora patrem tuum in abſconſo*.

Capitulo XLIII. concordat noſter cum duobus Reginæ manuſcriptis apud *Vallarſium* habentibus *veniat regnum tuum*, & omittentibus *Amen*.

Capitulo XLIV. noſter quoque codex juxta græcum pronomen *vobis* poſt verbum *dimittet* ignorat.

Capitulo XLVII. concordat cum editis repetens *tui* pronomen.

Capitulo XLIX. conſentit manuſcriptis duobus Reginæ a *Vallarſio* citatis, qui habent *quanto magis vos minimæ fidei*.

Cap. XII.

Et factum eſt cum conſummaſſet Jeſus.

Capit. LXIIII. *conſtitutus* omittit, ut duo codices Reginæ a *Vallarſio* citati; ſuperſcriptum eſt tamen recentiore manu.

Capit. LXVII. ſilet, ut illi duo codices, pronomen *noſtras*.

Cap. XIII.

Et aſcendente eo in naviculam.

Capit. LXVIII. ſilet duo verba *diſcipuli ejus*, ut citati duo codices.

Cap. XIIII.

Et aſcendens in naviculam.

Capit. LXXIIII. omittit nomen *Domine*, ut citati duo codices.

Capit. LXXVIII. legit quemadmodum illi, ut *eiciat operarios*.

Cap. XV.

Et convocatis duodecim. (1)

Capit. CX. *confiteor tibi*, ut duo illi codices.

Capit. CXIIII. *Jeſus Sabbato per ſata*, ubi editi: *Jeſus per ſata Sabbato*. Addit *eis* (*non licet eis*) ut illi duo nuper indicati codices.

Capit. CXXXI. ut codices Reginæ Sveciæ, *volucres*, non *volucres cæli* ut ceteri.

Capit. CXL. *Qui reſpondens ait*, omiſſo *illis*: & in hoc concordat cum duobus illis Reginæ.

Capit. CXLI. plane concordat cum iiſdem legens, *& ſtatim juſſit Diſcipulos aſcendere*.

Capit. CLXII. *non poteſtis* omiſſo *ſcire*, ut duo illa Reginæ exempla.

Capit. CLXXIV. cum iiſdem codicibus tacet nomen *Jeſus* ad ea verba: *dicit illis: propter incredulitatem*, Et paullo poſt ubi dicitur *Tranſi hinc, illuc*, alterum hocce adverbium prætermittit.

Capit. CXCIX. cum iiſdem tacet pronomen *meam*, *ite & vos in vineam*.

Capit. CCVIII. *totum* omittit cum iiſdem.

Capit. CCXI. diſcordat ab his legens cum aliis: *domus mea domus orationis vocabitur*, ubi illi *eſt* habent.

Capit.

(1) Turbata deinde capita ſunt, ut melius cenſuerim, illa deinceps non adnotare. Sequar igitur capitulorum ordinem in variis lectionibus adſcribendis.

Capit. ccxxiir. legit cum iiſdem *ſed ſunt ſicut Angeli Dei*, ubi ceteri *erunt*.
Capit. ccxxxiii. omittit, ut cæteri antiquiores verſiculum illum Vulgatæ: *Væ autem vobis Scribæ, & Phariſæi, hypocritæ, qui comeditis &c.*
Capit. cclxxvi. *non ſemper habebitis*, ut codices Reginæ.
Capit. cccxix. addit cum iiſdem *laqueo ſe ſuſpendit*.
Capit. cccxxxiv. abeſt, ut ab aliis vetuſtioribus pericope illa, *ut impleretur* &c. quæ tamen addita fuit ſeculo ut videtur xiii.
Capit. cccxxxvii. diſcordat ab illis omittens *Dei* quod illi addunt verbis *qui deſtruit templum Dei*.

Explicit liber Sancti Evangelii ſecundum Matheum

Incipit Prologus in S. Marci Evangelium

Marcus Evangeliſta Dei (1) & Petri in Baptiſmate filius atque in divino Sermone Diſcipulus ſacerdotium in Iſrahel agens, ſecundum carnem levita converſus ad fidem Chriſti Evangelium in Italia ſcripſit, oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet & Chriſto. Nam initium principii in voce Propheticæ exclamationis inſtituens ordinem Leviticæ lectionis oſtendit. Ut prædicans prædeſtinatum Johannem filium Zachariæ in voce Angeli enunciantis (2) emiſſum non ſolum verbum caro factum, ſed corpus Domini in omnia per verbum divinæ vocis animatum initio (3) evangelicæ prædicationis oſtenderet. Ut qui hæc legens (4) ſciret cui initium carnis in Domino, & advenientis habitaculum caro deberet agnoſcere, atque in ſe verbum vocis, (*quod*) in conſonantibus perdiderat inveniret. Denique & perfecti evangelii opus intrans (5), & a Baptiſmo Domini prædicare Deum inchoans non laboravit nativitatem carnis quam in prioribus viderat, dicere. Sed totus in primis expulſionem (6) deſerti, jejunium numeri, temptationem diaboli, congregationem beſtiarum; & miniſterium protulit angelorum. Ut inſtituens nos ad intelligendum ſingula in brevi compingens, nec (7) auctoritatem factæ rei demeret. & perficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicitur, ut ſacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio, ut nec ſic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam Alexandriæ Epiſcopus fuit, cujus per ſingula opus ſciret (8) evangelii in ſe dicta diſponere, & diſciplinam in ſe legis agnoſcere, & divinam in carne intelligere naturam quæ in nos primum oportet requiri, dehinc inquiſita volumus agno-

(1) Addunt alii codices *Electus*.
(2) *Annunciantis*, alii codices præſeferunt.
(3) Editi *in initio*.
(4) F. legeret.
(5) Ideſt adgrediens.
(6) Editi *totius exprimens expoſitionem*. Non diſpliceret particulam *in primis* retinere, cetera ad editiones exigere, niſi malles locum ſic reſtituere: ſed *ſpiritus in primis expulſionem* (Nam Marci I. 12. legimus: *& ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum*) *deſerti jejunium*, *numerum tentationum Diaboli*. Quid enim aliaa eſt *jejunium numeri*? Nam quod *Lyranus* denotari ait *jejunium* xl. *dierum qui numerus eſt myſticus*, ſubtilius eſt, quam ad facilem dictionis explanationem accommodatum.
(7) Perperam editi *ne*.
(8) In editis libris *etſi opus fuit ſcire*.

Digitized by Google

agnoſcere (1), habentes mercedem exhortationis, quoniam qui plantat, & qui rigat unum ſunt; qui autem incrementum præſtat, Deus eſt.

Explicit Prefatio Evangelii ſecundum Marcum.

Incipit argumentum.

Marcus aſſeruit, qui Colobo-dactulus eſt nominatus; ideo quod a cætera corporis proceritate digitos minores habuiſſet. Iſte interpres fuit Petri poſt exceſſionem ipſius Petri, deſcripſit vero, ideſt hoc in Italiæ partibus Evangelium.

Explicit.

Incipiunt Capitula Evangelii ejuſdem (2).

I. De Johanne Baptiſta, & victu & habitu ejuſdem: baptizatus Jeſus (3) & temptatus vicit. Petrum & cæteros ſequi ſubet: hominem ab immundo ſpiritu eripit.

II. Socrum Petri a febribus liberat & alios multos curat. Jacobum Alphæi ſequi jubet, & Judæis dicit, non eſſe opus ſanis medico.

III. Diſcipuli ſpicas vellunt; manum aridam habentem ſanat; duodecim Apoſtolorum electio. De Belzebub principe Dæmoniorum.

IV. Matrem & fratres ſpernit; parabolam ſeminantis dicit; Navigans tempeſtatem ſedat; Dæmonum legionem ab homine expellit.

V. Archiſynagogi filiam mortuam ſuſcitat. Prophetam ſine honore in patria ſua (4) eſſe dicit; Duodecim diſcipulos dimittit (5) cum præceptis. De capite Johannis.

VI. Regreſſis Apoſtolis ad Jeſum de quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia virorum ſaturat (6). Jeſus ſupra mare ambulat: ea magis coinquinare hominem, quæ exeunt de ore.

VII. Filiam Syrophoeniſſæ a dæmonio liberat: ſurdum, & mutum curavit dicens ei *effeta*. De ſeptem panibus (7) & quatuor millia hominum. Monet caveri a fermento Phariſæorum. De ſputo cæco (8) oculos illuminat. Petrum poſt confeſſionem ſuam dure increpat. In montem transfiguratus (9); non eijci poſſe ſpiritum immundum, niſi per jejunium & orationem.

VIII. Humilitatem docet, & non eſſe prohibendum, qui in nomine ejus virtutem facit. Et (10) de calice aquæ frigidæ: uxorem non dimittendam; Infantes

(1) *agnoſci*, al. codd.

(2) Capitula iſthæc iis conſentiunt, quæ *Thomaſius* ex Codicibus Reginæ *Sveciæ* & *Vatic.* 4221. divulgavit *T.* 1. *oper. noviſſ. Rom.* edit. *pag.* 328. Cum his ergo noſtra contulimus.

(3) Al. *Dominus*.

(4) *in patria ſua ſine bonore*, eſt apud *Thomaſium*.

(5) Melior fortaſſe lectio, quam *præmittit*; quæ lectio eſt Codicum *Thomaſianorum*.

(6) Ita etiam Blanchinius: Thomaſius *ſaturavit*, al. *ſatiat*.

(7) *In* Thomaſius.

(8) Al. *Cœci*.

(9) *transfiguratur*, Thomaſius.

(10) Al. *omittunt*.

tes a benedictione non eſſe arcendos (1): Venditis omnibus eleemoſynam dandam. Et quia difficile dives in regnum cælorum ſit ingreſſurus.

VIIII. Eventura ſibi prædicit. Petitio filiorum Zebedæi. De cæco mendicante curato. De pullo Aſinæ. De arbore fici maledicta (2).

X. Interrogatur in qua poteſtate hoc (3) faceret? Parabola de vinea & colonis. De Denario Cæſaris. De muliere quæ ſeptem fratres habuit. Et quendam ſcribam dicit non longe eſſe a regno Dei. Atque interrogat, quomodo dicatur Chriſtus filius David, cum ſit Dominus. De vidua in (4) gazophylatio. De templi ſtructura.

XI. (5) De Pſeudo Chriſtis, & paſſione martyrum & commotione ſæculi, & de adventu Chriſti.

XII. De Unguento ſupra caput Jeſu effuſo & de proditione Judæ, qua Dominum tradidit & cæteris (6).

Judicium principum quo condemnant Jeſum. Paſſio Jeſu & ſepultura & reſurrectio ejus.

Brevis (7) Evangelii ſecundum Marcum explicit.

Incipit Evangelium Secundum Marcum.

Capitulo XX. *Dimittuntur tibi peccata* omiſſo *tua*, ut codices Reginæ Sveciæ.

Capitulo XXI. *vidit Levim* ubi alii manuſcripti *Levin*.

Capitulo XXIV. *Iterum quum Sabbatis ambularet* omiſſo *Dominus*.

Capitulo XXXVI. *volucres* omiſſo *cæli*, ut iidem codices. Ibidem ut iidem codices *ſcire* pro *noſſe myſterium*.

Capitulo XLIII. *& cum ſe produxerit fructus*, ut Reginæ codices, & Lovanienſis editio.

Capitulo XLVII. *Jeſu fili Dei ſummi* pro *altiſſimi*, ut alii Manuſcripti.

Capitulo LXXI. *in ventrem & in Seceſſum*, omiſſo *vadit* ut alii Manuſcripti.

Capitulo CI. *victima ſalietur*, omiſſo *ſale* ut in aliis.

Capitulo CIII. *interrogabant eum*, ut duo codices Reginæ.

Capitulo CXXVII. *Si dicemus ex hominibus timebant populum*: ſicque duas lectiones jungit unius Reginæ Mſſ. & alterius vetuſtioris, quos citat Vallarſius.

Capitulo CXXXI. *& videns*: non *videntes*, quod perperam Martianæus. Ibidem: *Dominus Deus noſter*, ut unus Reginæ.

Capitulo CXXXII. *Unus eſt* omiſſo *Deus*, ut in aliis Mſſ.

Capitulo CXLVI. *Dies illi tribulationes tales*; correctum tamen *tribulationis*, ut in Reginæ Mſſ.

Capitulo CLXVI. *pro multis effundetur*, non *pro vobis, & pro*, ut additum in uno Reginæ Mſ. ſecundis curis fuiſſe monet Vallarſius.

Capi-

---

(1) Hinc unica voce apud Thomaſium *eſſarcendos*.

(2) Hæc perioche deeſt in Thomaſianis exemplis, quæ præterea poſt illa verba *de pullo aſinæ* caput novum minime inchoant, ſed una ſerie legunt: *Interrogatus in qua* ec. Noſtro codici Blanchinius conſentit.

(3) *Hac* Thomaſius.

(4) Ibid. *&*

(5) X. apud Thomaſium.

(6) *mandatis* addit Thomaſius.

(7) *Capitula, Breves, Brevia, capitulationes, Indiculi, tituli Synonyma* heic ſunt, ut a Maurinis S. Hieronymi Editoribus ſcite eſt animadverſum *Proleg. IV. in D. Biblioth. num.* 2.

Digitized by Google

- Capitulo CLXXXVII. Editi habent *ad ignem & calefaciebat ſe*: quas voculas *ad ignem* neque græcus textus neque alii manuſcripti habent. Noſter: *& calefaciebat ſe ad ignem*.

Capitulo CXC. om: *Dei* cum aliis Mſſ.

Capitulo CCXVI. *qui deſtruit templum, & in tribus diebus reædificat*, ubi editi *deſtruis templum Dei .... reædificas*; unus autem Reginæ Mſ. *deſtruxit*, alter *deſtruit*, uterque *ædificat*.

Explicit Evangelium ſecundum Marcum.

Diviſum eſt in capitula CCXXXIV.

Incipit Argumentum Evangelii ſecundum Lucam.

Lucas Syrus (1) Anthiocenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus uſque ad confeſſionem (2) ejus, ſerviens Domino ſine crimine. Nam neque uxorem unquam habuit, filios nunquam procreavit; octoginta & quattuor (3) annorum obiit in Bythinia plenus Spiritu Sancto. Igitur cum jam deſcripta eſſent Evangelia per Matthæum quidem in Judæa, per Marcum autem in Italia, ſancto inſtigante Spiritu in Achajæ partibus hoc ſcripſit Evangelium ſignificans etiam ipſe in principio ſuo ante (4) alia eſſe deſcripta. Cui extra ea, quæ ordo evangelicæ diſpoſitionis expoſcit, ea maxime neceſſitas laboris fuit, ut primum græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carne Dei chriſti manifeſtata (*eſſet*) humanitas, ne judaicis fabulis adtenti in ſolo legis deſiderio tenerentur, vel ne hæreticis fabulis, & ſtultis ſollicitationibus ſeducti excederent a veritate, laboraret; Dehinc ut in principio Evangelii Johannis nativitate præſumpta, cui Evangelium ſcriberet; & in quo electus ſcriberet, indicaret conteſtans in ſe completa eſſe, quæ eſſent ab aliis inchoata. Cui ideo poſt Baptiſmum filii Dei a perfectione generationis in Chriſto impleta (5) repetendæ a principio nativitatis humanæ poteſtas permiſſa eſt, ut requirentibus demonſtraret, in quo adpræhendens erat per Nathan filium introitu recurrentis ad Dominum (6) generationis ammiſſio (7) indiſparabilis, (*&*) Deus prædicans in hominibus Chriſtum ſuum perfecti opus hominis redire per ſe in filium faceret, qui per David venientibus iter præbuit in Chriſtum (8). Cui Lucæ non immerito etiam ſcribendorum Apoſtolicorum actuum poteſtas in myſterio (9) datur, ut Deo in Deum ple-

Z 2 num

(1) *natione &*, legunt editi.

(2) *conſummationem* editi: *paſſionem* aliqui codices.

(3) Septuaginta quatuor annos numerant editi libri, quibus conſentit S. Iſidorus Hiſpalenſis. Nam quod in editionibus plerîſque Hieronymiani libri *de Viris illuſtribus* in Luca legebatur: *vixit octoginta & quatuor annos uxorem non habens* & Græcus interpres *Sophronius*, & melioris notæ Mſſ. exempla ignorant. Marcianæus ait non noſſe ſe, unde *putida hæc commenta fluxerunt*. At animadvertere debuerat vir doctus, *putida hæc* commenta ſeptimo Eccleſiæ ſæculo fuiſſe divulgata & pleriſque Evangeliariis adſcripta; fortaſſe ſibi ab hac duriore formula temperaſſet.

(4) *ante ſuum* eſt in editis libris.

(5) *impletæ* habent editi codices.

(6) Iidem heic *in Deum*.

(7) Ibid. *admiſſo*, ſed legendum videtur *admiſſio*.

(8) *præbebat in Chriſto*. Editi.

(9) Editi *miniſterio*.

Digitized by Google

eum (1) & filio proditionis (2) extincto oratione ab Apoſtolis facta forte Domini electionis numerus compleretur; Sicque Paulus conſummationem Apoſtolicis actibus daret, quem diu contra ſtimulos recalcitrantem Dominus elegiſſet. Quod legentibus, ac requirentibus Deum, & ſi per ſingula expediri a nobis utile fuerat; ſcientes tamen quod operantem agricolam oporteat de fructibus ſuis edere, vitavimus publicam curioſitatem, ne non tam demonſtraſſe volentibus Deus videremur, quam faſtidientibus prodidiſſe (3).

Explicit argumentum.

Incipiunt capitula Evangelii ſecundum Lucam (4).

I. Zacharias (5) Angelo non credens obmutuit, ac poſtea quam Eliſabeth peperit, locutus eſt Zacharias & prophetavit. Nativitas Jeſu ab Angelis paſtoribus indicatur, quique die octavo circumciditur.

II. Simeon juſtus Chriſtum manibus ſumptum (6) benedicit. Jeſus annorum duodecim in templo cum doctoribus legis diſputat.

III. Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæſaris Johannes Jeſum baptizat, quem exiſtimabant (7) filium Joſeph, qui fuit filius Heli.

IIII. Ductus in Deſerto Jeſus XL. diebus jejunavit, & a diabolo temptatus (8) vicit. Reverſus in Galilæam, & ingreſſus Nazareth in Synagoga Eſajam legit. De qua ejectus hominem a Dæmonio Sabbatis liberat (9). De navi adloquitur, qua (10) piſces multos capi fecit. Petrum, & Johannem & Jacobum elegit. Leproſum mundat, & in deſerto orat.

V. Paralyticum per tectum dimiſſum curat. Levi publicanum ſequi jubet, & Phariſæis dicit, non eſſe opus ſanis medico. Diſcipuli ſpicas vellunt. Manum aridam habentem Sabbatis curat. Apoſtolos elegit (11), & turbis beatitudinem aliorum, & aliorum infelicitatem cum parabolis prædicat (12).

VI. Centurionis puerum curat; viduæ filium mortuum reſuſcitat. Jeſus de Johanne teſtimonium dicit cum ſimilitudine puerorum in foro ſedentium. Mulier peccatrix lacrimis pedes Chriſti lavit (13). Itinere (14) ſequentibus ſe viris ac mulieribus parabolam ſeminantis dicit; navigans tempeſtatem ſedat (15).

VII.

(1) *pleno* iidem.

(2) Ibid. *perditionis*.

(3) *prodeſſe* Thomaſius. Editi alia heic addunt, quæ ne ipſe quidem Thomaſius videtur in codicibus Mſſ. inveniſſe.

(4) Hæc capitula cum iis concordant, quæ *Thomaſius* exhibet *p.* 340: *ſeq.* ex codd. *S. Paulli* & *Oratorii*.

(5) Al. *viſo Angelo*; ſed vocem *viſo* neſcire codd. *Palat.* 49. *Orat.* E. 16. *Morbacenſem*, & *Blanchin*. monet in notis clariſſ. P. Vezzoſius.

(6) *Chriſtum parvulum* Thomaſiani codices.

(7) *æſtimabant*, iidem codd.

(8) *Jeſus temptatus a Diabolo*, habent iidem codices; cetera omittunt.

(9) & *multos curat*, addunt iidem codices.

(10) Ibid. *de qua*, & mox *facit* &.

(11) *eligit* in iiſdem legitur.

(12) Additur in iiſdem & *mandatis*.

(13) *lavat* iidem.

(14) *in itinere* ibid.

(15) Thomaſiani codices titulum continuant uſque ad ea verba *de profluvio mulieris*. Blanchinii editio noſtro codici omnino reſpondet.

Digitized by Google

VII. De lucerna ſuper candelabrum. De eis qui verbum Dei faciunt. De legione Dæmoniorum in porcos. De profluvio mulieris. De filia principis, cujus nomen erat Jairus, reſuſcitata.

VIII. Mittens diſcipulos prædicare dat eis omnem poteſtatem. Quibus reverſis quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia virorum ſatiat. A Petro Chriſtus declaratur.

VIIII. In monte transfiguratur. Puerum lunaticum liberat, & humilitatem docet; ac non eſſe prohibendum, qui in nomine ſuo virtutes faciat, dicit: a Samaritanis non recipitur; ſequi ſe volenti ſimilitudinem aratoris retro reſpicientis interponit.

X. Septuaginta duos elegit, quos mittat (1) ad prædicandum; a legis perito temptatus dat parabolam a latronibus vulnerati, & a Samaritano collecti: (2) apud Martham Mariæ partem conlaudat.

XI. Orationem docet cum parabola importune panes a vicino poſtulantis; Dæmonem eijciens in Principe Dæmoniorum id facere dicitur, & dat ſignum Jonæ; lavandum potius, quod intus eſt, eleemoſynis pronuntiat.

XII. A Phariſæis monet cavendum, ac non timendum eos, qui corpus occidunt. Petenti reſpondit (3), ſe non eſſe diviſorem hæreditatis, cum ſimilitudine divitis, cui multa bona nata fuerant, dicens Petro, felicem eſſe bonum diſpenſatorem.

XIII. Sub exemplo Galilæorum occiſorum monet agendam Pænitentiam. Parabolam ficulneæ infructuoſæ ſubjungens, quæ ſupervacue terram detineret. Mulierem decem & octo annis curvam erigit. Herodem vulpem deſignat.

XIIII. Sabbatis hydropicum curat, hortaturque invitatorem pauperes paſcere cum parabola excuſantium ad cœnam: omnem affectionem propter ſe odiendam dicit, cum parabola turrem ædificare volentis, & Regis.

XV. Sal fatuum eſſe non debere. Similitudinem Paſtoris (ponit) unam ovem perditam requirentis, & mulieris dragmam invenientis, & hominis qui duobus filiis ſubſtantiam diviſit. De diſpenſatore prodigo, qui ſapienter fecit?

XVI. De divite, & Lazaro & quod ſervitium debitum ſit exhibendum. Decem leproſi mundantur: intra nos eſſe regnum Dei; ſimilitudo viduæ rogantis, & judicis iniqui, & duorum in templo orantium. Difficile divitem introire in regnum Dei.

XVII. Cum diſcipulis adventura ſibi nuntiaret (4), Cœcum mendicantem curavit. Zachæum conlaudat, & decem mnarum (5) ſimilitudinem ponit. Super pullum aſinæ ſedit, & Hieruſalem flevit. Interrogatus in qua poteſtate hæc faceret, Interrogat ipſe (6) cum ſimilitudine ejus, cujus filium cultores vineæ occiderunt. Temptatus de tributo reſpondit; viduam laudat, quæ duo minuta in donarium (7) miſit. & de fine Sæculi atque adventu ſuo prædicat. Judas tradendi Dominum tempus ponit. Jeſus Sacramentum panis & calicis oſtendit, ac dicit diſcipulis, ut vendito veſtimento emant gladium.

Judas tradidit Dominum.

Paſſio Jeſu & ſepultura, & reſurrectio ejus (8) & reliqua.

Explicit Breviarium (9).

In-

(1) *mittit* habent Thomaſii codices.
(2) In iiſdem eſt: *quem Samaritanus miſericordia motus collegit*.
(3) Iidem: *reſpondet*.
(4) *indicaret* exhibent heic Thomaſ. codd.
(5) Al. *minarum*.
(6) *& ipſe* Thomaſ.
(7) Ibid. *in donario*.
(8) Heic ſiſtunt Thomaſiani codices.
(9) Quæ ſupra vidimus dicta *Breves*, heic *Breviarium* appellantur capitula.

Incipit Evangelium ſecundum Lucam.

Capitulo I. *adſecuto a principio omnibus*, ut alii Mſſ. propius græco, ubi editi: *aſecuto omnia a principio*. Ibidem *fungeretur Zacharias*, ut duo Reginæ.

Ibidem: *incredibiles* pro *incredulos*, ut duo Reginæ.

Capitulo III. *naſcetur ex te* quas ultimas voculas ignorant duo Reginæ.

Ibidem: *beata quæ credidiſti . . . . dicta ſunt tibi* ut editi, contra quam habeant duo Reginæ.

Ibidem, in *progenies & progenies*: ut duo Reginæ.

Ibidem *memor miſericordiæ*, ubi duo Reginæ *memorari*, & editi *recordatus*.

Ibidem: *quid putas puer iſte* ut duo Reginæ.

Ibidem *ut circumcideretur puer*, ut editi contra quam duo Reginæ.

Ibidem *redemtionem Hieruſalem* ut alii Mſſ. Supra *expectans conſolationem Iſrael*, ubi editi: *redemtionem*.

Capitulo XVI. om. *in montem excelſum* ut duo Reginæ. Addit paullo poſt cum iiſdem *Dominum Deum tuum*, ubi editi *Deum* omittunt.

Capitulo XVIII. *Sanare contritos corde*, quod abeſt a duobus Reginæ, additum tamen ſecundis curis.

Capitulo XXV. *Scio te qui ſis*, ut duo Reginæ.

Capitulo XXVII. *exibant autem* (ſecundis curis additum *etiam*).

Capitulo XXVIII. *venerunt uſque* ut duo Reginæ, ubi editi addunt *non*.

Capitulo XXX. *ita ut mergerentur*, ut duo Reginæ.

Capitulo LI. *dixerint omnes homines*, ut duo Reginæ, a quibus deinde diſſentit dicens: *ſecundum hæc faciebant Pſeudoprophetis*. Heic editi addunt *enim*.

Capitulo LXV. *Amen* unica vice, ut editi: quod geminat unus Reginæ.

Capitulo LXIX. *renuntiate* ut editi, & alii Mſſ.

Ibidem *vento moveri*, ut duo Reginæ.

Capitulo LXXIII. om. *ait autem Dominus*, ut aliqui Mſſ.

Capitulo LXXIV. *rogavit*, ut unus Reginæ, & Vaticanus, pro *rogabat*.

Ibidem *accubuit*, ut duo Reginæ, & Vaticanus: iiſdem conſentit ſcribens: *quæ & qualis mulier eſſet*.

Capitulo LXXV. *per civitatem & caſtellum*, ut duo Reg.

Capitulo LXXXV. om. *puella* ut alii Mſſ.

Capitulo CXXIII. addit: *fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra . . . . da nobis hodie*, non *cotidie* ut unus Reg.

Capitulo CXXIX. *deſolabitur* ut editi; ubi alii Mſſ. *deſolatur*.

Capitulo CXXX. omit. *& ornatum*, ut vetuſtior Reginæ.

Capitulo CXXXII. *pluſquam Salomon*, ut editi: Mſſ. *plus Salomone*.

Capitulo CXLV. *pluris eſtis* omiſſo *vos*, quod addunt editi.

Capitulo CL. *quærite regnum Dei & hæc omnia* ut duo Mſſ. apud Vallarſium.

Capitulo CLIIII. om. *in manibus veſtris*, ut alii Mſſ.

Capitulo CLVII. *cum venerit Dominus*, ut editi, ubi aliqui Mſſ. addunt *ſuus*.

Capitulo CLVIII. *ceperit percutere pueros*, ut aliqui Mſſ. ubi editi *ſervos*.

Capitulo CLXXXV. *Si autem ſal quoque*; ut unus Vaticanus, & alter Reginæ.

Capitulo CXC. *interrogavit quæ hæc eſſent*, ut aliqui Mſſ.; ubi editi *quid*.

Capit. CC. *diceretis*, ut alii Mſſ., ubi editi *dicetis*.

Capit. CCI. *fecit quæ ſibi* ut alii Mſſ.

Capit. CCXXX. om. *& abundabit*, ut vetuſtior Reginæ, & Vaticanus.

Capit. CCXXXIV. *deſcendentium*, ut multi Mſſ., ubi editi *diſcipulorum*.

Capit. CCXLIII. *neque nubent neque ducent* ut editi, ubi alii etiam Reginæ, *neque nubunt neque ducunt*.

Capit.

Capit. CCXLIX. *non ſtatim*, ut vetuſtior Reg., & Vaticanus, ubi editi *nondum*.
Capit. CCLXI. *quomodo eum*, ut alii Mſſ. pro *Jeſum*, quod habent editi. Ibid. *Scarioth*.
Capit. CCCV. *Stabant etiam*, ut Vaticanus, pro *autem* quod habent editi, & alii Mſſ.
Capit. CCCXXXIX. *tertia dies hodie*, omiſſo *eſt*, ut in uno Vaticano, quod tamen ſuperadditum eſt ſecundis curis. Ibid. *non viderunt*, ut alii Mſſ.

Explicit Evangelium ſecundum Lucam.

Diſtributum eſt in capitula CCCXLII., ſed caput CCCXL. quod apud Vallarſium incipit ab illis verbis: *& ecce duo ex illis ibant*, in Codice ab his aliis incipit: *dum hac autem loquuntur*, ubi editi *dum autem hac loquuntur*. Porro caput CCCXLI. apud Vallarſium a nuper citatis verbis *dum autem*, incipit, in Codice ab his incipit *adhuc autem illis*. Caput vero CCCXLII. ab his; *& dixit ad eos*, unde Vallarſii editio inchoat caput CCCXLIII. in noſtro codice non notatum.

Incipit Præfatio Evangelii ſecundum Johannem.

Hic eſt Johannes Evangeliſta unus ex duodecim diſcipulis Dei, qui virgo electus a Deo eſt, quem de nuptiis volentem nubere vocavit Deus, cui virginitatis in hoc duplex teſtimonium in Evangelio datur; quod & præ cæteris dilectus a Deo dicitur, & huic matrem ſuam iens ad crucem (1) commendavit Deus ut virginem virgo ſervaret. Denique manifeſtans in evangelio, quod ipſe erat incorruptibilis, verbi opus inchoans ſolus verbum carnem factum eſſe nec lumen a tenebris comprehenſum fuiſſe teſtatur, Primum ſignum ponens quod in nuptiis fecit Deus, ut oſtendens quod erat ipſe, legentibus demonſtraret; Quod ubi Dominus invitatus deficere nuptiarum vinum debeat; ut & veteribus immutatis nova omnia, quæ a Chriſto inſtituuntur, appareant, de quo ſingula quæque in myſterio acta vel dicta evangelii ratio quærentibus monſtrat. Hoc autem Evangelium ſcripſit in Aſia. Poſtea quam in Pathmos Inſula Apocalypſin ſcripſerat, ut cui in principio canonis incorruptibile principium in Geneſi, etiam incorruptibilis finis in Apocalypſi redderetur, dicente Chriſto *ego ſum* A & ω, & hic eſt Johannes qui ſciens ſuperveniſſe diem receſſus ſui in Epheſo per multa ſignorum experimenta promens Chriſtum; deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione poſitus eſt ad Patres ſuos tam extraneus a dolore mortis, quam a corruptione carnis invenitur alienus, qui & ſi poſt omnes Evangelium ſcripſiſſe dicitur, tamen diſpoſitione canonis ordinati, poſt Matthæum ponitur, quoniam quæ in Deo noviſſima ſunt, non velut extrema & abjecta numero, ſed plenitudinis opere perfecta ſunt. & hoc virgini debebatur, quorum tamen vel ſcriptorum temporum diſpoſitio vel in librorum ordinatio (2) ideo per ſingula a nobis non exponitur, ut ſcienti deſiderio conlato, & quærentibus fructum laboris, & Dei magiſterio Doctrina ſervetur.

Explicit præfactio.

In-

(1) *pendens in cruce*, lege ex editis.
(2) Hæc deſiderantur in editis. Cæterum de antiquo hoc apud Occidentales Eccleſias Evangeliorum ordine, quo *Matthæo* ſtatim *Johannes* ſubjungitur, vide differentem in *Evangeliaria* quadruplice eruditiſs. P. *Blanchinium*.

Digitized by Google

Incipiunt Capitula Evangelii ſecundum Johannem (1).

I. Phariſæorum Levitæ interrogant Johannem. Johannes Jeſum videns agnum Dei dici, & Andreas Petro dicit. *invenimus Meſſiam*.

II. Jeſus de aqua vinum fecit; de templo nummularios eiecit (2); Nicodemo loquitur de Baptiſmo, & de aliis multis.

III. Jeſus in Judæa baptizat, & Johannes in Enon, quique dicit Chriſtum creſcere ſe autem minorari.

IIII. Jeſus cum muliere Samaritana loquitur; Prophetam in patriam ſuam ſine honore eſſe dicit. Reguli filium a morte ſuſcitat (3).

V. Apud Natatoriam Siloa (4) triginta & octo annorum infirmitatem hominis ſanat; Ac dicit, *ſcrutamini ſcripturas & ſi crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi*.

VI. De quinque panibus & duobus piſcibus, & quod eum regem facere voluerunt. Jeſus ſupra mare ambulat, & de manna, & de pane cæleſti loquitur, ac recedentibus ab eo diſcipulis unum ex duodecim diabolum dicit.

VII. Scenophegia Jeſus medio die feſto aſcendens in templum docet; multis etiam de turba credentibus idem clamat. *Si quis ſitit, veniat & bibat*. Cum miniſtris, & Nicodemo principes contendunt, & de muliere adultera. Jeſus lumen mundi ſe (5) prædicat.

VIII. Jeſus interrogatus principium ſe eſſe reſpondit: quod omnis peccator ſervus ſit; & quod Jeſus ante Abraham ſit. Cæcum a (6) nativitate curat.

VIIII. De janua ovili (7); per dedicationem deambulans in templo ſe & Patrem unum eſſe dicit. De Lazari reſurrectione.

X. Maria pedes Jeſu ungit, & capillis ſuis extergit. Jeſus ſuper Aſinum ſedit, & volentibus Grecis videre Jeſum, loquitur de grano frumenti, quod in teram mittitur, & vox de Cœlo ad Jeſum, & quod multi ex principibus crediderunt in Jeſum, ſed propter Phariſæos non confiterentur.

XI. Pedes diſcipulorum lavat. De Judæ traditione, & Petri negatione prædicit: De dilectione fratrum, & quod ipſe in Patre & Pater in illo (8) eſt, & de obſervandis mandatis paraclyti ſpiritus.

XII. De vinea & palmitibus, & de dilectione, & promiſſione paralyti (*ſic*) & omnia Patris ſua eſſe, & cætera mandata.

XIII. Jeſus diſcipulos Patri commendat. Jeſus a Juda traditur (9).

XIV. Allocutio Pilati ad Judæos de Jeſu & Barabba.

XV. Paſſio ejus & ſepultura & reſurrectio ejus.

Explicit Breviarium.

In-

(1) Reſpondent Capitulis Thomaſianis ex codd. S. Paulli, Oratorii duobus, Vaticanis item duobus, & Palatino *p.* 346.

(2) Tomaſ. Codd. adunt: *ſolvite hoc Templum dicens*.

(3) *reſuſcitat* iidem.

(4) *Bethſaidam* in iiſdem legitur.

(5) *eſſe ſe* iidem.

(6) *ex* iid.

(7) Iid. *& ovili*.

(8) *ipſo* iidem codd.

(9) Thomaſiani codices titulum hunc perducunt ad ea verba *& de Barabba*. Blanchiniana autem editio codici reſpondet.

Digitized by Google

Incipit Evangelium ſecundum Johannem.

Capitulo XII. *Quem vos non ſcitis*, ut tres Mſſ. a Vallarſio citati.

Capit. XXIV. *niſi quis natus*, ut aliqui Mſſ. apud Vallarſium: cum iiſdem *introire & naſci*; cum iiſdem *ſed non ſcit unde veniat, & quo vadat*; ubi tamen Mſſ. *& non ſcis*: ab his diſſentit deinde legens *qui male agit* ubi Mſſ. *mala*.

Capitulo XXV. *& adveniebant* ut duo Mſſ. a Vallarſio citati.

Capit. XXXIII. *quia veniet hora* ut Mſſ. aliqui apud Vallarſium.

Capit. LIX. om. *vivus*, ut alii Mſſ. Ibidem *deſcendit* ut Vaticanus unus, pro *deſcendi*, quod habent editi & Mſſ.

Capit. LXXV. *ecce palam* omiſſo *&*, ut duo Mſſ. Veronenſes apud Vallarſ.

Capit. LXXXI. *quæritis* ſed correctum *quæretis* ut in editis.

Capit. LXXXVI. *Scrutare ſcripturas, & vide*, ubi om. *Scripturas* aliqui Mſſ. Ibidem *remanſit ſolus* omiſſo *Jeſus*, ut aliqui Mſſ.

Capit. LXXXIX. *quæritis* cor. *quæretis*. Ibidem *quia deus noſter eſt*, ut duo Veronenſes, ubi alii *veſter*. Ibidem *& abii, & lavi oculos meos, & ecce video*: *dixerunt ergo ei*, ubi editi *& abii, lavi, & video & dixerunt ei*. Mſſ. vero Veronenſes: *lavi & vidi*: *dixerunt ei*. Ibidem *aperit & oves vocem ejus audiunt*, ut Veronenſes aliis omittentibus *ejus*. Ibidem *ſed non cognoverunt eos oves*, ubi editi, *& non audierunt*. Mſſ. Veronenſes: *ſed non audierunt*.

Capit. XCII. *Sed vos non creditis*, ut editi, & vetuſtiſſimus Reginæ addentibus aliis *mihi*.

Capit. XCIII. *Johannes baptizans*, quicquid Martianeus legerit *baptizatus*.

Capit. XCIV. *a ſomno ſuſcitem*, ubi editi *excitem*; *exſuſcitem* duo Veronenſes. Ibidem *oculos cæci* omiſſo *nati* ut in Veronenſibus Mſſ. Ibidem: *ego autem ſciebam*, ut plerique Mſſ. Ibidem omittit *& Mortem* quod omitti ab ullo Mſ. non monet Vallarſius. Ibidem: *viderunt quæ fecit* omiſſo *Jeſus*, ut in pluribus Mſſ. Ibidem *expedit nobis* ut plures Mſſ. ubi editi om. *nobis*.

Capit. XCVIII. *portabat* ut editi, ubi duo Veronenſes *exportabat*, cum his conſentit ſubdens *fine*, pro *finite*.

Capit. CII. *Clarificetur* ut reliqui Mſſ. ubi unus Vaticanus *glorificetur*.

Capit. CXII. *ante diem autem*, quam particulam editi omittunt. Mſſ. Veronenſes ſubiiciunt præpoſitioni *ante*.

Capit. CXIII. *Judas Simonis Scariothis*. Duo Veronenſes om. *Simonis*.

Capit. CXV. *miſit aquam* ut duo illi Veronenſes.

Capit. CXXIII. *reſpondit Jeſus*, ut editi, dicentibus Mſſ. *cui reſpondit*.

Capit. CXXIV. *tunc introivit*, ut iidem Mſſ. Veronenſes; editi om. *tunc*.

Capit. CXXVII. *qui vidit me, vidit & patrem* (ſed recenſiore manu i mutatum eſt in e *videt*) . . . *non credis* ut Veronenſes Mſſ.

Capit. CXXVIII. *cognoſcitis eum*, ut græcus. & Mſſ. Veron., quod tamen male feriatus quidem ad communem lectionem deflexit *cognoſcetis*.

Capit. CXLVII. *de peccato quidem, quia non crediderunt . . . . non videbitis*, ut editi, legentibus aliis codicibus *de peccato, quia non credent . . . . non videtis*.

Capit. CLXI. *gladium in vaginam* omiſſo *tuum* ut Veron. Mſſ.

Capit. CLXXV. *dicit unus ex ſervis* ut Veron. Mſſ. & græcus textus.

Capit. CLXXXIX. *crucifige eum*, ut editi.

Capit. CCXII. *dicunt illi* omiſſo *ei*, quod habent editi.

Capit. CCXVI. *figuram clavorum* juxta græcum, & Mſſ. Veroneſes, ubi editi *fixuram*.

A a Capit.

Capit. CCXIX. om. *diſcipulis*, ut duo Veronenſes.

Capit. CCXX. *dicit ergo*, ubi editi *dixit*: de Mſſ. heic tacet Vallarſius. Ibidem *Petro*, ut in editis, quod nomen unus alterve Veronenſis om.

Capit. CCXXX. *tu omnia ſcis* ut duo Veronenſes, pro *noſti* quod habent editi.

Capit. CCXXXI. *dicit ei*, ubi editi *dixit ei*. Ibidem *ſic eum volo manere* ut editi contra quam habeat codex Reginæ ſub numero XIV.

Explicit: Evangelium ſecundum Johannem.

Diſtributum eſt in capit. CCXXXI. ubi apud Vallarſium in capit. CCXXXII. diviſum eſt.

OPU-

Digitized by Google

OPUSCULUM II.

TESTIMONIORUM LIBRI DUO

Ex Codice membranaceo vetuſtiſſimo Sæculi X. *Veronenſis Capituli num. LIV.*

MONITUM.

VEteribus Patribus fuit in more poſitum Scripturarum, Patrumque teſtimonia colligere ad aliquid comprobandum, nulla addita explanatione, aut ex illis argumentatione. Celeberrimi hac in re ſunt *Cypriani Teſtimoniorum* adverſus *Judæos* libri tres, quibus nuper acceſſit *exhortatio S. Cypriani de pœnitentia* a. 1751. a CL. P. *Johanne Chryſoſtomo Trombellio* edita (*Tom. II. Anecdotorum a Canonicis Regularibus S. Salvatoris evulgatorum part. I. pag. 1. ſeqq.*) Ad eamdem fere formam conſcriptus eſt, qui vulgo tribuitur *Proſpero*, *de promiſſionibus*, *& prædictionibus Dei*. *Leo* quoque *Magnus* poſt *Epheſinum* latrocinium teſtimonia quædam Patrum contra *Eutychianam* hæreſim a ſe collecta in *Orientem* miſit, quæ *Voſſius* in editione *S. Gregorii Thaumaturgi* Græce divulgavit; tum multo auctiora, atque ordine immutato ad *Leonem Auguſtum* perſcripſit, atque epiſtolæ ſuæ ſubjecit CLXV. *Ballerinianæ* editionis, *Caccarianæ* CXXXVIII. Quid? quod Pelagius ipſe, uti ex *S. Hieronymo* accepimus in primo *adverſus Pelagianos* libro (*cap. IX.*), *teſtimoniorum libros ſcribens*, *ſe imitatorem*, *immo expletorem operis B. Martyris Cypriani ſcribentis ad Quirinum* fatebatur.

Hæc exempla ſequutus eſt Auctor Teſtimoniorum, quem primus e tenebris eruo *Veronenſis* Codicis beneficio. Cl. Maffejus *Biblioth. Veronenſis Mſ. parte prima pag.* 88. ita Codicem hunc deſcribit. „ Ejuſdem formæ libro, mixto itidem,
„ vetuſtoque, ac ad typographicum ut plurimum accedente charactere, continen-
„ tur hæc. I. *Orditur liber Præmiorum*, *Dialogus S. Hieronymi presbyteri*. Nec
„ *præmia* memorat, nec *dialogus* eſt, aut D. *Hieronymi* opus, ſed illud Iſidori,
„ de quo Braulio *Proœmiorum librum unum*. II. *Vita vel obitus Sanctorum*, *qui in*
„ Domino *præceſſerunt*. III. *Incipit opuſcula S. Iſidori*, ac ſi quæ antecedunt, ad
„ alium pertinerent. Liber ſequitur, a ſuppoſititio *Pſeudo-Dextri* Chronico alte-
„ ri *Iſidoro* perperam tributus, *de nominibus Legis*, *& Evangeliorum*, quem ti-
„ tulum a *Braulione*, ut videtur, accepit. Eum *Guil. Cave* inter deperditos re-
„ cenſet, immo numquam extitiſſe ſuſpicatur, cum ambigat, an idem ſit cum
„ libro *Proœmiorum*; at vulgatus non ſemel eſt *Allegoriarum* titulo. IV. *Incipiunt*
„ *teſtimonia divinæ Scripturæ*: collectio eſt Sententiarum primo ex vetere, & no-
„ vo Fœdere; deinde *ex libro conlationum*, *& de ſententiis Evagri ad fratres*,
„ procul dubio *Evagrii Pontici*: decerpitur etiam *de libris Ambroſii*, & *Proſperi*,
„ & afferuntur *Teſtimonia de libro S. Martini*, *non illius Turonici Epiſcopi*, *ſed*
„ *iſte pater fuit Monachorum*. *Martinum Bracarenſem* intelligo, qui in *Gallæcia*
„ plura Monaſteria condidit, Patrumque *Ægyptiorum* ſententias a Græco ſer-
„ mone tranſtulit. Argumentum eſt, ex *Hiſpania* allatum codicem, vel ex
„ *Hiſpano* ſaltem tranſcriptum, non enim in alia provincia *Martinus Bracarenſis pater* vocaretur *Monachorum*. Abrumpitur denique ſimul cum dimidia-
„ to libro collectio hæc, quam cum ejuſmodi plures inſpexerim, ineditam re-
„ puto, & a *S. Iſidoro* quamvis hucuſque non innotuerit, profectam plura vi-

Aa a „ den-

„ dentur ſuadere. Nam in codice reperitur Iſidori tantum ſcripta retinente: „ titulus anteriori libello præfixus *Opuſcula S. Iſidori*, innuit, non unum tantummodo ejus opuſculum ſequi: ex *Hiſpano* conterraneo præcipue excerpit; „ labor demum *Iſidori* genium apprime referens, quem optime *Sixtus Senenſis* dicit, „ *in legendis, colligendis cooptandiſque dictis, ac ſententiis, & rapſodiis veterum* „ *Patrum deſiderium habuiſſe inexplebile*. Eodem, quo congeries iſta, nomine „ *Iſidori* liber *de Fide Catholica* appellatur in chronico *Fontanellenſi* ex *Dacherio* (1) nempe *Teſtimoniorum de Chriſto, & Eccleſia*. Mirum quidem eſſet, ex „ *Gregorio* M. & *Auguſtino* nihil huc *Iſidorum* contuliſſe; ſed mutilus liber eſt, „ ut dixi, & compilatio abrupta. Ea quoque incidit mihi cogitatio; opus „ iſtud indicari, cum *Iſidori Sententiæ* ab antiquis Scriptoribus laudantur; huic „ enim multo magis quadrat denominatio, quam libris *de ſummo Bono*, qui etiam „ tres ſunt, cum *Idelphonſus Sententiarum librum unum* numeret. Ceterum capitulis moralia præfiguntur argumenta, primis exceptis qui *de uno Deo & de* „ *diſtinctione Perſonarum*. In hoc argumentum verſiculi aſſeruntur hi ex *Johannis* Epiſtola: *quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, aqua,* „ *& Sanguis; & tres unum ſunt in Chriſto Jeſu: & tres ſunt qui teſtimonium dicunt in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus, & tres unum ſunt*.

Hactenus *Maffejus*. Et doctiſſimo quidem Viro facilis adſentior, *Hiſpani* hominis eſſe quos damus, *Teſtimoniorum* libros; *Iſidori Hiſpalenſis* eſſe, nunquam adducar, ut credam. Nam *Idelphonſo*, qui librum *unum* ſententiarum *Iſidoro* tribuit, *Braulionem Cæſarauguſtanum* opponimus, qui *tres* omnino ſententiarum libros, eoſque *S. Gregorii Magni* floribus reſperſos a *S. Iſidoro* prodiiſſe commemorat; quales ii ſunt, qui etiam *de ſummo bono* prænotantur. Et vero perridiculum foret, ut hæc *teſtimonia Iſidoro* adjudicemus, libros *de ſummo bono* contra omnium Manuſcriptorum Codicum fidem illi eripere. Atqui ſi *Idelphonſum* velimus *libri unius ſententiarum* nomine non libros *de ſummo bono*, ſed hæc teſtimonia indicaſſe, facile criticus quiſpiam animadvertens libros *de ſummo bono ab Idelphonſo* fuiſſe minime commemoratos, ejus ſilentium urgebit ad illos *Iſidoro abjudicandos*. Quis enim credat, *Idelphonſum* libros illos ſilentio prætermiſſe, qui & doctiſſimi ſunt, & ad Eccleſiæ confirmandam doctrinam maxime faciunt, dum *teſtimoniorum*, quæ moralis tantummodo ſunt argumenti, libellum hinc illinc nullo ordine conraſum non ſilet? Neque etiam Scripturarum verſio eadem eſt *Iſidoro*, quæ auctori huic noſtro; ſed utraque inter ſe maxime diſcrepat. Quod vero ajebat *Maffejus*, hæc teſtimonia in eo codice reperiri, qui nonniſi *Iſidoriana* contineat, nullius eſt roboris ad rem præſentem. Norunt enim, qui Mſſ. Codices pervolutarunt, nec librorum inſcriptionibus, nec ordini, quo exarati ſunt, fidendum ſatis. Ipſum hunc Codicem inſpiciamus. Priora opuſcula duo qui Codicem exaravit, videtur omnino *Iſidoro* abjudicaſſe; alterum quidem *prœmiorum* omnino quum *S. Hieronymo* tribuat; alterum minus quidem aperte, ſed quantum conjectando adſequi poſſumus, non obſcure, quum poſt illud opuſculum primo occurrat inſcriptio: *incipit Opuſcula Iſidori*. Quis ergo opuſculi auctor? *Hiſpanus* fuit; iterum ajo; fortaſſis etiam *Iſidoro* paullo antiquior. Nam etſi liber mutilus eſt, tamen ſuſpicari facile poſſumus, eum qui *Martini Braccarenſis* teſtimonia paullo poſt Scripturarum teſtimonia collegit, *Iſidori* ſententias ante aliorum omnium dicta in medium fuiſſe adlaturum, quum *Iſidori* nomen apud *Hiſpanos* tanta ſemper fuerit celebritate.

Utut eſt de auctore, utiliſſimum opuſculum hocce negaverit nemo. Nam & [illegible] hinc licebit expiſcari, quæ ad verſionem Scripturarum *Hieronymianam* [illegible] comparandam faciunt, & novum ex *Hiſpaniis* teſtem ſuppeditat pro

(1) [illegible] tom. 3. p. 241.

pro *Johannæo* de ſanctiſſima Trinitate teſtimonio. Nec inutile fortaſſis fuerit Patrum, qui heic recitantur, locos cum editis exemplis conferre; quod mihi non licuit.

De editionis porro ratione hæc habe. Nulla in Codice exſtat librorum diviſio. Quum tamen, ſi unum *Deuteronomii* locum excipias, eumque miſere corruptum, qui poſt *Caſſiani* ſententias in Codice deſcriptus fuit, Patrum dicta continenti oratione poſt Scripturarum teſtimonia reddantur, atque hoc titulo *incipiunt Teſtimonia divinæ Scripturæ* prænotetur operis initium; mihi in mentem venit, totum opus in duos libellos tribuere, quorum alterum *Scripturarum*, alterum collecta *Patrum* teſtimonia exhiberet. Quare neceſſe fuit, ut ad imitationem tituli illius, quo inſcribi librum in codice dixi, alterum confingerem, quo ſecundum libellum prænotarem. Ceterum religioſe Codicem ipſum deſcribi curavi, non orthographia tantum vetere diligenter ſervata, ſed ſphalmatis ipſis fere retentis. E re Lectorum fortaſſe fuit, ut ſingulis ſententiis loca adſcriberem, ubi in Scripturis, aut apud Patres habentur; verum ad id tantum mihi ocii non fuit. Initio quidem adnotata ſunt; ſed quod in ipſo codice adſcripta repererim. Hæc hactenus.

LIBER I.

Incipiunt Teſtimonia divinæ Scripturæ.

I.

De uno Deo.

In Propheta.

AUdi Iſrhael. Dominus Deus tuus unus eſt, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Marc. XII. 29.

In Evangelio.

Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Luc. XVIII. 19

Paulus ad Timotheum.

Unus enim Deus, & immediator (*ſic*) Dei, & hominum. Homo Chriſtus Jeſus, qui dedit ſe metipſum redemptionem pro nobis. I. Tim. II. 5.

II.

De Diſtinctione Perſonarum Patris, Filii, & Spiritus Sancti.

In Epiſtula Joannis.

Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & Sanguis; & tres unum ſunt in Chriſto Jeſu; & tres ſunt, qui teſtimonium dicunt in Cœlo. Pater, Verbum, & Spiritus, & tres unum ſunt. I. Joh. V. 8.

in Epiſtula II.

Quoniam multi fallaces prodierunt in hunc mundum, qui non confitentur Dominum Noſtrum Jeſum in carne veniſſe, hi ſunt fallaces, & antichriſti ſunt. 2. Joh. 7.

Digitized by Google

III.

De Converſione, & Contemptu Sæculi.

Eccli.V. In Salomone.
3. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

In Evangelio.

Matth. XII. 31. Ideo dico vobis. Omne peccatum, & blaſphemiæ remittitur hominibus. Quicumque in Spiritu blaſphemaverit, non remittetur illi, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

In Proverbiis.

Prov. XVII. 1. Multo melior eſt panis cum ſuavitate in pace, quam Domus plena multorum bonorum, & iniquis æmulationibus, cum rixa.

In illis.

XVII. 9. Qui cælat injuriam, quærit amicitiam. Qui odit cælare, disjungit amicos, & Domeſticos.

In illis.

Eccli. XXI. 2. Quaſi a facie colubri fuge peccata; Si acceſſeris ad illa ſuſcipient te ſicut dentes Leonis in devorando.

In Hieremia.

Jer. VII. 3. Corrigite vias veſtras, & cogitationes veſtras. Nolite confidere vos in falſis ſermonibus, quia in toto non proderunt vobis.

In Evangelio.

Matth. VII. 13. Intrate per anguſtam portam, quia lata, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt per eam. Quam anguſta; & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam.

In illis.

Matth. XXIV. 37. Sicut enim in diebus Noe, ita erit & adventus Filii hominis, ſicut erant in diebus illis ante diluvium; manducantes, & bibentes, & nubentes, & nuptudantes, & non ſenſerunt donec venit diluvium, & tulit omnes; Sic erit adventus Filii hominis.

IV.

De timore Domini.

Prov. X. 27. In Proverbiis.
Timor Domini adiciet dies; Anni autem impiorum peribunt.

In illis.

X. 29. Munitio juſti timor Domini, contritio autem operantibus mala.

In illis.

Beatus qui metuit omnia per timorem, nam qui duro eſt corde incidit in mala.

In Eccleſiaſte.

Timor Domini expellit peccatum, nam qui ſine timore eſt non poterit juſtificari.

In illis.

Timor Domini non diſpicere juſtum hominem pauperem, & non juſtificare virum peccatorem divitem.

In Proverbiis.

Si non timorem Dei tenueris inſtanter, cito ſubvertetur domus tua.

In

Digitized by Google

In illis.

Timor Domini odit malitiam, & ſuperbiam & vias malorum.

Quod Deus noverit occulta cordis.

In omni loco oculi Domini ſpeculantur bonos, & malos.

In illis.

Mors, & Infernus manifeſta ſunt apud Dominum; quomodo non etiam corda hominum?

In Actis Apoſtolorum.

Tu Domine, qui noſti corda omnium, oſtende nobis quem elegeris unum ex his duobus.

V.

Juſte Judicandum.

In Exodo.

Non perverteris judicium pauperis in judicio, & juſtum non occides.

Item illic.

Non accipietis perſonam, nec accipietis munera; munera enim excœcant oculos ſapientium; & ſubtrahunt ſermonem juſtum.

In Proverbiis.

Perdet ſe metipſum qui munera accipit; Nam qui odit munera acceptionis, vivet.

Item illic.

Qui dicit juſtum impium eſſe, maledictus erit populis, & odibilis gentibus; Nam qui arguunt, meliora ſperabunt.

Item illic.

Aperi os tuum verbo Domini, & judica omnibus integre; Aperi os tuum, & judica juſtè; diſcerne autem inter pauperem, & infirmum.

In Levitico.

Maledictus qui declinaverit judicium advenæ, & orfano, & viduæ, & dicit omnis populus; fiat fiat.

In Eccleſiaſtico.

Xenia, & dona excœcant oculos Judicum; & quaſi mutus in oculis multorum avertit correctionem.

In Job.

Teſtimonium enim impii mors; & ignis comburet domos eorum, qui munera accipiunt.

VI.

Benefaciendum Pauperi.

In Proverbiis.

Qui contumeliam facit pauperibus, peccat; qui autem miſeretur pauperis, beatus eſt. Qui calumniam facit pauperi, irritat eum qui fecit illum; Nam qui honorat eum, miſeretur pauperi.

Qui dat pauperibus, non egebit; qui autem avertit oculum ſuum, in magna erit inopia.

In Levitico.

Non conſummabis meſſem agri tui, permetere, & quæ cadent ex meſſe tua, non colliges, neque in vineam tuam ex racemis grana decidentia colliges, ſed pauperibus, & peregrinis relinques ea. Quia ego Dominus Deus veſter.

In

In Proverbiis.

Qui obturat aures ſuas, ut non audiat infirmum, & ipſe invocavit Dominum, & non erit qui exaudiat eum.

In Job.

Non avertat voluptas animæ tuæ precibus infirmorum, cum in neceſſitate fuerint.

VII.

Non ambulandum in dolo.

In Eccleſiaſte.

Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, & peccatori ingredienti duas vias.

Item illic.

Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſum, & pravicordius (*ſic*) in illis ſcandalizabitur.

Qui in alto mittit lapidem, in ipſo cadit; & plaga doloſi dividet vulnera; & qui fodit foveam, in illam cadit; & qui ſtatuit laqueum proximo ſuo, periet in illo, facienti nequiſſimum ſuper ipſum devolvitur, & non agnoſcet unde veniet illi.

In Job.

Simulatores, & callidi provocant iram Dei.

In Hieremia.

Ferrum vulnerans lingua eorum doloſa verba oris eorum, proximo ſuo loquens pacifica; & in ſe metipſos habent inimicitiam in hujus ergo non viſitabo; Dicit Dominus; aut in populo tali non vindicabit anima mea?

In Evangelio.

Cavete a preudo prophetis, quæ veniunt ad vos in veſtitu ovium, intus autem ſunt lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

In Proverbiis.

Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari, & in ſubplantatione ejus noli extolli, ne forte videat Dominus, & non placeat ei, ut avertat iram ſuam ab eo.

Paulus Apoſtolus.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, da illi potum; Hoc enim faciendo, carbones ignis acervas ſuper caput ejus, Deus autem retribuet tibi.

In Evangelio.

Acceſſit ad Jeſum Petrus, & ait illi: Domine, ſi peccaverit in me frater meus, quoties remittam illi? Septies? Reſpondit Dominus, non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties.

In Exodo.

Obedite parentibus per omnia, hoc enim placet Deo.

VIII.

De Filio Superbo.

In Proverbiis.

Filio doloſo nihil erit boni, qui non honorificat patrem ſuum, & repellit matrem ſuam, filius confondetur, & obprobrium erit.

Item illic.

Filius, qui amittit diſciplinam Patris, meditabitur eloquia malitiæ.

Item

Item illic.

Maledicenti Patri, & Matri extinguetur lumen; pupilli autem oculorum ejus videbunt tenebras.

Item illic.

Qui iraſcit patrem ſuum, aut matrem ſuam exiſtimat ſe non peccare, hic ſimilis eſt viro impio.

Item illic.

Benedictio Patris firmat domos filiorum; Benedictio autem Matris eradicat fundamenta.

IX.

De Theſauro.

In Proverbiis.

Melius eſt modica pars cum timore Domini, quam Theſauri magni ſine timore; Melius eſt modica adquiſitio cum juſtitia, quam multi fructus cum iniquitate.

Item ibi.

Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ; Super aurum, & argentum gratia bona eſt.

In Eccleſiaſte.

Nihil eſt iniquius, quam amare pecunias; talis eſt, & jam animam ſuam venundat, quoniam in vita ſua projecit intima ſua.

Viro cupido tenaci non eſt bonum ſubſtantia, & homini libido; ut quid aurum? Sicut exit de utero Matris ſuæ, nudus revertitur, ſicut venit, & nihil accipiet ex labore ſuo ut vadat in manu ſua. Dixi, melior eſt ſuper hunc abortum requies huic, magis quam illis.

In Sofonia.

Diſperierunt omnes qui exaltantur in argento, & auro; effundam Sanguinem eorum ſicut limo, & carnes eorum ſicut ſtercora bovum; & argentum, & aurum non poterit liberare eos in die iræ Domini.

In Ambacuc.

O qui adquirit avaritiam malam domui ſuæ cogitaſti confuſionem domui tuæ, peccavit anima tua?

In Eccleſiaſte.

Vias peccantium plena ab offenſis in fine illorum Inferi, & tenebræ, & pœnæ.

X.

De Eleemoſinis.

In Proverbiis.

Ne dicas pauperi vade, & veni, cras dabo, cum poſſis ſtatim benefacere; non enim ſcis quid contingat ſequenti die.

Item illic.

Qui miſeretur pauperi beatus eſt; Eleemoſina, & fides mundat peccata; qui autem miſeretur, miſericordiam conſequitur. Qui honorat Deum, miſeretur pauperi.

In Evangelio,

Omnipotenti retribue; & ab eo qui multum vult accipere nolite advertere.

Item ibi.

Te autem faciente eleemoſinam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua,

Digitized by Google

ut ſit eleemoſina tua in abſcondito; & Pater tuus, qui vidit in abſcondito, reddet tibi.

Item illic.

Verumtamen date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

Item ibi.

Intendens autem Jeſus videns eos, qui mittebant munera ſua in gazoſilatio divitis, vidit antem & quandam viduam pauperem mittentem æramina duo, dixit: Vere dico vobis quia vidua hæc pauper plus omnibus miſit, omnes enim hi exabundantia miſerunt in dona Dei; hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum, quem habuit, miſit.

In Proverbiis.

Sicut probatur argentum in camino, & aurum; ita electa corda apud Dominum.

Item ibi.

Vas figuli probat fornax, & homines juſtos temptatio, & tribulationes.

XI.

De correptione, & De Superbia.

In Proverbiis.

Argue ſapientem, & amabit te; inſipientem, & aditiet odiſſe te.

Item.

Da Sapienti occaſionem, & ſapientior erit; notum fac juſto, & aditiet te.
Qui diligit diſciplinam, diligit ſenſum; Nam qui odit arguentem ſe, ſtultus eſt.

Item.

Non diligit indiſciplinatus arguentem ſe, cum ſapientibus autem non conloquitur.

Item.

Qui excipit diſciplinam, in bonis erit; Nam qui cuſtodit increpationes, ſapiens fiet.

Item illic.

Peſtifero caſtigatio inſipiens aſtutior fiet; Si autem arguas virum prudentem, intellexit ſenſum; Si flagellaveris ſtulto in medio concilio, contumeliam fatiendo, non auſers ſtultitiam ejus.

In Eccleſiaſte.

Qui odit correptionem, veſtigium eſt peccatoris; & qui timent Dominum convertent ad cor ſuum.

In Proverbiis.

Sicut canis convertitur ad vomitum ſuum, ed odibilis afficitur; ſic ſtultus in malitia ſua converſus in peccatis ſuis.

In Eccleſiaſte.

Initium ſuperbiæ homines apoſtare adeo, quoniam initium peccati omnis ſuperbia.

Item illic.

In duobus timuit cor meum, & in tertio iracundia mihi advenit; Vir bellator deſitiens præ inopia, & vir ſenſatus contemptus, & qui transgreditur juſtitiam in peccato, Deus parat eum ad rompheam.

In Pſalmis.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam.

In Apoſtolo.

Humilibus Deus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit.

In

Digitized by Google

In Proverbiis.

Qui cuſtodit os ſuum, & linguam, conſervat de anguſtiis animam ſuam; nam qui protervus eſt labiis, terrebit ſe metipſum.

Item illic.

Domos ſuperborum deſtruet Dominus; immundus apud Dominum omnis qui exaltat cor ſuum.

Item illic.

Filius ſuperbus malos oculos habet, palpebris ſuis extollitur temerarius, & ſuperbus peſtilentia vocatur.

Item illic.

Noli ſuperbire ante conſpectum Regis, neque in locis potentium ſubſiſtens. Melius eſt tibi dicias (*ſic*) andequam humiliare in conſpectu potentis.

In Eccleſiaſte.

Odibilis coram Deo, & hominibus Superbia.

Item ibi.

Et quid ſuperbi? terra & cinis.

Item illic.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; qui communicat ſuperbo, induit ſuperbiam.

Item illic.

Qui ſuperbi ſunt, contumeliis conterrentur, & humiliabuntur, & cadent ex celſi gladio.

Item illic.

Ceſſavit ſuperbia, & divitiæ ſuperborum, quia quod altum eſt in hominibus, abominatio eſt apud Deum.

XII.

De Manſuetudine, de Patientia, & de Humilitate.

In Proverbiis.

Manſuetus vir cordis medicus eſt (*ſic*) in ea oſſibus cor intelligens.

Item illic.

Melior eſt manſuetus cum humilitate, quam qui dividit prædam cum contumelioſis.

In Eccleſiaſte.

Eſto manſuetus ad audiendum verbum ut intelligas, & cum ſapientia loquere reſponſum verum.

Item illic.

Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ab homine diligeris.

Item.

In corde viri boni invenietur patientia; nam in corde inſipientium non agnoſcitur.

In Proverbiis.

Melior vir patiens, quam fortis; Nam qui retinet iram melior eſt, quam qui civitatem capit.

Item illic.

Qui parcit verbum proferre durum, prudens eſt; patiens autem vir copioſus in ſapientia; puſillanimis autem vehementer inſipiens.

Item.

Omnis opera humilis manifeſta apud Deum, nam impii in die malorum peribunt.

Item illic.

Reſponſum humile avertit iram.

Digitized by Google

Et iterum in Eſaia.

Ad quem reſpiciam, dicit Dominus, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem verba mea?

In Evangelio.

Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

In Epiſtola Jacobi.

Humiliate vos ante conſpectum Domini, & exaltabit vos.

XIII.

De Sapientia.

In Proverbiis.

Gloriam ſapientes poſſidebunt, & inſipientes dividunt contumeliam.

Item illic.

Ornamentum adoleſcentibus Sapientia, gloria autem ſeniorum cani.

Item illic.

Cor Sapientium poſſidebit ſenſum.

Item ibi.

Melior ſapiens, quam fortis; & vir prudentiam habens quam ager magnus.

Item ibi.

Felix ſapiens qui in ſapientia ſua veritatem, & juſtitiam meditabitur; in ſenſu ſuo cogitavit circum-inſpectionem Dei.

Item illic.

Homo ſapiens tacebit uſque in tempus; laſcivus autem, & imprudens non ſervabunt tempus.

Item illic.

Sapiens in verbis ſe ipſum affabilem facit.

Item illic.

Homo pius in ſapientia manet ſicut Sol; nam ſtultus ſicut Luna immutabitur.

Item illic.

Cor ſapientium in Domo luctus; & cor inſipientium in Domo luxuriæ.

Item illic.

Vir peritus multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt.

In Job.

Quoniam ſapientia eſt timere Dominum, abſtinere autem ſe a mala ſcientia.

XIV.

De converſatione Juvenum.

In Eccleſiaſte.

Fili a juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad annos invenies ſapientiam.

Item illic.

Fili in juventute tua tempta animam tuam, & ſi fuerit nequam, non des ei poteſtatem. Non enim omni animæ omne genus placet.

Item illic.

Adoleſcens loquere in tua cauſa, ut interrogatus, habeat caput (*ſic*) reſponſum tuum; In multis eſto inſcius ſimul & quærens, in medio magnatorum ne præſumas verbum, & ubi ſunt ſenes ne multum loquaris; ante grandinem præcedit coruſcatio; & ante hominem verecundum præcedit gratia.

XV.

Digitized by Google

XV.

Non jurandum, & non Dicendum falſum, & non mentiendum.

In Levitico.

Jurationi non ſueſcas os tuum; multi enim caſus in illa, & numinibus non admiſcearis, quoniam eris immunis ab eis; ſicuti enim ſervus aſſidue a livore minuitur; Sic omnis jurans, & nominans in toto peccato non purgabitur.

Item.

Vir multum jurans implebitur iniquitate; & non diſcedit a domo illius plagá; & ſi vane juraverit, non juſtificabitur.

In Evangelio.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non perjurabis? Reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per Cœlum, quia Thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum pedum ejus eſt, neque per Hieroſolimam, quia Civitas eſt magni Regis. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

Sit autem ſermo veſter: Eſt, eſt; non, non. Quod autem abundantius eſt, a malo eſt.

In Proverbiis.

Acceſſit falſa teſtis injuſtus, & immittet judicia in fratres.

Item illic.

Teſtis autem velox linguam habebit iniquam.

Item illic.

Eripiet de malis animam teſtis fidelis; incendit autem falſa doloſus.

Item illic.

Vir mutabilis linguam incidit in malis, teſtis falſus non erit impunitus qui eum accurat injuſte non evadit.

Item illic.

Teſtis mendax peribit, vir autem obediens caute loquit.

Item illic.

Clava, & gladius, & ſagitta pernitioſa ſunt; Sic & vir ſtultus, qui adverſus amicum ſuum falſum teſtimonium dicit.

Item illic.

Lingua mendax odit veritatem; Os autem incontinens facit ſeditiones.

In Sapientia.

Os autem quod mentitur occidit animam. Non velle mentire omne mendatium, aſſiduitas enim illius non eſt bona.

Item illic.

Melior eſt pauper ambulans in veritate, quam divis mendax.

In Hieremia.

Omne mendatium non eſt de veritate.

In Pſalmo.

Perdes eos, qui loquuntur mendatium.

XVI.

Non Fornicandum.

In Proverbiis.

Mulier autem virorum prætioſas animas capit. Alligabit quis in ſinum ignem,

ignem, veſtimenta autem non comburit? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, pedes vero non comburet?

Item illic.

Adulter autem propter inopiam ſenſum interitum, animæ ſuæ adquirit dolores, & turpitudines; ſuper obprobrium autem ejus non delebitur.

Abominatio eſt Domino cogitatio iniqua, ſanctorum autem ſermones pudici ſunt.

Item illic.

Viri amantis ſapientiam lætabitur pater; qui autem paſcit meretrices, perdet divitias.

In Eccleſiaſte.

Non des fornicari animam tuam in illo, ne perdas te, & hæreditatem tuam.

Item.

Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos; & qui ſe jungit fornicariis, erit nequam putredo, & vermes hæreditabunt illum.

In Evangelio.

Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum, eam jam mœchatus eſt in corde ſuo.

Item ibi.

Omnis qui dimiſerit uxorem ſuam, & aliam ducit, mœchatur; & qui dimiſſam a viro duxerit, mœchatur.

In Exodo.

Et facies illis bracas lineas, ut tegant verecundiam corporis a lumbis, uſque ad genicula.

In Proverbiis.

Odium ſuſcitat contentio; omnes autem non contendentes protegit amicitiam.

Paulus ad Timotheum.

Profanas autem vocum novitates devita, multum enim proficient ad impietatem, & ſermo eorum ut Cancer ſerpit.

X V I I.

Item de continentia oris.

In Pſalmo CXXXIIII.

Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.

In Proverbiis.

Ex multiloquio non effugies peccatum, parcens autem labiis ſapiens erit.

Item illic.

Qui multis utitur verbis lædit animam ſuam.

Item illic.

Multum te faciens, videris ſapiens eſſe.

Item illic.

Qui reſpondit verbum prius quam audiat, ſtultitia eſt illi, & obprobrium.

Item illic.

Mors, & vita in manibus linguæ eſt; qui autem continens eſt, edet fructus ejus.

Item illic.

Qui cuſtodit os ſuum, & linguam, conſervat de anguſtiis animam ſuam.

Item illic.

Si videris virum velocem in verbis, ſcito, quia ſpem habet magis inſipiens, quam ille.

Digitized by Google

Item illic.

Noli tacitus eſſe in linguam tuam, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis.

Item illic.

Qui ſuſſurio eſt in omnibus, & non neceſſario, odietur.

Item illic.

Tacitus, & ſenſatus honore, honorabitur.

Item illic.

In medio ſenſatorum ſerva verbum temporis; In medio autem tractantium aſſiduus eſto.

Item illic.

Indiſciplinoſe non ſueſcas os tuum, eſt enim illic verbum peccati.

XVIII.

Fugiendam Ebrietatem.

In Proverbiis.

Proterva res eſt vinum, & injurioſa ebrietas; omnis autem ſtultus his commiſcetur.

Item illic.

Noli eſſe vinolentus, neque extendas te ad emendandam carnem; omnis enim ebrioſus, & fornicarius mendicavit, & veſtietur conſciſos pannos, & omnis ſomniculoſus.

Item illic.

Si enim inficias, & calices dederitis oculos veſtros, noviſſimo ambulabitis nudiores pilo.

Item illic.

Potentes, qui iracundi ſunt, vinum non bibant, ne cum biberint obliviſcantur ſapientiam, & recte non poſſint judicare infirmibus.

Item illic.

Spinæ naſcuntur in manibus æbrioſi.

In Eccleſiaſte.

Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos, & qui ſe jungit fornicariis erit nequam putredo, & vermes hæreditabunt illum.

Item illic.

Mulier ebriata, & erronea, magna ira, & contumelia, & turpitudo illius non tegitur.

Item illic.

Homini diſciplinato vinum exiguum, & in dormiendo non laborabit ab illo, & non ſentiet dolorem vigiliæ.

Item illic.

Diligentes vinum nolite provocare, multos enim exterminavit vinum. Sicut ignis probat ferrum durum; ſic vinum corda ſuperborum arguet; æqua vita hominibus vinum, non æbrietate; Vinum in jocunditate creatum eſt, non in ebrietate; ab initio exultatio animæ, & cordis vinum modice potatum. Vinum multum potatum, irritationem, & iram; & ruinas multas facit ebrioſitatis animoſitas.

In Eccleſiaſticis.

Optimum eſt ire in domum luctus, quam in domum potationis.

Paulus ad Effeſios.

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu Sancto.

Item

Item ad Corinthios.

Non ebrioſi, non maledici regnum Dei poſſidebunt.

In Proverbiis.

Nolite intendere fallatia mulieris mæretricis, quæ ad tempus impinguat tuas fauces. Noviſſime tamen amarius felle invenies, & acutior enim magis quam gladio ex utraque parte acutus.

Item illic.

Noli nimius eſſe alienæ, neque conjungaris amplexibus ejus, non eſt tua.

Item illic.

Filj non te viucat formæ deſiderio, neque aſpiaris oculis tuis, neque rapiaris; palpebris tuis prætium mæretricis quantum eſt unius panis?

Item illic.

Sicut tinea veſtimentum, & vermis lignum, ita virum perdet mulier maligna.

Item illic.

Ne reſpicias mulierem multivolam; Ne forte incidas in laqueos ejus. Cum ſaltatrici ne aſſiduus ſis, nec audias illa, ne forte pereas in efficatione illius.

Item illic.

Non des mulieri poteſtate animæ tuæ, ne grediatur in virtute tua, & confondaris. Non des fornicariis animam tuam in nullo, ne perdas te, & hereditatem tuam.

Ne vageris in vitiis civitatis, nec vageris in plateis ejus; Averte faciem tuam a muliere compoſita, & non reſpicias ſpetiem alienam.

Omnis mulier quæſtuaria, quaſi ſtercus in via conculcatur. Spetiem alienæ mulieris multi mirati reperbati ſunt; Colloquium enim ejus, quaſi ignis exardet. Cum aliena muliere non adcumbas ſupra cubitum, & non altreceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum ad illa, & ſanguine laberis in perditione.

XIX.

Parvulos emendandos inſcientes.

In Proverbiis.

Qui parcit baculo, odit filium ſuum; Qui diligit, diligenter erudit.

Item illic.

Non latet turpatum in filio non erudito.

Item illic.

Noli ceſſare parvulum emendare, quoniam, ſi percuſſeris eum virga, non morietur; tu quidem percuties eum virga, animam autem ejus liberabis a morte.

Item illic.

Erudi filium tuum, & exilarabit te, & dabit decorem animæ tuæ.

Item illic.

Juvenis, qui cum ſancto eſt directa eſt via ejus, aures audit; oculos videt, & opera Domini utraque.

In Eccleſiaſte.

Filj tibi ſunt, erudi illos a pueritia illorum; Filiæ tibi ſunt; cuſtodi corpus illarum, & non hilarem fatiem tuam oſtendas ad illas.

Item illic.

Qui diligit filium ſuum aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo, & non palpet hoſtia proximorum; qui docet filium ſuum laudabitur in illo, & in medio amicorum honorabitur in illo.

Item illic.

Qui docet filium ſuum in zelo mittit inimicum; mortuus eſt pater quaſi non mortuus, ſimilem enim relinquet poſt ſe.

Item

Digitized by Google

Item illic.

Equus indomitus vadit dumis; filius remiſſus vadit præceps. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans eſt, ne forte creſcat, & non duret, & non obaudiet te, & ſit dolor animæ tuæ.

In Eccleſiaſte.

Cum ſancto aſſiduus eſto, quemcumque cognoveris conſervantem timorem Dei, ſæcundum virtutem tuam cave tibi a proximo tuo, & cum ſapientibus, & ſenſatis tracta.

XX.

Juſtas Menſuras, & Pondera.

In Deuteronomio.

Non erit in domo tua pondus grande, & puſillum; non erit in domo tua menſura grandis, & puſilla; pondus vero, & menſura juſtum ſit tibi, ut multorum dierum ſis ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in ſortem, quia abominandus eſt Domino omnis, qui facit injuſta.

In Proverbiis.

Statera iniqua abominatio eſt coram Domino; pondus autem æquum acceptus eſt ei.

Item illic.

Abominatio eſt Domino duplex pondus, & ſtatera doloſa non bonum ante eum.

XXI.

De Voto.

Item illic.

Statim ut voveris votum Domino, non tardabis reddere illud; tu itaque quod voveris redde; melius eſt non vovere, quam voviſſe, & non ſolvere.

In Eccleſiaſte.

Stultus in riſu exaltat vocem ſuam; vir autem ſapiens vix tacite ridebit.

Item illic.

Melius eſt indignatio quam riſus, quia in vultu oblectabitur; cor ſapientium in domo luctus, & cor inſipientium in domo luxuriæ.

In Deuteronomio.

Non erunt res virilis ſuper mulierem, nec induetur vir veſtem muliebrem; Quia abominatio eſt Domino qui fecerit hæc.

Item illic.

Non morientur parentes pro filiis, & filii non morientur pro parentibus; ſed unuſquiſque in ſuo peccato morietur.

Paulus ad Epheſios.

Et vos parentes nolite provocare ad iracundiam filios veſtros, ſed nutrite illos in diſciplina, & correptione Domini.

In Oſea Propheta.

Seminate vobis juſtitiam, & vindimiate fructum vitæ; exquirite vos lumen juſtitiæ, ſuſtinete Domino, donec veniat vobis, fructus juſtitiæ ejus vindimiate.

In Proverbiis.

Qui gloriatur mundum ſe habere cor, aut quis audebit dicere purum ſe eſſe a peccatis?

Digitized by Google

Item illic.

Filj in mortuo tuo produc lacrimas, & quaſi dura paſſus incipies plorare, & ſecundum judicium contege corpus ejus, & non deſpitias ſepulturam illius; propter delaturam amare fles luctum illius unius diei, & conſolare propter triſtitiam.

XXII.

Non fraudandum, & (de) *Non gloriando*.

In Exodo.

Non facietis furtum, & non mentiemini.

In Proverbiis.

Qui petitur cum fure odit animam ſuam.

Paulus ad Corinthios.

Non fures, non avati, non ebrioſi, non maledici, non rapaces Regnum Dei poſſidebunt.

In Proverbiis.

Eſto confidens in toto corde tuo in Domino; in tua autem ſapientia noli extolli.

Item illic.

Noli eſſe ſapiens apud te; time Dominum, & declina a malo, tunc ſanitas erit corpori tuo, & diligentia oſſibus tuis.

Item ibi.

Vidi virum eſtimantem ſe ſibi ſapientem eſſe; Spem autem habuit magis inſipiens, quam ille.

In Eſaia.

Væ his, qui ſapientes ſunt apud ſe; & in conſpectu ſuo prudentes.

Paulus ad Romanos.

Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti ſiunt.

Ad Corinthios.

Ubi ſapiens, ubi ſcriba, ubi conquiſitor hujus ſæculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus Mundi?

Item illic.

Nemo ſe fallat. Si quis videtur ſapiens eſſe in hoc mundo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Nam ſapientia hujus Mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum; & iterum novit Dominus cogitationes ſapientium, quia vanæ ſunt.

In Eccleſiaſte.

Melius eſt tibi dici, aſcende ad me, quam humiliare in conſpectu potentis.

In Exodo.

Non enim adverſus nos eſt murmuratio veſtra, ſed adverſus Deum.

Paulus ad Theſalonicenſes.

Qui ſpernit hominem, non hominem ſpernit, ſed Deum.

Ad Romanos.

Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi; ita & per unius obedientiam juſti conſtituuntur multi.

XXIII.

Altiora non ſcrutari, neque audire Hæreticos.

In Proverbiis.

Qui fidet in falſo hic ventos paſcit; ipſe autem ſequitur aves volantes; derelin-

linquet enim viam vineæ ſuæ, & orbitas culturæ agri ſui erravit; perambulat autem per arrida, & deſerta, & terram conſtitutam in ſiccitatibus; congregat autem manus ſuæ ſterilitatem.

Item illic.

Secede ergo ab aqua aliena, & a fonte alieno noli bibere, ut multo vivas tempore, & adicientur tibi anni vitæ.

Item illic.

Qui ſectatur vana eget ſenſibus. Noli adicere a mandata ejus, ne arguaris, & mendax ſis.

In Eccleſiaſte.

Altiora te ne quæſieris, & fortiora ne perſcrutaveris, ſed quæ præcipit tibi Dominus illa cogita ſemper; & in pluribus ejus non eris cor; multos enim reducit ſuſpitio eorum, & in vanitate detinebit ſenſum illorum.

In Libro Sapientiæ.

Dificile eſtimamus quæ in terra ſunt; & quæ in proſperio ſunt invenimus cum labore; quæ autem in Cœlis ſunt quis inveſtigavit? Senſum autem tuum quis ſcit niſi tu dederis ſapientiam?

XXIIII.

De Jejunio.

In Eccleſiaſte.

Qui baptizatur a mortuo quid profecit lavatio ejus? Sic & homo qui jejunat in peccatis ſuis, & iterum eandem facit; Quid profecit humiliando ſe? Orationem ejus quis exaudiet? Sacrifitium ſalutare attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.

In Evangelio.

Cum autem jejunatis, nolite fieri ſicut Hipocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas ut pareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, perceperunt mercedem ſuam; tu autem cum jejunas unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, ſed patri tuo qui videt in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi.

XXV.

Homini exemplum Formicæ, vel Apis ſine prigritia laboris.

In Proverbiis.

Vade ad formicam o piger, & emulare videns vias ejus, & eſto illa ſapientior; Illa enim cum agro non poſſideat, neque conpellentem ſe habeat, neque ſub Domino ſit; quomodo parat eſtate alimenta; Copioſam autem facit in meſſe repoſitionem; Vel vade ad Apem, & diſce quam laborioſa eſt; Operationem autem quam ſanctam mercatur.

Cujus labores reges, & mediocres ad ſanitatem proferunt, gratia eſt autem in omnibus, & glorioſa, & cum ſit Viribus infirma, ſapientiam predicans producta eſt.

Uſque quo piger jacebis? quando autem ſurges? Modicum quidem dormis, modicum autem ſedes. Modicum vero dormitas, modicum autem manibus amplecteris pectus.

 Dein-

Digitized by Google

Deinde adveniet tibi ſicut malus viator paupertas, inopia, autem ſicut bonus curſor fugiet te.

Item illic.

Increpatus piger non erubeſcit. Similiter autem qui mutant triticum in meſſe.

Item ibi.

Deſideria pigrum occidunt, non enim deſtinat manus facere aliquid.

Item.

Occaſiones querit piger, & dicit: Leo in plateis eſt, in plateis autem homicidæ.

Item ibi.

Sicut hoſtium in cardine vertitur, ita piger in lectu ſuo.

Item ibi.

Sapientior ſibi piger videtur quam qui in multitudinem feret nuntium.

XXVI.

De Stulto.

Vir ſtultus mala ſibi fabricat, in ſuis autem labiis theſaurizat ignem. Non conveniunt ſtulto labia fidelia, neque juſto labia mendacia.

Item illic.

Ut quid habundant divitiæ ſtulto, poſſidere autem ſapientia inſenſatis non poterit.

Item.

Ira eſt patri filius inſipiens, & dolor matris ejus.

Item ibi.

Non deſiderat ſapientia cui deeſt ſenſus, magis enim dicitur inprudentia'.

Item ibi.

Os hominis ſtulti contritio eſt ei; labia autem ejus laqueus animæ ejus.

Item illic.

Gravis eſt lapis, & vix portabilis arena, ira autem ſtulto gravius eſt ambobus.

Item illic.

Sicut canis, qui convertitur ad vomitum ſuum, & odibilis efficitur, ſic ſtultus malitia ſua reverſus in peccatis ſuis.

Item illic.

Qui minoratur cute cogitat inania, & vir imprudens, & errans cogitat ſtulta.

Cor fatui quaſi vas confractum; & omnium ſcientia non tenebit domos. Fatuo clauſa ſapientia, & ſcientia, ſenſati enarrabilia verba.

Compedes.

Pedes ſtultorum doctrina, & quaſi vincula manus dextræ; fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, & vir ſapiens vix tacite ridebit.

Item illic.

In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum.

Qui docet fatuum ſapientia, quaſi inglutinat teſta.

Item illic.

Arenam, & ſalem & maſſam ferri facilius eſt portare, quam hominem imprudentem, & fatuum impium.

Item illic.

Cum fatuis nec conſilium habeas, non enim poterunt continere.

Item in Eſaia Propheta.

Stultus ſtulta loquitur, & cor ejus vana intelligit.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Iracundiam deponendam.

In Proverbiis.

Anima benedicta omnis ſimplex; vir autem animoſus, vel iracundus non honeſte agit.

Item illic.

Stultus ipſe eadem die pronuntiat iram ſuam; occultat autem contumeliam ſuam aſtutus.

Item illic.

Sunt qui dicendo vulnerant ut gladii.
Iracundus agit ſine conſilio; Vir autem prudens multa ſuſtinet.
In perdet etiam ſapientes, reſponſum autem humile avertit iram.

Item.

Vir iracundus parat lites; patiens autem etiam futuras mitigat.

Item.

Noli eſſe amicus viro animoſo; Cum amico autem iracundo noli commorari, ne forte diſcas vias ejus, & ſumas laqueum animæ tuæ; totam iram ſuam profert ſtultus, ſapiens autem diſpenſat eam per partes.

Item.

Vir animoſus fodit contentionem; vir autem iracundus exobruit peccata.

In Eccleſiaſte.

Homo iracundus exhorruit litem, & vir peccator turbavit amicos. In medio pacem habentium mittit delaturam.

Item illic.

Gelus, & iracundia minuit dies, & ante tempus ſenectam adducit cogitatus.

Item illic.

Noli feſtinare ſpiritu tuo iraſci, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.

Paulus ad Epheſios.

Nunc deponite vos omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, multiloquium.

In Evangelio.

Omnes qui iraſcit fratri ſuo ſine cauſa, reus erit juditio.

Item.

Quicumque autem dixerit fratri ſuo racha reus erit concilio; quicumque vero dixerit fatuæ reus erit gehennæ ignis.

XXVIII.

Hic mixti.

In Eccleſiaſte.

Eſto manſuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, & cum ſapientia loquere reſponſum.

In Proverbiis.

Servus prudens obtinebit dominorum imprudentia, & inter fratres dividet partem.

Item illic.

Filio doloſo nihil erit boni; ſervo autem ſapienti proſper erit actus.

In

In Eccleſiaſte.

Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, & quaſi fratrem, ſic illum tracta; quia in ſanguinem animæ tuæ comparaſti illum. Si leſeris illum injuſte, & extollens ſe diſceſſerit, quem quæris, & qua via quæris illum?

Item illic.

In Proverbiis.

Lucerna eſt mandatum legis ſicut uva acerva dentibus nociva eſt, & fumus oculis, ſic iniquitas eis, qui utuntur eam.

Item ibi.

Homo autem ſe occidit per malitiam ſuam.

Item illic.

Per quem peccat quis peret, & torquetur.

Item illic.

Dominus conſtituit hominem, & reliquid illum in arbitrio ſuo, adiecit mandata, & præcepta, ſi volens mandata ſervare, & fidem placidam facere adpoſuit aquam, & ignem, adquovis extende manum tuam; ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit dabitur illi.

Item illic.

Sicut tinea veſtimentum, & vermis lignum, ita triſtitia nocet cor.

Item.

Cor lætum bonam voluntatem facit; Viri autem triſti areſcunt oſſa.

In Hjeremia.

Maledictus homo qui ſpem habet in hominem, & confirmaverit carnem brachii ſui, & a Domino receſſerit cor ejus.

Item illic.

Qui confidunt in hominem maledicti ſunt, quoniam Deus nihil fecit illum.

In Eccleſiaſte.

Non deſis plorantibus in conrogatione, & cum lugentibus ambula; non pigriteris viſitare infirmum, extus enim in dilictione firmaberis.

Paulus ad Romanos.

Lividum facio corpus meum, & ſervituti adſitio, ne, cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus effitiar.

In Proverbiis.

Domos ſuperborum deſtruet Dominus.

Item illic.

Qui altam facit domum ſuam quærit ruinam.

Item illic.

Cum ſapientia ædificabitur Domus, & cum intellectu eregitur; cum ſenſu impletur horrea plena omnibus bonis, & pretioſis.

Item illic.

Non enim omnem hominem inducas in domum tuam; multæ enim inſidiæ ſunt doloſi.

In Canticis.

Cavete vobis a vulpibus puſillis, exterminantes vineas.

Væ his qui profetant de corde ſuo, & omnino non vident ſicut vulpes in deſerto.

In Evangelio.

Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.

Item illic.

Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, excepta furnicationis cauſa, & aliam duxerit, adulterat.

Item illic.

Si peccaverit frater tuus in te, corripe illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte

Digitized by Google

mitte illi; & ſi ſepties in die peccaverit in te, & ſepties in die converſus fuerit ad te, dicens, pœnitet me, dimitte illi.

Item illic.

Qui ſeminat bonum, ſemen eſt filius hominis, ager autem hic Mundus; bonum vero ſemen hi ſunt filii regni; Nam Zizania filii ſunt iniqui; Inimicus qui ſeminavit ea, diabolus eſt; meſſis autem conſumatio ſæculi eſt; Meſſores autem Angeli ſunt; Sicut & ergo colliguntur zizaniæ, & igni conburuntur, ſic erit in conſumationem Sæculi.

In Salomone.

Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum quæ deſtatur anima ejus; oculum ſublimem; linguam mendacem; manus effundentes innoxium ſanguinem; cor machinans cogitationes peſſimas; pedes veloces ad currendum in malum; profenentem mendacium; teſtem falacem; & eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.

L I B E R II.

Incipiunt teſtimonia Patrum.

In Libro Conlationum (ſcilicet Caſſiani).

Quatuor ſunt perturbationes hominum animæ; Ideſt; cupiditas; lætitia; mætus; triſtitia. Ipſum animum eſſe memoriam devim, quem memoria vocatur.

Item illic. Col V. c. II.

Octo ſunt principalia vitia, quæ humanum infeſtant genus. Primum gaſtrimargia, quod eſt ventris ingluvies; ſecundum fornicatio; tertium filargiria, ideſt avaritia, ſive amor pecuniæ; quartum ira; quintum triſtitia; ſextum acidia, ides anxietas, ſeu tædium cordis; ſeptimum cenodoxia, ideſt jactantia, ſive vanagloria; octavum Superbia.

Incipiunt Teſtimonia de Sententiis Evagri ad Fratres.

Quemadmodum enim flamma comburet ſilvam; ſic viſiones malas extinguet eſuries.

Item illic.

Somniculoſus Monachus incidit in malis; qui autem vigilat, ſicut paſſer erit.

Item illic.

Sicut ignis tabefacit ceram; ita vigilia bona cogitationes peſſimas.

Illic.

Qui amat argentum non videbit ſcientiam, & qui congregat illud obſcurabitur.

Illic.

Sicut aurum, & argentum probat ignis; ſic cor Monachi temptatio.

Item illic.

Melior paupertas cum ſcientia, quam divitiæ cum ignorantia.

Illic.

Quemadmodum evolat corvus de ſuo nido; ita immunda anima de ſuo corpore.

Illic.

Sicut affricus ventus in pelago; ita furor e corde viri.

Item

Item illic.

Melior eſt Sæcularis in infirmitate ſerviens fratri, ſuper Monachum non miſerentem proximo ſuo.

Piger Monachus murmorat multa, & ſomniculoſus incuſat dolorem capitis ſui.

Monachus bilinguis conturbat fratres; fidelis autem requiem adducit.

Melior eſt Sæcularis manſuetus, quam iracundus monachus, aut animoſus.

Monacum manſuetum diligit Deus; turbolentum autem repellit a ſe.

Caritatem præcedit humilitas; ſcientia autem dilectio.

Sicut enim Lucifer in Cœlo, & ſicut nix in Paradiſo, ſic in anima mitis mens pura.

Inveſtigantem convivia extinguitur lumen, anima autem ejus videbit tenebras.

Statue in pondere panem tuum, & bibe in menſura aquam tuam, & Spiritus fornicationis fugiet a te.

Da ſenioribus vinum, & infirmis infer eſcas, propter quod contriverunt carnes in juventute ſua.

Vidi iracundum ſenem, & elevatum in tempore ſuo; Spem autem habuit magis juvenis, quam ille.

Qui diligit apem manducat favum ejus, & congregans eam replebitur melle.

Incipiunt Teſtimonia de libro Sancti Martini; non illius Turonici Epiſcopi, Sed iſte Pater fuit Monachorum.

Quamvis invalidum mox laudaveris plus valebit; Si parum ponderis portantem quaſi admiratus fueris ſucumbit; Si pigro dixeris quia velox eſt continuo evolavit. Quamvis generaliter multis hæc ſuperbiæ labis infeſta ſit; non plus tamen aliis metuenda eſt, quam his, qui aut ſpiritaliter ad perfectionem virtutum, aut carnaliter ad vitiarum copiam,

Ibi ſemper elationis fortior ventus eſt, ubi & honoris fortior altitudo.

Facile credimus, & antequam judicemur iraſcimur; multi enim ſuſpitionibus impelluntur ex vultu, riſuque alieno pejora interpretati in noctibus iraſcuntur.

Curioſus, qui inquirit quod de ſe dictum ſit, & malignos ſermones, etiamſi ſæcreto ſunt dicti eruit; ipſe ſe inquietat; dum enim interpretantur ad hoc perducuntur, ut videantur.

Multas injurias tranſit, & pleraſque non accipit, quia, ut eas neſcit, aut ſi ſcierit, in ludum eas, jocumque convertit.

Si bonus vir eſt, qui injuriam fecit, noli reddere; Si malus, noli imitari; prudentiori cede, ſtulto remitte.

Regis quiſque intra ſe animum habet, ut licentiam ſibi in alios dari vellit in ſe nolit.

Non oportet peccantem peccata corrigere; quod ſi tantum iraſcatur ſapiens, quantum ſcælerum indignitas exigit; Non iraſcendum eſt illi, ſed inſaniendum.

Nihil glorioſius, quam iram amicitiam commutare. Iraſcitur aliquis, tu contra beneficus provoca; cadit ſtatim ſimultas.

Remedia medicorum non in acceſſibus infirmitatum, ſed in remiſſionibus proſunt.

Crebro ſi quidem faciem mendaci veritas retinet; Crebro mendatium ſpeciem veritatis occulitur.

Nam ſicut aliquotiens frontem amicus, & blandam adulator oſtendit; Sic veriſimili coloratur.

Lauda parce, vitupera parcius; nam ſimiliter reprehenſibilis eſt nimia laudatio, quam immoderata culpatio.

Pru-

Prudens nunquam otio paſcit animum; aliquando habet, nunquam tamen ſolutum.

Humilitatis virtus non verborum elatione, ſed mentis puritate requiritur.

A verbis quoque turpibus abſtinet, quia licentia eorum impudentiam nutrit.

Sermones ſuptiles magis quam facito.

Omnes tibi pares facies; Si inferiores ſuperbiendo non contemnas, ſuperiores recte vivendo non timeas.

Cunctis eſto benignus; nemini blandus; paucis familiaris; omnibus tamen æquus.

Sapientia cupido, & docili quæ noſti ſine adrogantia poſtulanti imperties; quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impertiri.

Juſtus ſæcreta non prodit; tacenda enim tacet; loquenda loquitur; atque ita alta illi pax eſt, & ſecura tranquilitas; dum alia malis vincuntur ab illo mala;

Magnanimitas eſt nec timendum hominem, nec audacem.

De Libro Sancti Ambroſii.

In vite religio; in oleo pax; in roſa pudor; ſacræ virginitatis inoleſcat.

Frater meus candidus, & rubeus; Candidus merito, quia patris ſplendor; Rubeus, quia partus eſt virginis, color in eo fulget, & rutilat utriuſque naturæ.

Caſtitas etiam angelos facit; qui eam ſervavit angelus eſt, qui perdidit diabolus. Virgo eſt qui Deo nubit; meretrix quæ deos facit; Hinc in verſis veſtigiis filj Noe pudenda texerunt.

Quæ procax vidit modeſtus erubuit; pius texit offenſuros ſi & ipſi vidiſſet.

Quanta vini eſt vis, ut quem diluvia non nudaverunt, vina nudarent.

Debet enim is qui docet, ſuper eum qui docetur excellere.

Tolerabilius eſt mentem virginem, quam carnem habere.

Umbra judæis carnalibus, imago nobis; veritas reſurrecturis; Tria enim hæc ſecundum legem eſſe cognovimus umbram; Imaginem veritatem; Umbram in lege; Imaginem in Evangelio; In judicio veritatem; & Ideo per Moyſen lex per umbram quaſi per hominem; Figura per legem; per Jeſum veritas.

Quid eſt gazophylacium? Conſolatio fidelium; ſumptus pauperum; requies egenorum.

Peccata autem aut donantur, aut delentur, aut teguntur; Donantur per gratiam; delentur per ſanguinem; teguntur per caritatem; Quod David dicit: Libera me de Sanguinibus, ideſt a peccatis mortalibus ſe poſtulat liberari.

Non te ſubjuges poteſtatibus carnis quem Deus liberum voluit.

Nulla tibi excuſatio de ambitu nuptiarum eſt, voluptatis ſunt, non neceſſitatis.

Si benignus ſis erga indigentes, magnus eris apud Deum.

Quod Deum patrem vocas, hoc in actibus tuis oſtende.

Bona mens chorus eſt Dei; mala mens chorus eſt Dæmonum.

Quanta vitia habet anima, tot & Dominos.

Fundamentum pietatis eſt continentia; culmen autem pietatis eſt amicitia.

Nulli ſuadente te adquieſcas facere quod non eſt bonum.

Peſſimum eſt peccatoribus in unum convenire cum peccant.

Multi cibi impediunt caritatem; & incontinentia ciborum inmundum hominem faciunt.

Non cibi, qui per os inferuntur polluunt hominem; ſed ea, quæ ex malis moribus proferuntur.

Ea excipe a Deo, quæ accipere ab homine non potes.

Melius eſt lapidem fruſtra jactare, quam verbum.

Brevis erit in ſermonibus; ſapiens in juditio; Imperitiæ eſt longa narratio.

Cum prees hominibus memento quia tibi eſt Deus; & judicans homines ſcito quia & ipſe judicaberis a Deo.

Cole ſapientem virum quaſi immaginem Dei viventis.
Nullum propterea honores, qui habet multas pecunias, difficile eſt divitem ſalvare.
Nunquam eris ſapiens ſi te putaveris ſapientem.
Orationem non exaudit Deus hominis, qui egenum non exaudit.
Qui ſapienti non obtemperat, nec Deum obtemperabit.
Quod non poſuiſti non tollas, ſed ſufficiant tibi quæ tua ſunt.
Temulentiam quaſi infamem fuge, quia qui ventri belvæ ſimilis eſt vincitur.
Quantum laboras pro corpore, ſi tantum pro anima laboras ſapiens eris.
Philoſophum hominem tanquam Dei miniſtrum honora poſt Deum.
Miniſtrare aliis melius quam miniſtrari ab aliis.
Melius eſt per famem mori, quam per incontinentiam ventris animam maculari.
Verbum de Deo qui loquitur his, quibus non licet, proditor Dei putandus eſt.
Non eſt verum quod Deum colat qui hominem lædit.
Melius eſt nihil habere, quam multa habentem nemini impertire.
Si non das egentibus cum poſſis, non accipies a Deo cum poſtulas.

Teſtimonia de libro Proſperi.

Si me mea ruſticitas faciebat invalidum, veſtra fieri credidi fidem qui jubebatis idoneum.
Neceſſariarum tractatio quæſtionum, & ſi non inſtruet invenientis quod quærit animum exercet ſalutem prærentis ingenium.
Scientia, ſicut ſine dono Dei, quod eſt caritas, inflat, ita, ſi ei caritas admiſceatur, ædificat.
Sic ab iniquis juſti ſeparati ſunt in æternum, ut nec jam remunerati præmium finiant, nec damnati ſupplicium.
Sicut enim corporalis ſaturitas omnes ſaturos æqualiter habet, quamvis ſinguli cibos, non æqualiter, ſed pro poſſibilitate perceperint; Ita omnes Sancti, & ſi fuerint aliqua graduum ſuorum diverſitate diſtincti; omnes una beatitudine perfecti erunt, quia & una perfectione beati futuri ſunt.
Nec a nobis in diem juditii verba quærenda ſunt, ſed opera.
Qui non crediderit, non habendo fidem, nec juſtitiam cordis, habere poterit nec ſalutem.
Tam gravis ſermo debet eſſe Pontificis, ut ab intellegentia ſui nullus, quamvis imperitus excludat.
Sana mens incorporabiliter amplius obædientiæ fructum debet adpetere, quam vitare injuſte obtrectationis obprobrium.
Cum veritas undecumque clamaverit, non ſit ingenio humano deputanda, ſed Deo.
Obedientiæ, ac patientiæ virtute fundati, majorum ſuorum non diſcutiunt conſtituta, ſed faciunt.
Ad faciem publicam patienter jam fugiunt; & in animo iracundiæ virus abſcondunt; ad nocendum parati, cum nocendi tempus invenerint.
Sic debet omnis homo, modo ducendo, modo exortando, modo ſuſtinendo, modo increpando curari, ut, ſub ope Chriſti, nullus de ſalute in hac vita debeat diſperare.
Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina; quaſi diceret; argue coæquales; obſecra ſeniores; increpa juniores.
Leniter caſtigatus exibet reverentiam caſtiganti; aſperitatem autem nimiæ increpationis offenſus, nec increpatio, nec ſalutem.
Blanda pietate portandi ſunt qui increpari pro ſua increpatione non poſſunt.
Sicut virtus onerosa eſt vitioſo; Ita virtus amico vitioſa voluptas amara eſt.
Tamdiu enim quis peccata ſua, quæ noſſe, & deflere debet ignorat, quamdiu

diu curioſus aliena conſiderat; quod ſi mores ſuos ad ſe ipſum converſus aſpiciat; non requirit quod in aliis ſpecialiter reprehendat, quia in ſe ipſo habet quod lugeat; proinde fratrum noſtrorum nos facile debemus accuſare, ſed gemere.

Illis enim, quorum peccata humana notitia latent, nec ab ipſis confeſſa, nec ab aliis publicata, ſi eum confiteri vel emendare noluerint; Deum, quem habent, teſtem ipſum habituri ſunt, & ultorem.

Contumelioſus eſt qui mendaciter arguit; & mendaciter arguit qui contumeliam facit.

Securus quippe malitia, qui cœleſtia non habet, terrenas ſtrenue militantibus preſtat.

Illæ nobis ſunt ambiendæ divitiæ, quæ nos ornare poſſunt pariter & munire; propter hoc igitur eis qui militant Deo fugiendæ ſunt; quas divitias ex toto corde qui habere volunt; ſine labore non quærunt; ſine difficultate non inveniunt; ſine cura non ſervant; ſine anxia delectatione non poſſident; ſine dolore non perdunt.

Qui otioſa quiete perfruitur, niſi ſpiritaliter vixerit more pecudum vivit.

Nemo poſſidet Deum, niſi qui poſſidetur a Deo; ſit ipſe primitus Dei poſſeſſio, ut efficiatur ei Deus poſſeſſio, & portio.

Omnium conditor, cui nihil poteſt eorum quæ fecit æquari non dignatur eum his quæ condidit poſſideri.

Qui vult Deum poſſidere renunciet mundo, ut ſit illi Deus beata poſſeſſio.

Dei opus agit qui res Deo conſecratas; Non alicujus cupiditatis, ſed fideliſſimæ diſpenſationis intentione non deſerit.

Quapropter poſſeſſiones, quas ablatas a populo ſuſcipiunt ſacerdotes, non ſunt jam res mundi credendæ, ſed Dei.

Non ideo erubeſcebant Adam & Heva quia veſte erant extrinſecus protecti divina; denique ante peccatum nudi erant & non erubeſcebant, quia nihil contra voluntatem Dei unde confunderentur admiſerant.

Non igitur a creatore ſuo in creaturam divinitatis affectione conlapſos moveret aperta concupiſcentia, niſi eos ante corrupiſſet occulta ſuperbia.

Concupiſcentia carnis ab eis impleta eſt, quod de ligno vetito guſtaverunt; concupiſcentia oculorum, quod ſibi aperire occulos cupierunt; & ambitio ſæculi, quod ſe fieri poſſe quod Deus eſt crediderunt.

Dulcior enim fit ſalus cum dolor excruciat, & ſanitatis amiſſæ dulcedinem languoris amaritudo commendat.

Adam nos obnoxiavit malis omnibus per propriam culpam, quibus nos liberavit adventus Chriſti per gratiam.

Ne delitiæ quælibet ſi abſque deſiderio percipiantur officium; & viles cibi plerumque abſtinentiæ profectui ſi adpetenter accipiantur impediunt.

Infirmum ſtomacum moderatus uſus vini confortat; ebrietas animum, corpuſque debilitat.

Nihil contra abſtinentiam faciunt qui vinum non pro ebrietate, ſed tantum pro corporis ſalute percipiunt; nec hoc eis offert voluptas, ſed permittit infirmitas.

Si enim quoslibet advenientes jejunio intermiſſo reficio, non ſolum jejuno, ſed exemplum caritatis efficio; Ceterum ſi propter abſtinentiam ſpiritales fratres, quos novi, mea remiſſione delectare contriſto, abſtinentia mea non eſt dicenda, ſed vitium.

Sicut virtus animum ſibi veraciter inhærentem, ſi fuerit vera juſtificat; ita ſimulata condemnat.

Non poteſt mens regnum habere virtutum, niſi jugum prius excuſſerit vitiorum.

Tantos invidus habet juſta pæna tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores. Si quidem invidioſum facit excellentiam, erit invidum pæne peccati;

Digitized by Google

Nec ei ab homine poteſt adhiberi remedium cujus eſt vulnus occultum.
Hoc enim loquuntur quique quod diligunt; delectabiliter audiunt quod aſſiduis cogitationibus volvunt; Cogitatio quippe eſt quæ mentem ſicut turpis inquinat; Ita ſi fuerit honeſta purificat; Non ſordidæ cogitationes mentem ſordidam reddunt ſed ex mente ſordida ſordidæ cogitationes exiſtunt.
Auribus enim caſtis obſceni ſermones cum ſono deficiunt; Nec ſecretum pudici cordis inrumpunt.
Per os carnis non inrumpit delectatio guſtus ad mentem; Nec erumpit ſermo turpis ex mente, niſi ſe voluntarie mens ante corrumpat.
Eadem quiſque nomina frequenter habet in ore quarum deſideria vulnerato geſtat in corde; ac turpitudinem quam exercere verecundatur in facto; tenet reus in animo non humano judicio ſed divino.
Conſiderate obſecro qualiter invidi puniendi ſint malis ſuis, quos etiam bona puniunt aliena.
Quid prodeſt cuiquam, ſi foris, ubi poteſt magnus credi, ſplendeat; & intus, ubi Deus videt, ſolus ſqualeat?

De Jejunio.

Jejunia, abſtinentiæ, vigiliæ, ælemoſinæ, & cætera hujuſmodi augere debent bonum, Nam non velare peccatum; Nulla res nos ab omni peccato ſic ſervat immunes, ſicut timor ſupplicii, & amor Dei, elati per ſupercilii vanæ loquacitatis; dicta ſua magis cupiunt laudari, quam fieri; Nec ſunt de ſanctitate operis, ſed de ſermonis elugubrati venuſtate ſolliciti.
Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum, quem ſi ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati deſiderio ſerviamus.
Sicut nobis ſubveniri optamus; ita aliis pro viribus ſubveniamus; aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubveniendi teneamus.
Si peccantem video, & non ſolum non arguo, ſed etiam peccanti conſentio, participem me damnationis ejus efficio, & in omnibus peccantibus pecco; Quando eos, quos ſcio peccaſſe quadam crudelis animi malignitate non increpo.
Qui amicum propter commodum quodlibet amat temporale, non amicum convincitur amare, ſed commodum.

De Libro Sententiarum.

Innocentia vera eſt quæ nec ſibi, nec alteri nocet; & nemo prius in ſe, quam in alium peccat.
Sic diligendi ſunt homines, ut eorum non diligantur errores; Quia, aliud eſt amare quod facti ſunt, aliud odiſſe quod faciunt.
Vera eſt confeſſio benedicentis, cum idem ſonus eſt & oris, & cordis; bene autem loqui, & male vivere, nihil eſt aliud, quam ſe ſua voce damnare.
Bonum intellectum habet qui quod faciendum recte itelligent qualis ſine timore ſapientiæ.
Mala mors putanda non eſt quam bona vita preceſſerit.
Juſtis quicquid malorum ab iniquis Dominus inrogatur, non pæna eſt criminis, ſed virtutis examen; Nam bonus, etiam ſi regnet ſervus eſt.
Diabolus ſuperbus hominem ſuperbientem perduxit ad mortem; Chriſtus humilis hominem obædientem reduxit ad vitam.
Quia, ſicut ille elatus cæcidit, & jecit ob & conſentientem; ſic iſte humiliatus ſurrexit credentem.
Perfectum odium eſt quod nec juſtitia, nec ſcientia caret; Ideſt ut nec propter vitia homines oderis; nec vitia propter homines diligas.
In magna egeſtate ſunt, quidem iniquitate ſunt, juſtitiæ opus, & ſapientiæ theſau-
ros.

vos non habentes; Qui autem ſerviunt Domino, ea bona adquirunt, quæ perire non poſſunt.

Bona eſt peccati confeſſio, ſi & curatio conſequatur. Nam quid prodeſt detegere plagam, & non adibere medicinam.

Prima mors animam dolentem tenet in corpore, ab utraque parte communiter habetur, ut quod non vult anima de ſuo corpore patiatur.

Cum bonum operaris hilaris operare; nam ſi quid boni triſtis facis fit deterior magis quam facis.

Melior eſt enim in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio.

Nemo injuſtus benefacit, etiam ſi bonum eſt quod facit, quia nihil prodeſt ſpiritus timoris ubi non eſt ſpiritus caritatis.

Melior eſt animi æquitas, quam corporis ſanitas.

Finis enim legis Chriſtus eſt, in quo lex juſtitiæ non ſumitur, ſed impletur.

Sicut terra de Cœlo expectat pluviam, & lucem, ſic homo de Deo expectare debet miſericordiam, & veritatem.

Prima ſalus eſt declinare peccatum; ſecunda eſt non deſperare de venia; Nam ipſe in æternum perit qui apud miſericordem judicem ad penitentiæ remedium non recurrit.

Virgo Fidei Criſtianæ tribus temporibus incitatur; Veſpere; mane; & meridie; Veſpere enim Dominus in Cruce; mane in reſurectione; meridie in aſcenſione; Unum ad patientiam occiſi; aliud ad vitam reſſuſcitati; Tertium ad gloriam pertinet majeſtatis in patris dextera conſedentis.

Ad hoc exagitant homines tribulationes, ut vas electionis evacuentur nequitia, & impleantur gratia.

Melior eſt triſtitia iniqua pœnitentis, quam lætitia iniqua facientis.

Bonum eſt a veritate vinci, ad correptionem ſuperet veritas voluptatem; Nam & invitum ipſa ſuperat.

Sic ſunt qui colunt idola, quomodo qui in ſomniis vident vana.

Si autem vigilent animæ ipſorum intelligit quando facta eſt, & non colit quod ipſe fecit.

Qui Deo ſitiunt, tota ſua debent ſitire ſubſtantia, ideſt & anima, & carne, quia & animæ Deus dat panem ſuum, ideſt verbum veritatis, & carnis neceſſaria Deus præbet, quia utraque ipſe paſcit, quia utraque ipſe fecit.

Duas in toto Mundo civitates faciunt duo amores; Hieruſalem facit amorem Dei; Babilonia amorem ſæculi.

Interroget ſe ergo unuſquiſque, & inveniet unde ſit Civis.

Non eſt in carendo difficultas, niſi cum eſt in habendo cupiditas; & ideo id ſolum recte diligitur quod nunquam bene admittitur.

In primo homine patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem; In ſæcundo autem quod Dei adjutorium valeret ad vitam.

Primus enim homo non is homo; ſecundus vero Deus, & homo; peccatum vero factum eſt relicto Deo; Juſtitia non ſit ſine Deo.

Dominus ait: Ego ſum via, & veritas, & vita, hoc eſt per me venitur ad me, in me pervenitur, permanetur in me.

Odor bonus fama bona eſt, quam quiſque bonæ vitæ operibus habuerit, dum Chriſti veſtigia ſequitur pedes quodam modo ejus prætioſi ingenti odoris præfundit.

Labor piorum exercitatio eſt, non damnatio.

Juſti ex Deo non ex hominibus naſcuntur; Quoniam naſcendo, non aſcendendo fit juſtus; unde etiam regenerati filj Dei dicuntur.

Aliud eſt migrare corpore, aliud migrare cor; migrare corpore quomodo corpus mutatur locum; migrare corde quomodo tu cordis mutas affectum; Si aliud amas, aliud amabas; non es ibi, ubi eras.

OPUS-

OPUSCULUM III.

Expoſitio Fidei Athanaſianæ ex Codice V. C. Franciſci Mariæ Florentinii.

MONITUM.

CL. *Muratorius* T. II. *Anecdotorum* (*p.* 212.) *Expoſitionem Fidei Catholicæ* edidit, quam etiam Fortunato adſeruit. Varias ex *Florentino* Collegii Noſtri Codice lectiones dederam in primo *Litterariorum Excurſuum* volumine (*p.* 307. *ſeqq.*); quum in hunc *Lucenſem* Codicem incidi, in quo eadem Fidei expoſitio legitur, ſed tum a *Muratoriano*, tum a meo exemplo ſatis diverſa. Eam igitur heic exhibere conſtitui. Judicent viri docti, num hæc, quæ duabus illis a *Muratorio*, atque a me editis contractior eſt, primigenium opus ſit, deinde ab aliis auctum, atque interpolatum.

Q*Uicumque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat catholicam fidem.* Fides dicitur credulitas, ſive credentia, Catholica vero univerſalis vocatur, quam univerſam eccleſiam tenere oportet. Eccleſia autem eſt congregatio fidelium, ſeu conventus populi. *Fides vero hæc eſt: ut credamus, & confiteamur unum, & verum Dominum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate. Neque confundentes perſonas*, ut *Sabellius* hæreticus, qui ipſum dixit eſſe Patrem in perſona, quem & Filium, ipſum Filium, quem & Spiritum Sanctum. Fides vero Catholica eſt, nec perſonas confundere, neque deitatem ſeparare, quoniam tres ſunt perſonæ, Una vero divinitas deitatis. Eſt enim gignens, genitus, & Procedens. Gignens eſt Pater, qui genuit Filium. Filius vero eſt genitus a Patre. Spiritus autem Sanctus, nec genitus eſt quia non eſt Filius, neque ingenitus, quoniam non eſt Pater, ſed ex Patre, & Filio Procedens. Quæ tres perſonæ, Pater videlicet, & Filius, & Spiritus Sanctus conſubſtantiales ſibi ſunt, & coæternæ, & coæquales atque cooperatrices. De quibus in pſalmo ſcriptum eſt: *Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* In perſona quippe patris Pater intelligitur. In verbo vero ejus Filius accipitur. In Spiritu autem oris ejus ipſe Spiritus Sanctus deſignatur. Quæ tres perſonæ deitatis, & ſingillatim tres ſunt, & in ſingularitate ſubſtantiæ unum exiſtunt. Non eſſentiæ diviſæ, ſicut Arius hæreticus impie prædicare auſus Filium Dei minorem eſſe dixit Patri, non de ſubſtantia ejus, ſed ex nihilo temporaliter creatum. Spiritum autem Sanctum ſimiliter non creatorem, ſed creaturam, plus minorem quam filium, & patris, ac filii miniſtrum aſſerunt. Et ideo non creatorem cum patre, & filio, neque verum dominum eumdem Spiritum Sanctum, ſed creaturam ut dictum eſt, prædicare auſus eſt. Quaſi quoſdam gradus impietatis ſuæ in dominum, qui unus eſt, arbitratus eſt; Patrem ſcilicet ut aurum, Filium vero quaſi argentum, Spiritum autem Sanctum tamquam æramentum. Nos autem impietatem ejus anathematizantes, credimus, & confitemur aliam eſſe perſonam Patris, quem ingenitum ideo appellamus, quia a nullo eſt genitus; aliam perſonam Filii, qui a Patre ſolus eſt genitus; aliam perſonam Spiritus Sancti, qui neque ingenitus ut pater, neque genitus ſicut filius, ſed ex patre, filioque procedit & in his tribus perſonis patris videlicet, & filii & Spiritus Sancti una eſt eſſentia divinitatis, æqualis gloria, coæterna majeſtas, unita poteſtas, communiſque operatio. *Æqualis pater, talis & filius, talis & Spiritus Sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus Spiritus Sanctus*, hoc eſt a

nullo

nullo creati. *Immenſus pater, immenſus filius, immenſus & Spiritui Sanctus*; quia metiri omnino non poſſunt. *Incircumſcriptus pater, incircumſcriptus & filius, incircumſcriptus & Spiritus Sanctus*; quia non loco continentur, ſed ubique præſentes exiſtunt. *Inviſibilis pater, inviſibilis filius, inviſibilis & Spiritus Sanctus*; quia videri a nullo queunt. *Æternus pater, æternus filius, æternus & Spiritus Sanctus; non tamen tres æterni, ſed unus æternus*, qui neque initium habet, neque fine concluditur. *Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens & Spiritus Sanctus; non tamen tres omnipotentes, ſed unus omnipotens*; quia omnia quod vult poteſt, hoc enim non poteſt quod non vult, hoc eſt quod non expedit. Veritas eſt, quia falli omnino non poteſt. Virtus eſt, quoniam infirmari non poteſt. Vita eſt, quia mori nullo modo poteſt. *Deus pater, Deus filius, Deus & Spiritus Sanctus; non tamen tres Dii ſunt, ſed unus eſt Deus*; Deus enim nomen eſt poteſtatis, non proprietatis: Proprium nomen eſt patri, quod pater eſt, & proprium nomen eſt filio, quod filius eſt; & proprium nomen eſt Spiritui Sancto, quod Spiritus Sanctus eſt. *Ita dominus pater, dominus Filius, dominus & Spiritus Sanctus, non tamen tres domini, ſed unus eſt dominus*: dominus autem ideo appellatur, pro eo, quod omni creaturæ Cœli, & terræ dominatur. *Sicut enim ſingillatim, ut dictum eſt, unamquamque perſonam & Deum, & Dominum confiteri chriſtiana veritate compellimur; ita tres Deos, vel dominos tres credere, vel prædicare* auctoritate divina & ratione veritatis *probibemur*. Si autem quislibet quempiam ex doctoribus interrogare voluerit, quid ſit pater; ratione veritatis, & auctoritate divina, ut dictum eſt, reſpondere illi neceſſe eſt: *Deus & Dominus*: Similiter ſi inquirat, quid eſt filius: reſpondere illi oportet: *Deus, & Dominus ſicut & Pater*. Si autem ſciſcitetur ab eo, quid ſit Spiritus Sanctus, ſimiliter reſpondere convenit: *Deus, & Dominus quemadmodum pater, & filius*. Sed in his tribus perſonis, non tres deos, neque tres Dominos, ſed unum Deum, & unum Dominum eſſe confirmet. Unus eſt ergo pater, qui numquam fuit ſine filio, non tres patres; unus eſt filius coæterno patri, non tres filii. Unus eſt Spiritus Sanctus ex patre, & filio procedens, non tres Spiritus Sancti; neque poſterior, aut inferior vel minor patri, & filio, e quibus procedit. Et in hac Sancta Trinitate deitatis nihil prius, nihil poſterius, nihil inferius, aut inæquale; ſed totæ tres perſonæ, ut dictum eſt, coæternæ ſibi ſunt, & coæquales, & conſubſtantiales, atque inſeparabiles. Sed quia omnipotens Deus ita inviſibilis eſt, ut a mortali creatura, ideſt ab homine videri omnino, ſicut eſt, non poſſit; idcirco a mundi creatura quantulamcumque cooperationem ad Deum nobis attrahere convenit, Apoſtoli auctoritate informati, qui dicit: *Inviſibilia enim prius a Mundi creatura per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Sempiterna quoque virtus ejus, ac divinitas*. Et idcirco conſiderare nos oportet quæ ſit virtus Solis, qui cum ſit unus in natura, tres habere videtur efficientias; idem Sol, ſplendor, & calor, tria quidem vocabula, ſed res una eſt. Splendor quoque illuminat, calor, vero exurit, & hæc duo ita in Sole naturaliter conſiſtunt, ut unum abſque alio, & utrumque ſine tertio eſſe non poſſit. Quia neque ſplendor ſine calore, neque calor ſine ſplendore, neque uterque idem ſplendor, & calor ſine Sole fieri poſſunt, quod etiam & de natura ignis procedens contemplator colligere poteſt. Ita pater, & filius, & Spiritus Sanctus tres procul dubio extant perſonæ, ſed in divina majeſtate deitatis & gloria æternitatis unum ſunt. *Fides etiam Catholica eſt, ut credamus, & confitemur, quia dominus noſter Jeſus Chriſtus, Dei patris filius, Deus pariter, & homo* eſt, Deus ſcilicet ex patre ſine initio, homo vero ex matre a certo initio, unus atque idem filius Dei, *æqualis patri ſecundum divinitatem, minor vero patre juxta humanitatem*. Coæternus patri in divinitate, contemporalis vero matri erga humanitatem, conſubſtantialis in eſſentia divinitatis, conſubſtantialis matri in aſſumpta humanitate, ſimilis patri per omnia ſecundum divinitatem, diſſimilis vero omni creaturæ;

Digitized by Google

turæ; conſimilis autem nobis hominibus in humanitate, excellentior vero omni creaturæ, Cœli, ac Terræ, unus atque idem Jeſus Chriſtus Dominus, ac redemptor noſter, cujus nominis ethimologia hæc eſt. Jeſus enim hebræo ſermone, latine *Salvator*, ſive Salutaris interpretatur. Chriſtus autem hebraice *meſſias* vocatur, Græca vero lingua *Chriſtus* dicitur, latine autem *unctus* vocatur. *Jeſus* ergo ideo nuncupatur pro eo quod ipſe ſalvum fecit populum ſuum; *Chriſtus* autem ſecundum humanitatem ideo vocatur, quia Spiritu Sancto a patre *innuctus eſt*, ſicut ex ipſius *Chriſti* perſona *Iſaias* Propheta ait: *Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me*. Et in pſalmo Propheta ad ipſum Chriſtum Dominum *Sedes (ſic) Sedes tua Deus*, ait, *in Seculum Seculi, virga æquitatis, virga Regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*. *Unctus* dicitur filius Dei a patre Spiritu Sancto, non in Divinitatis eſſentia, ſed in humanitate aſſumpta. Duas quippe in Chriſto credimus eſſe naturas, duaſque formas, duaſque nativitates, duas etiam voluntates, atque operationes in ſingularitate perſonæ. De prima quippe nativitate ejus, quæ ſecundum divinitatem ex patre eſt, *David* Propheta ex perſona patris ad filium ait. *Ex utero ante luciferum genui te: Ex utero* inquit, hoc eſt de mea ſubſtantia, *ante luciferum*, ideſt ante omnem creaturam. De ſecunda vero generatione ejus, quæ juxta humanitatem temporalis facta eſt; beatus Apoſtolus *Paulus* ſua nos informans auctoritate: *At ubi venit*, inquit, *plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret ut ad optionem filiorum reciperemur*. De prima generatione, quæ ſecundum deitatem eſt, Eſaias Propheta clamat: *Generationem ejus quis enarrabit?* De generatione vero ejus, quæ ſecundum carnem eſt, *Matthæus* Evangeliſta ſcribit. *Liber generationis Jeſu Chriſti filii David, filii Abraham*. De forma Deitatis ejus beatus *Paulus* Apoſtolus ſcribens ad Philippenſes ait: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*. De forma autem humanitatis ejus ſubſecutus ait: *Semetipſum exinanivit formam ſervi accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo; humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem*. De duabus vero voluntatibus in eo, ipſe ſibi Dei filius omnipotens eſt, qui tempore paſſionis ſuæ patrem efflagitans ait: *Pater ſi fieri poteſt, transeat a me calix iſte: verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis Pater*. Similiter & de duabus operationibus, qui noſſe cupit ex evangelica prædicatione, plenius ſcire poteſt. Idcirco autem Dei filius, qui verus Deus eſt, ex patre, verus homo fieri dignatus eſt de matre, ex anima rationabili & carne cum ſenſibus ſuis in ſingularitate perſonæ, ut totum hominem ex anima rationabili, & carne cum ſenſibus mortalibus ſubſiſtentem, qui in Adam peccando perierat, per ſuam paſſionem, ac mortem de mortis poteſtate redimeret, & per reſurrectionem ſuam æternæ vitæ participem efficeret. Non ſicut *Apollinaris* Hæreticus prædicare auſus eſt, qui eumdem Dei filium animam habuiſſe aſſeruit, non tamen rationabilem, exiſtimans quod Divinitas ei ſufficeret pro ratione. Catholica vero fides eumdem Dei filium Dominum, ac Redemptorem noſtrum, ſicut verum Deum ex patre, ut dictum eſt, ita & verum hominem ex matre, animam habere rationabilem, & carnem cum ſenſibus ſuis, credit, & confitetur. Qui licet Deus ſit & homo non tamen duos Chriſtos, neque duas perſonas, neque duos filios Dei in eum credere oportet, ſed unum Chriſtum, unumque Dei filium in duabus, ut ſæpe dictum eſt, naturis, ſingulari vero perſona. Sicut enim quilibet homo, ex anima rationabili, & carne mortali ſubſiſtens non duo, ſed unus eſt homo, ita & Chriſtus Deus, & homo in unitate perſonæ, non duo, ſed unus eſt Chriſtus, unus Salvator Mundi, ac Redemptor humani generis. Æqualis Patri in forma Dei, minor vero ei in forma ſervi. Dominus vero omni Creaturæ in Cœlo, & in Terra etiam in ipſa forma ſervi, creator matris ſuæ, & Dominus

Digitized by Google

nitus ſecundum potentiam Divinitatis, Creatus vero ex ipſa juxta humanitatem natus, natus ſimul ex ea Deus & homo abſque ulla corruptione geminæ ſubſtantiæ, ſimplicis autem perſonæ. *Non converſione Divinitatis in carnem, neque humanitatis in divinitatem*. Ideſt neque divinitas, quæ immutabilis eſt, in humanitatem converſa eſt, neque humanitas in Divinitatem. Tenent igitur in eo ſingularitatem perſonæ utræque naturæ abſque ulla convertibilitate proprietatis ſuæ, Dei ſcilicet, quod Dei eſt, & hominis, quod hominis eſt. Sicut enim in eſſentia divinitatis unum ſunt cum Patre, ipſo dicente: *ego & pater unum ſumus*; ita in natura humanitatis unum eſt cum Eccleſia, quia idem Chriſtus Dominus cum Eccleſia Catholica, quæ eſt Sponſa ejus, ut caput, & corpus, unus eſt Chriſtus, Apoſtolo hoc affirmante, atque dicente: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, hoc ideo Dominus fieri voluit, ne in trinitate quod abſit quaternitas intromittatur. Quemadmodum Neſtorius hæreticus impie prædicare auſus eſt, qui dixit Beatam M. V. non Deum, & hominem, ſed purum hominem tantum genuiſſe. In quo homine poſtea propter meritum Sanctitatis divinitatem Filii Dei habitaſſe, ſicut & in cæteris Sanctis, ac per hoc non unam, ſed duas in Chriſto aſſeruit eſſe perſonas, & introduxit in Trinitate quaternitatem, cujus impia profeſſio procul ſit a cordibus fidelium. Nos vero credere oportet ſæpe dictum Dei filium ſecundum divinitatem inviſibiliter in uterum V. M. introiſſe, & veram carnem ex ſubſtantia ejuſdem Virginis, quam cum Patre, & Spiritu Sancto creavit, quaſi quoddam veſtimentum in ſingularitate perſonæ ſuæ, ita uniſſe ut nec Deus ſine homine, nec homo abſque Deo fieri omnino poſſit, & ita in utraque natura & una perſona incorruptibiliter ex ea natum. Et idcirco jam dictam V. M. non hominis tantum, ſed Dei, & hominis genitricem credimus, & confitemur, quia Dei filius non perſonam hominis, ſed naturam ex ea aſſumpſit humanitatis. Quia nequaquam conceptio carnis in Virginis utero divinitatis prævenit adventum; ſed divinitas prævenit Virginis conceptum. Quam humanam naturam tota Trinitas in utero Virginis creavit, ſed ſolus Filius in ſingularitate perſonæ ſuæ ſuſcepit, atque univit. Idcirco autem Dei filius natura humani generis idem perfectum hominem abſque peccato de Virgine ſuſcipere dignatus eſt, ut per eamdem naturam, quæ in Paradiſo a Diabolo decepta peccando mortem incurrerat, rurſum eumdem Diabolum non potentia divinitatis, ſed ratione juſtitiæ vinceret, ac proſtraret, & per indebitam mortem ſuam debitam mortem noſtram auferret, & credentibus in ſe perpetuam vitam condonaret. Quatenus & Diabolus per juſtitiam victus cederet, & quos injuſte retinebat, amitteret; & humanum genus non merito ſuo, ſeu libero arbitrio, ſed ſola gratuita miſericordia ſalvaretur. Et ideo redemptionem humani generis, ut dictum eſt, ſalva divinitatis ſuæ potentia paſſus, & in carne mortuus, ac ſepultus eſt in eadem carne; ſecundum animam deſcendit ad Infernum, ſecundum virtutem autem Divinitatis ſuæ die tertia in eadem carne, in qua mortuus fuerat, vivus ſurrexit. Poſt reſurrectionem vero ſuam per dies quadraginta multis modis ſe Diſcipulis ſuis vivum exhibuit, atque palpandum præbuit, & ad confirmandam eorum fidem, & hæreticorum deſtruendam perfidiam, qui cum negant, veram carnem in Cœlum levaſſe, cibum petiit & coram eis comedit. Quadrageſimo vero die poſt reſurrectionem ſuam, videntibus Apoſtolis aſcendit in Cœlum, & ſedit ad Dexteram Patris. Idem regnat in gloria, & beatitudine ſempiterna. Quem in die venturum ad faciendum judicium vivorum, & mortuorum in ipſo mundi termino ſuſtinemus, in eadem forma humanitatis & vera carne, qua aſcendit, ſed glorificata, non infirma, aut deſpecta, ſicut in primo adventu cum venit occultus ut judicaretur; ſed in gloria patris, & ſua non ut judicetur, ſed ut judicet, & reddat unicuique ſecundum opera ſua. De cujus ſecundo adventu in Libro Apocalipſis ſcri-

ptum eſt; *ecce veniet cum nubibus Cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui illum pupugerint*. Ipſe quoque in Evangelio de ſuo adventu ait. *Cum venerit filius hominis in Majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo*, & iterum ipſe; *verumtamen Filius hominis veniens putas inveniet fidem ſuper terram*. In cujus adventu ad Angelicam tubam omnes defuncti a primo homine *Adam* uſque ad ultimum, qui in fine mundi obiturus erit, tam pii, quam impii, tam juſti, quam etiam & injuſti, ſecundum Apoſtolicam auctoritatem, *in ictu oculi*, in eadem carne, in qua vixerunt, in qua bona, vel mala geſſerunt, & in qua mortui ſunt, reſurgere habent non natura, aut ſexu fœmineo, neque mulier in virili forma, ſed unuſquiſque ut dictum eſt in propria forma, atque ſexu in quo vixit, & mortuus fuit, reſurrecturus erit. In eadem carne, in qua bona, vel mala geſſerunt, recipiet unuſquiſque quod meretur. Illud tamen nobis credendum eſt, quod tam juſti, quam etiam peccatores incorrupta recipient corpora ſua: hoc eſt quæ ultra mori non poſſint, Apoſtolo hoc affirmante, ac dicente: *omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba*. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Ideo autem tam electi, quam reprobi incorrupta recipient corpora ſua. Quatenus & juſti in eadem carne, in qua propter Deum in hac vita pœnas, & cœteros labores ſuſtinuerunt, in ipſa recipiant a Domino æternam beatitudinem, & perpetuam gloriam, in quibus erit æternæ vitæ una remuneratio, ſed propter diverſitatem meritorum diſſimili gloria. Similiter & omnes reprobi, impii videlicet, ac peccatores in propriis corporibus ſuis, in quibus prave, ſeu luxurioſe vixerunt, recepturi ſunt æternam damnationem, in quibus tamen pro qualitate vel quantitate peccatorum diſſimilis erit pœna, ſed una damnatione ſempiterna. Hoc quoque judicium Deus Pater omnipotens per Filium ſuum in homine aſſumpto facturus eſt, ſicut ipſe Filius in Evangelio de ſemetipſo teſtatur dicens: *Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio*. Non tamen ita accipiendum eſt ut Filius Dei abſque Patre, & ſine Spiritu Sancto, a quibus omnino dividi non poteſt, ſolus judicet, ſed ideo ita dictum credimus, quia Pater inviſibilis eſt, & a nullo hominum videri poteſt, & ideo ſolus Filius, ut dictum eſt, judicabit, quia ipſe ſolus formam ſervi accepit, in qua viſibiliter vivos, ac mortuos judicaturus eſt, inviſibiliter vero tota Trinitas judicabit. Viſibiliter autem ut dictum eſt, ſolus Filius in forma ſervi juſte judicabit, qui ob redemptionem humani generis ſolus in carne aſſumpta injuſte ab impiis judicatus eſt. In cujus judicio electi duabus in partibus diſcreti erunt, ideſt perfecti, quibus dictum eſt: *Sedebitis ſuper duodecim ſedes judicantes duodecim Tribus Iſrael*. Quod enim Apoſtolis tunc promiſſum eſt, ad omnes perfectos pertinet, qui cum Domino cæteros judicabunt. Secundus vero ordo erit in illis, qui ad ſuperiorum perfectorum, hoc eſt, Apoſtolorum, & Martyrum, ſeu cæterorum perfectorum menſuram pervenire non potuerunt, & tamen per ſatisfactionem pœnitentiæ, per eleemoſynarum largitionem, per compaſſionem Sanctorum, & cætera opera juſtitiæ vitam conſecuturi ſunt æternam. Talibus enim convenit illa Domini Sententia, qua ait; *facite vobis amicos de iniquo mammone, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna Tabernacula*. Et illud: *quandiu feciſtis uni de his fratribus meis, mihi feciſtis*. Et iterum *qui vos recipit, me recipit*. Reprobi vero ſimiliter duabus diſtincti erunt in partibus, in impiis videlicet, & peccatoribus. *Impii* appellantur omnes infideles, qui Dominum non noverunt, de quibus Pſalmiſta ait: *non reſurgent Impii in judicio*; reſurgent utique non ut judicentur, ſed ut puniantur, quoniam ſecundum Apoſtolicam auctoritatem, *quicumque ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt*. De Talibus in Evangelio veritas ait, *qui non credit jam judicatus eſt*, hoc eſt, jam condemnatus eſt. *Peccatores* autem vocantur, qui intra Eccleſiam per fidem commorantur, ſed prave vivunt. De Talibus rurſum Pſalmiſta ait: *neque peccatores in conſilio juſtorum*. De quibus & B. *Paulus* Apoſtolus, *confitentur*, inquit,

quit, *ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi*; Quis & Dominus per Evangelium increpat dicens: *quid prodeſt, quod dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis, quæ dico*. Sicut enim fides, quam ſe mali Chriſtiani habere gloriantur, abſque bonis operibus eos ſalvare non poteſt, ita bonum opus quodcunque infideles agunt ſine fide, nihil eis prodeſt, Apoſtolo affirmante qui ait, *omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*. Et ideo illos ſolos credimus poſſe ſalvos fieri, qui & fidem rectam abſque ullo diſcrimine retinent, & in bonis operibus, in quantum poſſunt, laborare non deſinunt, vitantes ſcilicet capitalia, atque mortifera crimina, ſicut ait Pſalmiſta: *declina a malo, & fac bonum*. Et alibi: *quieſcite agere perverſe; diſcite bene facere*. Quod autem dicimus de Chriſto Domino, *inde venturus eſt judicare vivos, ac mortuos*; *vivos* intelligimus, quos dies judicii viventes invenerit; *mortuos* autem omnes, qui antea obierunt, & tunc reſurrecturi erunt. Vel certe ut quidam volunt, ſicut per viventes electi, ita per mortuos reprobi omnes accipiendi ſunt. Poſt factum vero judicium & juſtorum remunerationem, atque iniquorum damnationem quidquid in utroſque divina ſententia decreverit, ideo in electis, ac reprobis æternum, & ſine fine erit, ut nec mali ultra gaudium ſperent, nec boni triſtitiam formident. Quoniam ſicut electi perpetua lætitia fruentes, ad reproborum damnationem, ut quidem Hæretici voluerunt, in æternum reverſuri non erunt, ita & reprobi in perpetua pœna demerſi, ad electorum gaudia nequaquam ultra conſurgent, ipſo judice teſtante, qui ait: *& ibunt ii, ideſt impii, & peccatores, in ſupplicium æternum; juſti autem in vitam æternam*. Hæc eſt fides Catholica, quam univerſalis Eccleſia in Electis ſuis corde credit, ore profitetur, & bonis actibus exequitur. De qua fide quicumque ex his, qui Chriſtiano nomine cenſentur, quidquam detraxerit, aut credere noluerit, procul dubio Catholicus non erit. Sed intra Eccleſiam poſitus ſub nomine Chriſtianitatis, recte a Catholicis, ut Hæreticus, reputabitur. Explicit expoſitio Fidei Catholicæ.

OPUSCULUM IV.

Chronicon ex Capitulari Codice Veronenſi ſub n. 158. Loculo R ab anno DCCIX. uſque ad annum IↃCCCCXII. quo Codex fuit exaratus.

	ANno DCCVIIII. ab Incarnatione Domini. Geſta Francorum.
DCCVIIII.	Hiemps dura. Druogo mortuus.
DCCX.	Annus durus, & fructus deficiens. Gotefridus obiit.
DCCXI.	Pipinus perrexit in Alamanniam.
DCCXII.	Aquæ multæ, & mors Hiltiberti Regis.
DCCXIII.	Haiſtolfi Regis.
DCCXIV.	Pipinus major domus defunctus.
DCCXV.	Pugna Francorum, & mors Dagoberti junioris.
DCCXVI.	Pugna Karoli cum Ratporto.
DCCXVII.	Pugna Karoli cum Raginfrido Rege in Viciaco in Dominico die.
DCCXVIII.	Vaſtavit Karolus Saxones plaga magna.
DCCXIX.	Occiſio Francorum ad Seſſiones Civitates. Mors Ratpoti.
DCCXX.	Pugna Karoli contra Saxones.
DCCXXI.	Ejecit Theudo Saracenos de Equitania.
DCCXXII.	Magna Fertilitas.
DCCXXIII.	Duo filii Karoli ligati. Arnoldus, & unus mortuus. & Karolus infirmatus.
DCCXXIV.	Karolus perrexit Adangeris (*lege* Andegavis).
DCCXXV.	Saraceni primitus venerunt.
DCCXXVI.	
DCCXXVII.	
DCCXXVIII.	Franci quieverunt.
DCCXXIX.	
DCCXXX.	Lantfridus mortuus.
DCCXXXI.	Karolus vaſtavit duobus vicibus ultra Ligeram. Raginfridus mortuus. Beda Presbiter Anglorum obiit.
DCCXXXII.	Karolus pugnavit contra Saracenos die Sabbati ad Pictavis.
DCCXXXIII.	
DCCXXXIV.	Karolus perrexit in Friſiam, eamque vaſtavit.
DCCXXXV.	Karolus perrexit in Waſconia.
DCCXXXVI.	Hatto ligatus. Audovvinus Epiſcopus obiit.
DCCXXXVII.	Karolus pugnavit contra Saracenos in Gozia in die Dominica.
DCCXXXVIII.	Karolus in Saxonia.
DCCXXXIX.	Karolus in Provincia, uſque Maſſilia.
DCCXL.	
DCCXLI.	Karolus mortuus, & Thietfeldus interfectus eſt.
DCCXLII.	Franci in Equitania, & poſtea in Bauguaria uſque Lech.
DCCXLIII.	Pippinus quievit. Karolomannus in Saxonia.
DCCXLIV.	Franci in Bauguaria, quando Illevvallus Romanus fuit egreſſus de Alſaccia.
DCCXLV.	Karolomannus, & Pippinus in Saxonia, & Thietpaldus in Alſatia.

DCC.

DCCXLVI.	Karolomannus in Alamannia, & poſtea in Equitania.
DCCXLVII.	Karolomannus ad Romam, & Eburnardus defunctus eſt.
DCCXLVIII.	Hotbertus interfectus, & Griſo in Saxonia.
DCCXLIX.	Franci in Saxonia, & Griſo in Bauguaria.
DCCL.	Franci, & Griſo in Bauguaria.
DCCLI.	Pippinus Rex elevatus. Res Eccleſiarum deſcriptas, atque diviſas. Zacharias Papa defunctus. Stephanus electus & percuſſus eſt; alter Stephanus conſecratus, & Lantfridus mortuus eſt.
DCCLII.	Pippinus in Saxonia. Griſo in Francia interfectus eſt.
DCCLIII.	Stephanus Papa in Franciam. Pippinus cum exercitu Francorum ſuper Longobardos, receptas res Sancti Petri, reverſus. Et Karolomannus detentus eſt. Et Bonifacius Epiſcopus in Friſia martyrizatus.
DCCLIV.	Venit Daſilo ad Martis campum.
DCCLV.	Franci iterum in Langobardiam cum hoſte. Romanus obiit, & Haiſtolfus mortuus.
DCCLVI.	Stephanus Papa obiit.
DCCLVII.	Venit Organa in Franciam.
DCCLVIII.	Rex Pippinus in Saxoniam.
DCCLIX.	Quieverunt.
DCCLX.	Rex Pippinus cum exercitu in Equitaniam.
DCCLXI.	Pippinus iterum in Waſconiam, uſque ad Limodiam civitatem.
DCCLXII.	Iterum Pippinus in Equitaniam; Bihevicum conquiſivit.
DCCLXIII.	
DCCLXIV.	Hiemps grandis, & dura.
DCCLXV.	
DCCLXVI.	Pippinus conquiſivit Limodiam.
DCCLXVII.	Paulus Papa obiit. Pippinus Toloſam perrexit.
DCCLXVIII.	Pippinus obiit. Waifarius occiſus.
DCCLXIX.	
DCCLXX.	
DCCLXXI.	Karolomannus Rex obiit.
DCCLXXII.	Franci in Saxonia cum Karolo Rege.
DCCLXXIII.	Magi Campus ad Genua. Et Karolus in Langobard.
DCCLXXIV.	Paveja Civitas conqueſita, & Deſiderius Rex, & Anſa uxor ejus.
DCCLXXV.	Magi Campus ad Duram, & Karolus Rex in Saxoniam.
DCCLXXVI.	Karolus in Italiam interfecto Ruodgauzo; & poſtea Magi campus ad Wormatiam, & inde in Saxonia ſine bello.
DCCLXXVII.	Magi Campus ad Paderprunna.
DCCLXXVIII.	Karolus in Spania. Et Saxones in Francia.
DCCLXXIX.	Magi Campus ad Duram, & Franci in Saxonia abſque bello, & fames magna, & mortalitas in Francia.
DCCLXXX.	Franci in Saxoniam, deinde ad Romam.
DCCLXXXI.	Karolus reverſus de Roma Pippino baptizato. Et Magilumpus ad Wormatiam.
DCCLXXXII.	Karolus cum Francis ad *Libiam* (1) abſque bello. Et Saxones mentiti ſunt, & quoſdam de Francis occiſi. Iterum Franci ſuper Saxones.

DCC-

(1) f. Lippiam.

DCCLXXXIII. Karolus iterum in Saxonia, cæde facta terram devaſtavit. Hiltigart Regina obiit.

DCCLXXXIV. Rex ad Lippiam. Tranſivit Hrenum, devaſtavit Saxones.

DCCLXXXV. Karolus in Eteſpurgh reſedit, & Saxones in pace conquiſivit.

DCCLXXXVI. Thurinci deprehenſi, & detenti. Karolus Wormatia reſedit; poſtea Romam pervenit. Deinde ad Capuam. Et cruces in veſtibus apparuerant.

DCCLXXXVII. Karolus de Roma revertens ad Pavejam. & exinde quoſdam exiliavit in Francia. Et venit Wormatiam. Inde per Alamanniam in Bauguarios. Et dux Daſilo reddidit ei Patriam, & dedit filium ſuum obſidem.

DCCLXXXVIII. Daſilo, & Uxor ejus venerunt ad Ingilhein ad Regem, & tonſa corona exiliati ſunt; & Bauguaria capta eſt.

DCCLXXXIX. Karolus cum exercitu Francorum ad Sclavos in Wi . . cia, & conquiſivit eam, & regem trapavit. Reverſus cum pace.

DCCXC. Karolus cum exercitu Francorum, Saxonum, atque Sclavorum in regionem Wandalorum, & eam devaſtavit. Reverſus cum pace.

DCCXCI. Karolus regnum Hunnorum vaſtavit.

DCCXCII. Karolo Saxones, & Friſones mentiti ſunt, & Pippinus tonſa coma, & quoſdam de Francis occiſi, & ſuſpenſi propter Conſilium, quod fecerunt ſuper Karolum, & foſſatum juſſit facere.

DCCXCIII. Vilhelmus pugnavit cum Saracenis ad Narbona; & perdidit multos homines, & unum regem cum multitudine occidit.

DCCXCIV. Karolus iterum in Saxonia, & illi promiſerunt fidelitatem, ac poſtea mentiti ſunt.

DCCXCV. Item Karolus cum magno exercitu in Saxoniam. Obſides queſivit. Et Zotanus dux de Pannonia venit ad Karolum, ſe ipſum dedit, & patriam, & baptizatus eſt. Et Leo Papa electus eſt.

DCCXCVI. Item Karolus in Saxonia terram devaſtavit, & Pippinus cum Longobardis, & Bauguariis in Vandalos. & ipſi patriam, principatumque dederunt.

DCCXCVII. Item Karolus in Saxonia. Item in Saxonia ibique totum ſedit hibernum. Ericus Victoriam in Vandalos. Pippinus ſuper Sclavos.

DCCXCVIII. Item Karolus in Saxones, & illos conquiſivit, atque obſides plurimos. Wandali mentiti ſunt.

DCCXCIX. Kerlot occiſus eſt.

DCCC.

DCCCI.

DCCCII. Egino Veronenſis Epiſcopus obiit.

DCCCIII.

DCCCIV.

DCCCV.

DCCCVI.

DCCCVII.

DCCCVIII.

DCCCVIIII.

DCCCX. Leo Papa obiit.

DCCCXI. Hatto epiſcopus mare tranſivit.

DCCCXII.

DCCCXIII.

Digitized by Google

DCCCXIII.	
DCCCXIV.	Karolus Imperator obiit. Annus primus Hludovici Imperatoris.
DCCCXV.	
DCCCXVI.	
DCCCXVII.	
DCCCXIX.	
DCCCXX.	
DCCCXXI.	
DCCCXXII.	
DCCCXXIII.	
DCCCXXIV.	[illegible] etinus monaçus obiit.
DCCCXXV.	
DCCCXXVI.	
DCCCXXVII.	
DCCCXXVIII.	
DCCCXXIX.	
DCCCXXX.	Inicium Baſilicæ Sancti Galli.
DCCCXXXI.	
DCCCXXXII.	
DCCCXXXIII.	Francorum dedecus.
DCCCXXXIV.	
DCCCXXXV.	
DCCCXXXVI.	
DCCCXXXVII.	
DCCCXXXVIII.	Puato Diaconus de Palatio lapſus eſt in judaiſmum.
DCCCXXXIX.	Karolus Rex oritur.
DCCCXL.	Hludowicus Imperator obiit. Eclipſis Solis III. Nonas Maii inter octavam, nonamque horam in Vigilia Aſcenſionis Domini.
DCCCXLI.	Annus primus Hludarii imperatoris. Ad Fontanas bellum crudeliſſimum inter fratres Hlotarium, Hludowicum, & Karolum.
DCCCXLII.	Inchoata diviſio regni.
DCCCXLIII.	Judit Regina obiit. Pax inter fratres facta.
DCCCXLIV.	
DCCCXLV.	
DCCCXLVI.	
DCCCXLVII.	
DCCCXLVIII.	
DCCCXLIX.	
DCCCL.	
DCCCLI.	
DCCCLII.	
DCCCLIII.	
DCCCLIV.	
DCCCLV.	
DCCCLVI.	Leo alius Papa. Hlotharius Imperator; Truago, & Rabanus obierant.
DCCCLVII.	Hilitigart Hludovici filia obiit.
DCCCLVIII.	
DCCCLIX.	
DCCCLX.	Hiems magna, & mortalitas animalium.
DCCCLXI.	Fames validiſſima.

DCCCLXII.

DCCCLXII.	
DCCCLXIII.	Gens Hunnorum Chriſtianitatis nomen aggreſſa eſt.
DCCCLXIV.	
DCCCLXV.	
DCCCLXVI.	
DCCCLXVII.	Terremotus. Nicholaus Papa obiit.
DCCCLXVIII.	Stella Cometis. Fames aterrima, & mortalitas hominum, & animantium.
DCCCLXIX.	Hlotharius rex de Campania veniens in Placentia obiit.
DCCCLXX.	Ruſticius dux ab Hludovvico rege Germaniæ, & Solitarius ab Imperatore Hludovvico rege Langobardorum capti ſunt.
DCCCLXXI.	Hludovvicus, & Karolum cum patre pacificati ſunt, data Retia Karolo.
DCCCLXXII.	
DCCCLXXIII.	
DCCCLXXIV.	
DCCCLXXV.	Hludovvicus Imperator filius Hlotharii in Italia obiit.
DCCCLXXVI.	Hemma regina, & Karlomannus filius Karoli obierunt, & Hludovvicus Pius rex Germaniæ defecit.
DCCCLXXVII.	
DCCCLXXVIII.	Karolus Imperator de Gallia obiit.
DCCCLXXIX.	Hludovvicus Rex de Gallia filius Karoli obiit.
DCCCLXXX.	Karlomannus Rex Baugavariorum, Filius Hludovvici regis Germaniæ obiit.
DCCCLXXXI.	Karolus Imperator a Joanne Papa benedicitur, & tertio Italiam ingreditur.
DCCCLXXXII.	Eclipſis Lunæ. Hludovvicus filius Hludovvici Pii obiit.
DCCCLXXXIII.	Johannes Papa obiit; & Marinus electus.
DCCCLXXXIV.	Marinus Papa obiit, & Adrianus electus.
DCCCLXXXV.	Hug obcœcatur.
DCCCLXXXVI.	Adrianus Papa obiit, & Stephanus electus. Heinrihcus dux a Nordmannis occiſus eſt.
DCCCLXXXVII.	Karolus imperator regno terreſtri privatus. Arnolfus immaniſſimus rex elevatur.
DCCCLXXXVIII.	Karolus Imperator obiit. Bellum inter Widonem, & Perengarium.
DCCCLXXXIX.	Liutbertus Archiepiſcopus obiit. Arnulfus in hoſtem. Alium bellum inter Vvidonem, & Perengarium. Goſbertus obiit.
DCCCXC.	Berenhart filius Karoli vix de Retia evaſit. Nimia mortalitas hominum. Salomon Epiſcopus obiit.
DCCCXCI.	Stella Cometis. Eclipſis ſolis. Sunzo archiepiſcopus a Nordmannis occiſus. Radaſpona combuſta eſt. Arnulfus Rex de Nordmannis triumphavit. Stephanus Papa obiit. Formoſus electus, & Perenhart filius Karoli a Ruodulfo occiſus.
DCCCXCII.	Arnulfus cum exercitu in Maraha, terramque devaſtavit.
DCCCXCIII.	Eclipſis Lunæ. Arnolfus in Maraha. Vvilielmus occiſus. Engilſcalch obcæcatur. Ruodpertus occiditur. Alamanni in Italiam.
DCCCXCIV.	Eclipſis Lunæ. Arnolfus in Italiam cum exercitu.
DCCCXCV.	Hildigart exiliata, & Zuentebulc rex elevatus. Fames & grando. Arnolfus in Italiam. Vvido Imperator factus.
DCCCXCVI.	Arnolfus Romam vi cepit, & a Formoſo Papa conſecratur. Formoſus obiit, & Bonifacius ſucceſſit, & ipſe obiit, & Stephanus ſucceſſit. Fames validiſſima. Et rex Arnolfus cœpit infirmari.

Baſi-

Digitized by Google

Baſilica in Lateranis majori parte cecidit, & poſtea Stephanus Papa Formoſum de ſepulcro ejecit, & in Apoſtolica ſede locavit, & diaconum pro eo conſtituit ad reſpondendum, & Apoſtolicam exuit veſtem, & traxit per Baſilicam, & ſanguis de ore ejus fluebat, & in flumen projectus eſt.

DCCCXCVII. Arnolfus cum ſuis populis generalem celebrans conventum, caſuque cecidit.

DCCCXCVIII. Lantbertus Imperator Italiæ filius Widonis obiit.

DCCCXCIX. Ungari Italiam ingreſſi. Arnolfus Imperator obiit. Et Hludowicus filius ejus, ſub quo omnia bona pace disjuncta ſunt, in Regnum elevatur. Bellum in Ungaros, & Chriſtianos in Italia ad Parentum, & Caſtelli capti ſunt.

DCCCC. Zuentibulcus rex filius Arnolfi occiſus, & Hludowicus filius Poſonis in Italiam. Adalhart, & Heimrich frater ejus, & Eberhardus bello occiſi.

DCCCCI. Iterum Hungari in Italiam. Hludowicus filius Poſonis Imperator Romæ efficitur.

DCCCCII. Ipſe Hludovvicus a Perengario rege & Bauguariis in Verona captus, & cœcatus. Et Bellum in Maraha cum Ungaris, & patria vincta.

DCCCCIII. Bellum Bauguariorum cum Ungaris. Adalbertus Choradum bello occidit.

DCCCCIV. Ungari in dolo ad convivium a Bauguariis vocati. Cuſſal dux eorum, ſuique ſequaces occiſi ſunt.

DCCCCV. Franci, & Alamanni ad Tariſiam ſuper Adalbertum.

DCCCCVI. Item Hludovvicus contra Adalbertum. Et ille ficta fide deceptus. Capite decollatur.

DCCCCVII. Item bellum Bauguariorum cum Ungaris inſuperabile. Atque Liutpaldus Dux. At eorum ſuperſticioſa ſuperbia occiſa. Paucique Chriſtianorum evaſerunt interemptis multis Epiſcopis, Comitibuſque.

DCCCCVIII. Ungari in Saxones. Et Burchardus dux Toringorum, & Reodulfus Epiſcopus, Eginoque, aliique quamplurimi occiſi ſunt devaſtata terra.

DCCCCIX. Ungari in Alamaniam, & cum innumerabili præda hominum & animalium reverſi ſunt.

DCCCCX. Ungari in Alamaniam. Bello inſperato multos occiderunt. Et Gozpertus Comes occiſus, atque ipſo itinere cum Francis, & Bauguariis pugnaverunt; Gebehardumque ducem, & alios plurimos Bauguariis ex parte victoriam tenentibus occiderunt, & cum præda regreſſi ſunt.

DCCCCXI. Purghart Comes, & princeps Alamannorum injuſto judicio ab Anshelmo cenſura inequitatis occiſus, omnibus viduæ illius ademptis, filiiſque ipſius Purchardo, & Vodalricho extra patriam ejectis predium atque beneficium ejus inter illos diſtribuerunt. Frater vero ipſius Adabertus nobiliſſimus, atque juſtiſſimus Comes nutu Epiſcopi Salomonis, & quorumdam aliorum interemptus eſt. Giſlæ nempe ſocrui Purchardi junioris limina Beati Petri principis apoſtolorum irreptanti, ibique veniam facinorum ſuorum efflagitanti. Proprium peculiumve, & omnia, quæ habebat, ſpreto juvante domino, ac mœrentium conſolatori Sancto Petro ſuo-

ſuorum nutibus diſpertierunt. Inſuper illa repedante falſis teſtimoniis praviſſimas eorum machinationes in palatio Potamico confirmantes ream publicæ dominationis mentiti ſunt.

Hlothariorum principes a Hludovvico rege diviſi.

DCCCCXII. Hludovvicus rex mortuus. Chonradus filius Chonradi Comitis a Francis, & Saxoniis, ſeu Alamannis ac Bauguariis Rex electus. Et Hlodarii Karolum regem Galliæ ſuper ſe fecerunt. Ruodulfus rex Burgundiæ ad civitatem Baſileam, & inde ad propria. Karolus in Alſatiam, & Chonrantus in Hlodarios, & facta fide ficta Chuonrantus in Hlodarios iterum uſque ad Aquas, & Hlodarii quoſdam in Argentinam Civitatem, eaque vaſtata, & combuſta eſt. Stella Cometis. Et Ruodulfus Rex obiit felici exitu, filiuſque ejus Rex nomine patris elevatus.

(1) Anno Dominicæ Incarnationis. M. C. LXXX. V. VIII. Kal. Novembris Baſilienſis Eccleſia incendio conflagravit.

(1) Quæ ſequuntur, alia manu ſunt ſcripta.

OPUS-

Digitized by Google

OPUSCULUM V.

Chronicon Sueſſanum ex MS. Codice Bibliothecæ domus Profeſſæ Romanæ Societatis Jeſu.

ANno Domini 1113. fuit fundamentum Epiſcopatus Sueſſæ.

Anno Domini 1188. Hyeruſalem a Saracenis capta eſt in die Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtæ.

Anno Domini 1189. die 13. Decembris obiit Rex Guglielmus ſecundus.

Anno Domini 1192. Die menſe Aprilis Rex Henricus Imperator a Domino Papa Cœleſtino ....& ſic introivit Regnum, & habuit Rocham de Arohis ſorellam; & Sangermanum, & poſtea Capuam, & obſedit Neapolim. Ubi vero moratus eſt per tres annos, & die Sancti Bartholomei receſſit cum pudore, & ſeceſſit in Apuliam: Rex Tancredus ſumens vires ſuas habuit totum Regnum excepto Comite Pet. de Celano, & Abbate Monaſterii Caſinen.

Anno 1194. de menſe Aprilis obyt Rex Tancredus prædictus, & eodem anno de menſe Septembris Imperator Henricus introivit Regnum, & habuit Theanum, Sueſſam, Capuam, & totum Regnum.

Anno Domini 1197. In die Sancti Bartholomei mortuus eſt Imperator Henricus in Caſtro Rauudatii.

Anno Domini 1200. Capta fuit Civitas Conſtantinopolis a Francis, & Venetis, & Comes Riccus de Aquila habuit Civitatem Sueſſæ, quam reddit ei Abbas Rogerius, Presbyter Severinus, Philippus Floradaſa, Vincentius Mundo de Roccha, & plures alii de Sueſſa, & in dicto anno Rex Guglielmus ſecundus habuit Regnum.

Anno Domini 1205. Comes Guglielmus de Breoda Sueſſæ Capitaneus eſt.

Anno Domini 1210. de menſe Novembris Imperator-Odo venit, & introivit Regnum, undecima Die Novembris intravit Capuam, quam ei aſſignavit Comes Petrus de Celano, & moratus ibi per quinque Menſes.

Anno Domini 1212. die 2. Martii dictus Imperator Odo venit Theanum, & obſedit Civitatem ipſam, & ſtetit ibi per ſeptem dies, & octavo ejuſdem menſis venit Sueſſam, & obſedit eam, & ſtetit cum toto exercitu in loco vero dicitur ad marzuli, & deinde miſit legatum ſuum Rogerium de Celano cum Comite Gofrido ad D. Comitem Ricciardum de Aquila, & ipſe Comes Ricciardus cepit eos, & moratus ibi per octo dies, qui fecit accendere omnia palearia, & incidere omnes arbores, deinde reverſus eſt apud Capuam & intravit in Apuliam

Eodem vero anno dicto Domino Ricciardo de Aquila Comite exiſtente in Civitate Sueſſa D. Rogerius ejus filius dedit ſe in manibus Imperatoris-Odonis, & exſtitit (r) patrem ſuum, et habuit Sueſſam, Theanum, Rocham Mond. et Trhaectum, Suggum, et Maranolam.

Anno Dni 1220. de menſe Novembris in die Sanctæ Ciciliæ idem D. Rex federicus venit Romam, et cepit Coronam Romani Imperii a D. Papa Honorio, qui coronavit eum, et fuerunt cum eo omnes Barones, et Comites Regni, excepto Comite Thomaſio de Moliſio, et in die Sanctæ Luciæ venit apud Sanctum Germanum, et in die Sancti Ambroſii idem D. Imperator introivit Civitatem Sueſſæ quam recuperavit in ejus Dominium, et ibidem ſtetit per tres dies.

Eodem anno Imperatrix Conſtantia venit Sueſſa, et introivit ibidem in feſta S. Thomaſii Apoſtoli, quæ recepta eſt honorifice ab omnibus hominibus Sueſſæ, & ſtetit ibi per 37. dies, & in die Converſionis Beati Pauli Apoſtoli diſceſſit, & venit Capuam.

Ff 2 An-

(r) *f.* deſtituit.

Anno Domini 1221. de menſe Januarii in die Sancti Mauri idem D. Imperator Federicus (1) item introivit Sueſſam, & moratus eſt ibi per tres dies, & poſtea redit Capuam.

Anno Domini 1228. (*ſic*) Imperator Federicus venit ad partes ultimas marinas, & moratus eſt ibi.

Anno Domini 1224. Dominus Palagius D. Papæ legatus venit cum exercitu Eccleſia apud Sueſſam, & obſedit eam, & devaſtavit ipſam, & ſtetit ibi uſque ad feſtam Beati Michaelis Arcangeli de menſe Maii.

Anno Domini 1245. die 17. Julii lata fuit Sententia depoſitionis contra Imperatorem.

Anno Domini 1250. primo Januarii deſtructa fuit Civitas Beneventana.

Anno Domini 1250. in die Sanctæ Luciæ de menſe Decembris Imperator Federicus obiit in Caſtro Florentini in partibus Apuliæ, de quo remanſerunt tres Filii, videlicet Rex Conradus, Rex Henricus parvulus, & D. Manfredus Princeps Tarentinus, qui Dominus Coradus. & Dominus Manfredus eo tempore Alamania morabatur.

Anno Domini 1251. Dominus Rex Conradus venit de partibus Alamania, & introivit Regnum, & applicuit apud Fogiam, & tunc ei rebelles Neap. Capua, Calvum, Calenum, Aquinum, cum (2) Comitatu Acerrarum, & Comite Caſertino. Qui Comites venerunt cum Capuanis in feſto Annuntiationis Virginis apud Sueſſam pro prædandis, & capiendis mulieribus Sueſſanis, quæ accedebant ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Majoris, quæ ſcientes dictum adventum Capuanorum, & Comitum redierunt abſque læſione; poſtea die Sabati venit dictus Comes Caſertinus cum maxima Comitiva Capuanor. ſuper Sueſſam, unde nobiles, & alii boni Cives Sueſſani dubitantes de dicto Comite, & Capuanis abſentaverunt ſe de Civitate; alii vero, qui remanſerunt, communionem cum Capuanis fecerunt, & remanſit pro regimine dictæ Civitatis Magiſter Petrus de Sancto Heraſmo: & ſic Sueſſani volentes ire contra Dominum Robertum de Matricio de Sueſſa, qui cuſtodiebat turrim ad mare, ceperunt filiam dicti Roberti, & plures alias mulieres illorum, quæ erant abſentes ut ſupra de Civitate; & accedentes dicti Sueſſani contra dictum Dominum Robertum obviavit ei Magiſter Juſtus, qui veniebat ſupra Sueſſam cum maxima multitudine gentium, equitum, & peditum, a quo dicti Sueſſani fuerunt devicti in loco dictæ S. Mariæ Majoris, & plures Sueſſani interfecti, & capti, & ducti fuerunt ante trayectum, & ibi detenti in Carceribus, quouſque venit Rex Conradus Sueſſam cum magno exercitu de menſe Maii ejuſdem anni, qui Rex ſupraſedere fecit de dictis Captivis, & Carceratis 42. alii vero dati fuerunt in Cambium dictarum Mulierum, quæ captæ fuerant per dictos Sueſſanos ut ſupra; quo facto Rex Conradus diſceſſit de Sueſſa, & ivit ſupra Calenum & incontinenti Calenenſes fecerunt mandatum dicti Regis, quo habito ivit ipſe Rex ſupra Calvum. Sueſſani miſerunt duos nuntios cum clavibus Civitatis Sueſſe, & fecerunt mandatum ipſius Domini Regis Conradi, & fuit die martis 28. Maii. Qui Rex habita Civitate Calenenſi ivit ſupra Capuam, & obſedit eam, & ſtetit ibi quouſque Capuani redierunt ad ejus votum; deinde ivit ſupra Neapolim, & ſtetit, donec habuit eam, quæ rediit ad ejus mandatum de menſe Octobris. Qua habita ivit in Apuliam, & ibi obiit apud Lavellum die 22. Menſis Maii 1254.

Poſtea eodem anno de menſe Octobris Dominus Innocentius PP. introivit in Regnum, quo tempore Manfredus Tarentinus Princeps erat Baiulus dicti Domini Regis Conradi Secundi, qui cum iret Capuam verſus ad hoſpitandum invenit in itinere Burrellum de Anglone, et ipſum interfici fecit propter injuriam, quam ſibi dixerat; quo occiſo noluit hoſpitari Capuæ, et ivit apud Acerras, et demum

(1) *f.* iterum. (2) *f.* Comite.

mum apud Luceriam, et moratus eſt cum Sarracenis longo tempore: deinde Papa Innocentius venit Neap., et ibi moratus fuit de menſe Decembris, cui ſucceſſit Dnus Alexander Papa iiii qui tenuit Sueſſam, et totam partem Regni per totum menſem Maii.

Deinde anno 1256. de menſe Julii Civitas Sueſſæ rediit ad mandatum dicti Domini Regis Conradi Secundi, cujus bajulatum gerebat idem Dnus Manfredus Princeps Tarentinus, qui gexit ballium in Regno dicti ſui Nepotis uſque in feſtum Sancti Laurentii.

Anno 1257. die Dominico 6. Menſis Maii quinta Indictione in hora Veſpertina a Civitate Cayetæ uſque ad Caſtrum maris per totum lictus maris mare reverſum fuit retro non longe a littore per unum jactum baliſte durans per horam unam poſtea taliter tumuit mare in lictore, quod exiit ultra ſolitos terminos ultra modum et dicto anno maxima fuit victualium inopia. Itaque valuit tumulus grani ducat. 111 $\frac{1}{2}$ et hordei 11. et Caſiſa olei ƒt 1 $\frac{1}{2}$, et fabarum tumulus ƒt 11 $\frac{1}{2}$ et Cicerum ƒt iiii ſed ſequenti anno fuit tanta fertilitas, quod alias numquam fuit.

Anno Dni 1258. die martii 19. menſis Februarii poſt Completorium parum ante occaſum ſolis fuit magnus et manifeſtus terremotus Sueſſæ, et fere in omnibus aliis Civitatibus, et in quibuſdam ſatis damnum actulit, ita quod Campanæ Monaſterii Sancti Germani, et Eccleſiæ Sancti Matthæi propter nimiam impulſionem dicti terremotus ex ſe ſonaverunt, quo anno in eſtate fuit maxima penuria victualium ut ſupra, ſed fuit valde ſalubris, et dominabatur dictus Dnus Manfredus Princeps Tarentinus, et dicto anno ſtella magna in Oriente viſa eſt a die Nativitatis Domini uſque ad Terremotum.

Eodem anno in die Sancti Laurentii de menſe Auguſti primæ Indictionis Rex Manfredus coronatus fuit a Prelatis Regni, et aliis Comitibus, et Baronibus apud Panormum, qui tenuit Regnum uſque ad annum 1266. et dicto anno hora Crepuſcoli in plenilunio luna paulatim tota ingreſſa eſt firmamentum, et abſcondidit ſe, et ſic ſtetit per tres horas, et deinde paulatim exivit valdè lucida verſus Occidentem.

Anno Domini 1264. de menſe Auguſti Sol diviſus eſt in tres partes, et in qualibet parte viſum fuit vexillum album cum Cruce rubea ſupra Luceriam. Ita quod Sarraceni Lucerie valde ſtupuerunt, et miſerunt ob hanc cauſam Nuntios ad Dominum Regem Manfredum, qui erat tunc apud lacum penſule.

Anno Domini 1266. die p. Julii Dominus Rex Carolus cæpit Coronam Regni in Urbe; eodem vero anno in die purificationis introivit Regnum de mandato romanæ Sedis per pontem Ciperani, qui habito Aquino venit apud Sanctum Germanum, ubi erat Comes Riccardus de Caſerta, cum exercitu Regis Manfredi: qui demum habito Sancto Germano venit verſus Aliſiam. Unde Dominus Rex Manfredus, qui erat Capue, ivit verſus Beneventum adverſus eundem Dominum Regem Carolum, et obviantes ſe ad invicem pugnaverunt, ubi dictus Rex Manfredus devictus mortuus fuit, et ipſe Rex Carolus victoriam obtinuit.

Die 25. Februarii dicti anni Civitas Sueſſæ dedit ſe ad manus dicti Domini Regis Caroli et juravit Domino Raynaldo de Aquino pro parte ipſius Domini Regis intus Majorem Eccleſiam.

Anno Domini 1269. Coradinus filius Regis Coradi ex Alamania venit apud Romam cum maxima Comitiva, & cum auxilio Domini Henrici fratris Domini Regis Caſtelle, qui tunc Senator erat in Regno, venit cum dicto exercitu, ut introiret regnum uſque ad Caſtrum pontium, et ibi pugnaverunt cum exercitu dicti Domini Regis Caroli, & fuit magna hominum occiſio ex utraque parte: Demum ipſe Dominus Coradinus debellatus fuit, aufugit cum ejus gente,

et ſe

& ſe recuperavit ad terram Domini Coradi, & habito ibi Conſilio cum Comite Gualvaneo, & cum Duce Piſanorum, volens petere Siciliam venit ad Caſtrum Aſturæ cum dictis Comite Gualvaneo, & Duce Piſanorum, qui cum ibi eſſent, capti fuerunt per Dominum dictum Caſtri Aſturæ, & eos aſſignavit dicto Domino Regi Carolo, qui Dominus Rex decapitari fecit Comitem Gualvaneum in quadam terra quæ Janazanum.

Eodem anno die lune 28. Octobris dictus Dominus Rex Carolus decapitari fecit dictum Coradinum Ducem Auſtræ, & Comitem Girardum de Piſis in foro Neapolis prope Eccleſiam Sancti Angeli ad arenam in eo loco ubi conſtructa eſt Eccleſia Sanctæ Mariæ de Carmino, quam tunc conſtruere, & fabricare fecit mater ejuſdem Coradini, & ibi fecit illum ſepelliri.

Anno Domini 1282. de menſe Aprilis Siculi ſe rebellaverunt contra Dominum Regem Carolum, & interfecerunt Dominum Joannem Remigium Juſticiarium ipſorum & alios Gallos ibidem exiſtentes. Qui Rex Carolus indignatus maximum congregavit exercitum per mare, & terram, & tranſit Farum & obſedit Mezzanam Civitatem, & ſtetit ibi a menſe Junii per totum menſem Auguſti. Poſtea venit Dominus Petrus Rex Aragonium in auxilium Siculorum, & veniens cum maxima multitudine Siculorum, & aliarum gentium undique circumdantium, volens cum eodem Rege Carolo pugnare; qui Rex Carolus cito diſceſſit ab dicta obſidione Mezzane, & venit apud Cathonam circa finem menſis Septembris, & ibidem ſtetit cum exercitu per plures dies, dictus vero Rex Aragonum venit cum ſuo exercitu apud Mezzanam, & ibi pluribus diebus moram traxit, & cum ibi morarentur, fuit tractatum inter eoſdem Regem Carolum, & Regem Aragonum ut ipſi pugnarent ſimul apud Bardellam, & quilibet eorum habere deberet centum milites ad ipſam pugnam faciendam; & cum ipſe Rex Carolus perivērit in Territorio apud Bardellam cum neceſſaria & maxima multitudine comitiva; Rex Aragonum ſciens, quia veniebat ipſe Rex Carolus cum tantis militibus, ivit ad dictum locum, & Campum; terminus vero pugnandi erat ſummo mane, & antequam Sol exiret, proteſtatus fuit, quod ipſe fuerat in Campum cauſa pugnandi cum dicto Rege Carolo, quem ibi non invenit, quo quidem Rege Carolo poſtea veniente in dicto Campo cum bellicis tubis, & turbis ſtetit ibi.

Anno Domini 1281. fuſa eſt quædam magna Campana in Epiſcopatu Sueſſæ præſidente Epiſcopo Joanne.

Anno Domini 1283. obiit dictus Epiſcopus Joannes.

Anno Domini 1284. conſecratus fuit Epiſcopus Sueſſanus Dominus Robertus de Aſprello cum maximo honore.

Anno Domini 1284. die 3. Menſis Julii dictus Rex Carolus rediit ex Francia cum maximo exercitu per mare, & ivit uſque Regium, & poſtea diſceſſit inde, & venit Brunduſium, & de menſe Januarii venit apud Fogiam. Die vero 7. dicti menſis 1285. dictus Rex Carolus obiit apud Fogiam, qui regnavit in Regno Siciliæ 19. annis: cujus corpus tranſlatum fuit intus majorem Eccleſiam Neapolitanam die 23. ejuſdem menſis exiſtente ibidem Dno Girardo de Parma Sabinenſi Epiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato cum pluribus Prelatis Regni ad ipſius exequium faciendum.

In prædicto Regno Siciliæ dictus Rex Carolus reliquit Dominum Robertum Comitem Atrebatenſem, & Dominum Legatum prædictum Ballios Domini Caroli ejus Primogeniti. & temporibus ejus Dominum Carolum dimiſit ſub protectione, & defenſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominante Domino Carolo magnifici Principis Salernitani Primogenito Regni Siciliæ.

Dominus vero Carolus Primogenitus dicti Regis Caroli detinebatur in Carcere in partibus Siciliæ, quem detinere faciebat Dominus Jacobus Filius ſupradicti Domini Petri de Aragonia in Carcere ſuo, qui ſciens mortem dicti quondam Regis

Digitized by Google

Regis Caroli ſui Patris ipſe Dominus Jacobus miſit eundem Carolum Primogenitum dicti quondam Caroli, qui tunc vocabatur Princeps Salernitanus, ad Dominum Aurifuſium fratrem ſuum Regem Aragonum in Aragonia, & ibidem ipſe Carolus ſtetit in Carcere longo tempore, & poſtea tractatum Domini Odoardi Regis Angliæ fuit liberatus ipſe Carolus, & pro ſecuritate dictorum pactorum ut ſupra, ei dimiſit nonnullos Barones de Francia, & Proventia, & duos ejus filios, quo facto venit apud Beneventum, ubi morabatur Dominus Nicolaus Papa 4. cum Cardinalibus.

Anno Domini 1289. Dominico 29. Maii dictus Dominus Papa apud Beneventum eundem Dominum Carolum propriis manibus regali Diademate Regni Siciliæ coronavit; quo coronato venit Neapolim, qui Dominus Jacobus ſciens adventum dicti Domini Regis Caroli II. venit cum multitudine galearum ſupra Cayetam, & obſedit eam, & ſtetit in monte ſancti Martini a die 10. menſis Julii uſque ad feſtum Beati Bartholomei de menſe Auguſti, quo die fuit facta tregua inter ipſum Dominum Regem Carolum, & dictum Dominum Jacobum, qui Dominus Carolus veniebat in ſubſidium Cajetanorum cum maxima Comitiva Gallorum, & Regniculorum equitum, & peditum, & cum aliis Cruce Signatis de Roma, & aliis locis, quo dictus Dominus Papa miſerat in ſubſidium dicti Regis Caroli, qua tregua facta inter eoſdem dictus Dominus Jacobus diſceſſit ex obſedione Cayete cum exercitu ſuo, & ivit in Siciliam; & ipſe Rex Carolus venit Neapolim, & ibi militem fecit Dominum Carolum ejus Primogenitum, & fecit eum Principem Salernitanum, & Dominum Montis Sancti Angeli, & dimiſit eum Vicarium Generalem in Regno, & ordinata ejus Curia iter arripuit verſus Franciam, & ad tractandum concordiam cum dicto Aurifuſio fratre Dni Jacobi, & in dicto itinere de ordinatione dicti Domini Papæ fecit parentelam et nupſit filiam ſuam cum Carolo Martello fratre Regis Franciæ qui attinebat ei in tertio gradu Conſanguinitatis.

Anno Domini 1293. regnante Carolo Secundo die 4. Septembris qui fuit die Veneris nocte ante Solis ortum terremotus magnus factus eſt per Terram Laboris, et maxime Sueſſæ, et valuit eo anno tumulus frumenti gr. decem, & hordei quinque. Quo Die Dominus Plus de alenalbo migravit, et honorifice ſepultus eſt in majori Eccleſia Sueſſana.

Anno Domini 1300. (1) regnante eodem Domino Rege Carolo ſecundo die lunæ 5. menſis Julii Frater Petrus de Marrone cognomine de Magella regni Siciliæ permotus fuit ad Papalem dignitatem per omnes Cardinales apud Peruſiam, ubi ipſe erat perſonaliter.

Eodem anno die 25. Auguſti in Campo Sanctæ Mariæ Collis de madio, ſive Colomai de Aquila ubi Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis ſui Ordinis eſt conſtructa a dicto Rege Carolo Secundo Domina Regina ejus uxore nomine Maria Rege Ungariæ, et ejus Regina uxore præſentibus una cum Cardinalibus tunc viventibus (2) coronatus et conſecratus fuit Petrus ubi affuerunt numero circa hominum 2000. utriuſque ſexus.

Anno Domini 1306. (3) de menſe Septembris Eccleſia Beatæ Mariæ Collis de madio fuit conſecrata de mandato Domini PP. per Dominum Mattheum Rubeum Cardinalem qui Dominus Papa per Dominum Mattheum de Aquaſparta abſolvit omnes ibidem præſentes, ac omnes concurrentes a die 5. menſis ejuſdem, & per totam octavam a pena, & culpa, ac omnes euntes ad dictam Eccleſiam anno quolibet eodem die 5. Septembris, quo dicta Eccleſia fuit conſecrata.

Item

(1) Legendum videtur 1294.
(2) Forte *venientibus*, ut paullo poſt.
(3) Et heic legendum videtur 1294.

Digitized by Google

Item eodem anno de menſe Septembris quatuor temporibus VI. die Sabati dictus Dominus PP. præſentibus omnibus Cardinalibus tunc venientibus apud Aquilam fecit 12. Cardinales, de quibus quatuor fuerunt Regnicoli videlicet Dominus Landulphus Bulgarius de Neapoli, Dnus Petrus de Aquila, Dominus Franciſcus de Cituis, & Dnus Thomaſius de Sancto moliſuo.

Eodem anno die 9. Octobris Idem Dominus Papa Eccleſiam Sancti Spiritus de Sulmone caput totius ejus ordinis honorifice conſecravit præſentibus ibidem ſeptem Cardinalibus, & Domino noſtro Rege, ubi fuit . . . . gentium multitudo.

Prædicto anno die VI. Octobris prædictus Dnus PP. aſcendit apud Monaſterium Caſinenſem, & ibi dimiſit quendam Abbatem ſui ordinis, & conatus fuit, quod omnes Monaci d. Monaſterii caperent dictum ejus ordinem, & de aliquibus obtinuit & multi dictorum Monachorum aufugerunt, et per muros dicti Monaſterii ſe projecerunt qui ſtetit ibi per tres dies.

Eodem anno die 28. Octobris dictus Dnus Papa venit Theanum, et ſtetit ibi per octo dies, et ibi exiſtentibus ſecum 6. Cardinalibus promovit ad Cardinalatum Fratrem Joannem de Caſtro Cellis Beneventanum Archiepiſcopum contra voluntatem dicti Regis Caroli.

Anno Domini 1294. die lunæ 13. Decembris in feſto Sanctæ Luciæ dictus Dn Papa exiſtens intus Caſtrum Novum Neapolitanum præſentibus omnibus Cardinalibus ibidem tunc morantibus publice renuit Papalem dignitatem, quam habebat, proiiciens in terram mantum, et anulum, et ejus dignitatem.

Eodem anno die Veneris 23. Decembris octava Indictione de mane in Vigilia Nativitatis Domini, Dnus Benedictus Cayetanus promotus fuit ad Papalem dignitatem per omnes Cardinales Neapoli exiſtentes intus Caſtrum novum Neapolitanum, ubi conciſtorium tenebatur per eoſdem Cardinales; qui multa mala geſſit maxime contra Columnenſes, et ſedit Annos VIIII., qui deinde captus fuit Romæ per Dominum Stephanum Columnam, et ex dolore mortuus fuit. Hic prædicavit Crucem contra Columnenſes, et Caſtrum Columna funditus diruit.

Anno Domini 1309. dictus Dnus Rex Carolus Secundus obiit Neapoli ſuperſtitibus eidem ſeptem filiis, et tribus fæminis, de quibus Primogenitus fuit Carolus Princeps Salernitanus qui poſt modum fuit Rex Angliæ (1). Secundus fuit Ludovicus ordinis minoris. Tertius Robertus Rex Siciliæ. Quartus Dominus Philippus Princeps Tarentenus. Quintus Dnus Joannes Princeps Moreæ, et Dux Duracei. Sextus Dnus Belterandus, qui Curiam Vicariæ rexit. Septimus Dominus Petrus ſine terra, qui poſt modum occiſus fuit in magna pugna Montis Caſini una cum Carolo filio Principis Tarentini, et aliis magnatibus Regni montis Lanici. Prima vero Filia dicti Regis Uxor fuit Regis Majoricæ, ſecunda Domini Federici, tertia Marchionis Ferrariæ quæ poſtmodum Uxor fuit Comitis Caneoſi.

Anno Domini 1312. apparuit luna tota in Colore Sanguinis quatuor diebus, exiſtente plenilunio.

Anno Domini 1328. Dominus Carolus Dux Calabriæ filius Regis Roberti, obiit, et ſepultus eſt intus Eccleſiam Sanctæ Claræ 9. menſis Novembris ſuperſtitibus eidem Domina Joanna, et Domina Maria ejus filiabus.

Anno Domini 1327. Bavarus qui contra Eccleſiam venerat cum innumerabili gente applicavit Romam, et ibi Papam, & Cardinales elegit, & alia multa Eccleſiis tractavit, tandem ex prudentia Regis Roberti inde cum verecundia diſceſſit.

Anno Domini 1330. Frater Joannes Filius Regis Majoricæ, et frater Dominæ Reginæ Sanciæ venit Sueſſam, et celebravit miſſam in Eccleſia majori, et petiit

(1) Num Hungariæ?

Digitized by Google

tiit eleemoſynas in Domibus Domini Joannis de Toralto, et Domini Petri de Gualterio, et aliis.

Anno Domini 1332. Dominus Rex Robertus miſit in Januam Civitatem Gofredum de Marzano ad pertractandum, quod perveniſſent ſub fidelitate ipſius, qui acceſſit, et quod voluit, per ſex annos obtinuit, et reverſus eſt cum honore.

Anno Domini 1333. venit Neapolim Rex Ungariæ cum maximo exercitu, et duxit ſecum filium ſuum Andream nomine, qui de conſenſu Regis Roberti duxit in uxorem Dominam Joannam filiam Ducis Calabriæ -- Nepiem Regis Roberti pro quibus exequendis Comes de Lorito pluries ivit apud Ungariam de mandato Regis Roberti.

Anno Domini 1334. Sepultum fuit Corpus Sapientis Viri Domini Bartholomei de Capua.

Anno Domini 1335. Sepultum fuit Corpus Domini Thomæ de Marzano Comitis Squillacei ſuperſtite Domino Goffrido ejus filio.

Anno Domini 1335. de menſe Junii in littore Sueſſano juxta Santum Coſmatum inventus fuit mirabilis Piſcis nomine Balena valde magnitudinis.

Anno Domini 1338. de menſe Octobris orta fuit diſcordia inter Cajetanos, & Hidrenſes ratione cujuſdam teſtimonii quod invicem dicebant eſſe ſuum, ſic quod Cayetani cum exercitu maximo venerunt ſupra . . . .

Multos Comes Fundorum in ſuis Carceribus mancipatos, ... quorum inde quoſdam pecunia redemit, quoſdam interficit, et quibuſdam aliqua membra amputavit, et hoc anno valuit tumulus grani gr. X. $\frac{1}{2}$ Ex hac ergo victoria Comes... eundo Neapolim Rex Robertus ob tantæ victoriæ gratiam ipſum Comitem et aliquos ejuſdem Vaſſallos ad honorem militiæ promovit.

Anno Domini 1340. die XVI. menſis Novembris Goffredus de Marzano Comes Squillatis contra Siculos viriliter pugnavit in Caſtro Lipari per mare, et terram, quibus devictis, et expugnatis Caſtrum accepit, et pluſquam VI. Captivos Neap. aſportavit, et tunc captus fuit Dominus Oblandus Comes Claremonte, et fere omnes nobiles Siciliæ, itaut in tota Inſula Siciliæ non modica tribulatio intuebatur; nam undique ploratus, et ululatus audiebatur. ex qua Victoria honorem militiæ dictus Comes Goffredus recepit, et Rex Robertus eum Neap. ſuum admiratum conſtituit.

Anno eodem Cayetani eorum generalem Capitaneum conſtituerunt Dominum Corradum Guindatium de Neapoli contra Comitem Fundorum et Caſtrum Idri qui equitando, et Caſtrum, et ejus tenimentum reſpiciendo occiſus fuit in vigilia Sancti Andreæ per homines dicti Caſtri, et quam plures Cayetani ibidem mortui fuerunt.

Eodem anno Cayetani eorum Capitaneum generalem conſtituerunt Dominum Paulum Comitem qui Caſtrum Idri valde damnificavit, et guaſtum crudeliter fecit, ac eſſet trajectum, et ejus Territorium valde damnificavit, pro qua cauſa ſolverunt Cayetani Domino noſtro Regi Roberto uncias duas mille.

Anno Domini 1341. Dominus Rex Ungariæ obdormivit in Domino, de quo quidem remanſerunt tres filii, videlicet Ludovicus ejus primogenitus, qui fuit Rex Ungariæ, Secundus Rex Andreas, qui Reginam Joannam in Uxore habuit, tertius Dominus Stephanus.

Anno Domini 1343. (1) Catholicus, & Sereniſſimus Rex Robertus Neap. obdormivit in Domino XVIII. Januarii cujus Corpus Sepultus fuit intus Eccleſiam Sanctæ Claræ, & dimiſit ſuos hæredes ſub prætemptionem, & defenſionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, videlicet Joannam Reginam ejus neptem, & Regem Andream Virum ipſius Joannæ.

G g Eo-

(1) forte 1341

Digitized by Google

Eodem die anno Dux Duraſce duxit in Uxorem ſuam Dominam Mariam Sororem antedictæ Joannæ Reginæ contra ſuam voluntatem, et regine.

Anno Domini 1344. Frater Hugo ordinis Sancti Franciſci Epiſcopus Sueſſanus obdormivit in Domino, et ſepultus fuit intus Eccleſiam Sancti Joannis de Sueſſa.

Anno eodem de menſe Januarii XXI. die Domina noſtra Regina Santia renuntiavit mundum, & intravit Monaſterium Sanctæ Crucis ſub regula, et profeſſione pauperum Dominarum Sanctæ Claræ in quo Monaſterio aſperam vitam duxit, & tunc vixit Neapoli miniſter generalis ordinis Sancti Franciſci de conſenſu ſummi Pontificis, et dictam Dominam habitu Sanctæ Claræ induit, et intus dictum Monaſterium ipſam conſecravit.

Anno Domini 1345. de menſe Auguſti Domina noſtra Regina Santia ſoror Regis Majoricæ, et Uxor Regis Roberti obdormivit in Domino, quæ quidem multa bona in ſua vita fecerat pauperibus omnia bona ſua largiendo. Duas nobiliſſimas Eccleſias in Civitate Neap. conſtruxit, et multis divitiis eas dotavit, videlicet Eccleſiam Sanctæ Claræ, et Sanctæ Crucis et pro dicto opere Sanctæ Claræ finiendo dimiſit in manibus Abbatiſſe dicti Monaſterii Unciarum XVI. milia, et quod pro dicta pecunia diſpenſaret ſecundum Conſilium Caroli Ducis Duracei, quam poſtmodum prædictam pecuniam totam in ſuis manibus Gabuit, et pro ſuis negotiis liberavit; Sepulcrum cujus Reginæ eſt in Monaſterio prædicto Sanctæ Crucis ſupra Altare majus marmoreum, et infraſcriptum eſt Epitaphium ibidem impreſſum et ſcultum, videlicet

Hic Jacet ſummæ humilitatis exemplar Corpus Venerabilis memoriæ Sanctæ Sororis Claræ, olim Dominæ Sanctæ Reginæ Hyeruſalem, & Siciliæ relictæ claræ memoriæ Sereniſſimi Domini Roberti Hyeruſalem & Siciliæ Regis, quæ poſt obitum ejuſdem Regis VIII ſui agens Viduitatis debite annum deinde tranſitoria cum eternis commutans mente & corpore pro amore Chriſti voluntariam paupertatem bonis ſuis omnibus in elemoſinam pauperum diſtributis hoc Monaſterium Sanctæ Crucis opus manuum ſuarum ſub . . . . eſt ingreſſa anno Domini 1341. die 21. Januarii X. Indictione, in quo Vitam beatam ducens ſecundum regulam Beati Fanciſci Patris pauperum X. tandem Vitæ ſuæ terminum feliciter conſumavit anno Domini 1345. die 28. Julii 13. Indictione.

Eodem anno Domina Regina Joanna dedit Civitatem Sueſſæ Domino Principi Tarentino, qui miſit Sueſſam aliquos ejus nuntios. Sed Sueſſani eos recipere noluerunt et penitus eum pro Domino renuntiaverunt; et omnes inſimul ſe pacificaverunt, et promiſerunt ſe defendere uſque ad mortem.

Dominus autem Nicolaus de Toralto contra velle omnium Nobilium introduxit præditos Nuntios intus Civitatem in domibus ſuis per portam dictam *delo balio*, & ſuis domibus Banderiam Domini Principis impoſuit. quo viſo alii Cives Sueſſani ſic ſe turpiter deluſi iverunt Neap. ad Dominum Principem, & dixerunt ſe velle ejus mandatis ſubmittere, quos ipſe gratioſe ſuſcepit.

Eodem tempore Dominus Loiſius de Duratio de mandato Domini Regine Joanne, & Ducis Duratia acceſſit ad ſummum Pontificem apud Avinionem cum unciis pluſquam centum mille, et impetravit, ut Domina Regina haberet Balliatum, et dominatum totius Regni, et dictum fuit etiam coronationem Regis Andreæ per eumdem impeditam fuiſſe, et quod voluit, obtinuit pecunia mediante.

Eodem anno de menſe Maii Dominus Angelus de Sotho venit Neap. qui indifferenter de omnibus infirmitatibus, et defectibus per urinam cognoſcebat, et ejus ſcientiæ nemo reſiſtere poterat, et eodem anno Duciſſa Duratii Sepulta fuit in Eccleſia Sanctæ Claræ.

Eodem anno die XVII. menſis Auguſti Goffredus de Marzano admiratus Regni Siciliæ de mandato Domini Noſtri Regis Andreæ et Dominæ Reginæ Joannæ

næ

nas cum ſtolo Galearum acceſſit ad Inſulam Siciliæ cum quinque milia militibus electis, et quibuſdam ſtipendiariis, qui deputati erant ad cuſtodiam Milatii obſeſſum fuit ante Mezzanam. Itaque nullus erat auſus portæ dictæ Civitatis exire, ac etiam multa ligna partes Mezzan. per vim de die combuſit, ſicque poſtea ſcitum fuit, quod cæteri proditores qui ordinaverunt mortem crudeliſſimam Regis Andreæ conſulerunt eidem Regi, ut mitteret Dominum admiratum Siciliæ ad muniendum Liparim miliarium, aliquando amitteret, et damnificandum, et devaſtandum Inſulam prout Rex Robertus fecerat cum divitiis, et poſſe magno ipſe poterat, et tunc dictus Dominus admiratus maximum honorem aquiſivit, et fere omnibus pactis Siciliæ per vim, et ingenium Naves extraxit, et extunc in antea necem Regis Andreæ ordinare, et tractare per abſentiam admirati, quia in præſentia admirati tale ſcelus pertractari non poterat.

Eodem anno XVII. Septembris XIIII. Indictione prædicta Dominus Noſter Rex Andreas apud Civitatem Avertæ in Eccleſia Sancti Petri de Majella crudeliter occiſus fuit, et turpe inde projectus, et cum fune in gutture ligatus. Tunc in Civitate Averſæ exiſtente Carolo certo Comite Camerano, Bernardo ejus filio Comite de Callitlò, Domino Roberto de Capuana una magiſtro ſeneſcalco, et quam pluribus aliis militibus Regni, cujus Corpus non ut decuit ſepultum fuit in Majori Eccleſia Neap. de cujus morte omnibus Regnicoli doluerunt.

Eodem vero anno de menſe die XIII. Captus fuit Thomaſius Domini Pacis apud Civitatem Averſæ per Proditores, qui ordinaverunt mortem noſtri Regis ad pacificandum populum Civitatis prædictæ, qui omnino ſcire volebant culpabiles in mortem prædicti quo viſo Comes Trilicii eundem interfecit.

Eodem anno in feſto Natalis Domini Noſtri Jeſu Chriſti Domina Joanna Regina peperit filium nomine Carolum Marcellum.

Eodem anno de menſe Martii in partibus Italiæ fuit publice divulgatum quod quicunque ſumpſerit arma contra Tevenos, et per annum ſerviret, abſolutus erat a ſummo Pontifice a culpa, et pœna. Itaque innumerabilis exercitus Chriſtianorum, et Cruce Signatorum ibidem iverunt, ſed major pars eorum periit ex maxima inopia, et immenſo calore, et labore.

Anno eodem de menſe Julii Comes Fundorum fuit in obſidione Terracin. cum maxima Comitiva et cepit Caſtrum Sancti Angeli, & in tantum dictam Civitatem vexavit, quod valuit tumulus farinæ ducatos quatuor, & ultra & tumulus. Tunc tenebatur ipſa Civitas per . . . . pauperum, quem ipſe Comes valde habet odio.

Anno 1346. de menſe Julii de Conſilio Domini Ducis Duratii Comitis Avellini Populus Neapolitanus irruit ſupra Caſtrum Novum ubi morabatur Domina Joanna Regina, et aliqui Proditores, et primam portam dicti Caſtri violenter fregerunt et petitum fuit ab eis *aut date nobis Proditores intus Caſtrum, aut omnes vos concremari*, et ſic compulſi ſunt dare in manibus Comitis Avellini, Comitem de Juellicio, Santiam Cabariam Comitiſſam de morione, Nicolaum de Milizano, Dominum Robertum de Capua et magiſtrum ſub tali pacto, quod debeant eos dare in manibus magni Juſtitiarii, et ſi ipſos culpabiles inveniſſet, faciat complementum Juſtitiæ, et interim Populus aquieſceret. Tractatum fuit quod ipſi Proditores capti irent ad Caſtrum de ovis per mare, ſed promiſſum, et non adimpletum ab eodem quia cum eſſent in mare, in via Caſtri ovis propter impugnationem populi compulſus fuit ipſos torqueri omnibus videntibus, & audientibus, ſic quod poſtea per magnum Juſticiarium revelati, & combuſti, & pulverizati fuerunt, & eorum Cadavera per Civitatem Neapolitanam undique fuerunt; Dominus vero Raymundus de Catania ob cauſam decapitatus fuit.

Eodem anno die 17. Februarii Comes Fundorum cum tractatu Domini Capuani, et aliorum nobilium de Sueſſa venit Sueſſam et cepit domos Domini Nicolai de Toralto, et omnia fortilitia de Civitate, et tenuit Sueſſam per menſes tres, omnes vero de parte Domini Nicolai de Toralto clam receſſerunt de Ci-

vitate, et aufugerunt ad roccham Munſini, et Marzani, et non poſt multos dies Dominus Capuanus indignatus Comite Fundorum aufugit a furore ejus, et petiit Florentiam, qui Comes non modicum turbatus de evaſione Domini Capuani cepit Thomaſium ejus Fratrem, Joannem de Manitio, Laurentium de Manitio, Guglielmum de Togliacozo, et aliquos alios de Sueſſa ipſos apud Caſtrum Trajecti juſſit carcerari, quo facto in Civitate Sueſſe munitus ivit Tarracenam cum Comitiva maxima Equitum, et peditum, et dimiſit pro regimine Civitatis Sueſſe Leonardum Gagliardum, qui valde Sueſſanos damnificavit, et cum ipſo Dominus Joannes de Sermoneta cum pluſquam tricentis peditibus.

Eodem anno Ludovicus de Taranto cum Comitiva maxima Equitum, & peditum venit Capuam, et cepit eam et Beneventum ivit. Deinde venit ad Caſtrum Sancti Angeli de Neapoli cum pluſquam ſexcentum militibus, & mille peditum, et liberavit eum conſenſu, et voluntate Dominæ Reginæ, ſed valde diſplicuit Domino Principi ſuo Fratri, et Domino Ducis Duratii qui in ſimul tunc contra eum erat, et quamplures Dominus Ludovicus de Taranto cum ſua gente determinaverat verſum Caſtrum Novum defendere, et nunquam potuit, et ſæpe ſæpius armigeri Domini Ludovici cum armigeris Principis Tarentini, et Ducis Duratii inſimul paleſtrabant, præliabantur.

Eodem anno de menſe maii ſcorſam maximam galearum ſamentium iverat ad conquirendum ultra marinas partes, et tranſeuntes per Tarracenam quæ obſeſſa tenebatur per Comitem Fundorum, et ſupplicatum fuit eidem pro parte Civitatis Tarracinenſium ut Civitatem liberarent a Comite, et ipſos ſe velle ſubire mandatis, et Juriſdictioni Ducis Januenſis nunc, et ſemper placuit admirato Janue, et omnibus ſociis et ſtatim miſerunt Comiti Fundorum ex parte Ducis Januæ, ut recederet ab obſidione Tarracene, et amplius eam non moleſtaret, quæ data, et comendata fuerat Duci et cauſæ Janue; Qui reſpondit cum duce Janue nil habere facere, qui indignati ſubito ſcalis poſitis in terra accedebant ad Caſtrum Sancti Angeli funditus dimiſerunt, et ſic dictam Civitatem pro Duce et communi teneret; quo facto acceſſerunt ad Cayetam quos Cayetani honorabiliter receperunt, et datis eiſdem Ducatis tres mille acceſſerunt ad Caſtrum Trajecti, et omnia bona mobilia abſtulerunt, et omnes nobiles prædicti Caſtri Captivos apud Cayetam duxerunt, et turrim Ganliani aliquantulum diruerunt, et turrim ad mare per vim ceperunt, et aliquas domos dicti Caſtri ſuccenderunt, et tunc liberati fuerunt aliqui nobiles de Sueſſa qui detinebantur Captivi apud Trajectum.

Eodem anno die 22. ejuſdem menſis Maii Dominus Nicolaus de Toralto, et Dominus Franciſcus de Alberto, et Petrus bellus de Tranſo cum omnibus ſequentibus conſanguineis Servitoribus, et amicis venerunt cum maxima Comitiva equitum, et peditum ſuper Seſſam, quæ tunc tenebatur a gentibus Comitum Fundorum numero pluſquam tricentum, et ceperunt eam, qui Dominus Nicolaus cum intravit, cæpit Epiſcopum Aſculanum, Leonardum Gagliardum, Abbatem Nicolaum et Joannem de Baſilio, et ipſos cum Corona de Carta per totam Civitatem cum tubis bellicis duxit, quam omnibus ſuis diſplicuit, et omnia bona mobilia ſua et Inimicorum fuerunt amiſſa & eidem ablata; Leoni vero, et Taddeo de manicis coronam non poſuit, ſed ipſos captivos detinuit. Eodem die Dominus Princivallus cum pluribus ſociis captus fuit apud Trabatam per Dominum Nicolaum qui aufugerunt de Caſtro Trajetti, et ipſum poſtmodum miſit ad Ducem Janue, qui ipſum, et ſuos ſocios apud Neapolim in Mare ante Caſtrum Ducis Duratii ſuſpendi fecit quod valde diſplacuiſſet Domino Duci Duratis, et Comiti Fundorum qui de hoſpitio . . . . erat, et multa mala Cayetanis ſuo tempore intulerat per mare quo facto Dux Janue Nuntios miſit Dominæ Reginæ.

Eodem anno die prima Junii Comes Fundorum cum Comitiva maxima militum venit ſupra Sueſſam: quo ſciente Dominus Nicolaus de Toralto aufugit cum omni-

Digitized by Google

omnibus ſuis, & ſecum duxit ſupradictos Captivos qui Comes ſtatim miſit eidem Domino Nicolao, ut dictos Captivos dimitteret, & obtinere non valuit, quo facto, & dicta Civitate bene munita Trayectum petiit, et eum bene munivit.

In eodem menſe Comes Fundorum banditus fuit per Curiam Domini Principis Tarentini tunc Generalis Capitanei Regni Siciliæ quod valde diſplicuit Domino Duci Duratii, et ſuis, et ſtatim miſit ut illico exiret a Civitate Sueſſæ et miſit Comitivam maximam Equitum, et peditum contra Comitem qui Comes juſſit ſtipendiariis ſuis, qui Sueſſe morabantur, ut irent omnes ad Cuſtodiam Caſtri Trayecti, et bene cuſtodirent eum, et ipſe ſeceſſit Caſtrum verſus Idri, et totum ſuum tenimentum, et Caſtra egregie fortificavit.

Eodem menſe Dominus Philippus de Antonolio Capitaneus Generalis exercitus Dominæ Reginæ venit cum Comitiva maxima equitum, et peditum inſimul cum Domino admirato Goffredo de Marzano, et Domino Nicolao de Toralto, et ſuis, Sueſſam, et habuit etiam nemine contradicente, qua habita Dominus admiratus ivit Neap., et Dominus Philippus cum Comitiva prædicta ivit ſupra Caſtrum Trayecti una cum Cayetanis, Sueſſanis, Terracinenſibus, et omnibus Inimicis Comitis Fundorum, et tamdiu ibidem ſteterunt, donec Trayectenſes redierunt ad obedientiam Dominæ Reginæ propter inopiam aquæ, et tunc ibidem factum fuit maximum devaſtum maxime per Cayetanos uſque ad Portam, et cum duobus trabutiis trabuchatum; et capta etiam fuit Turris de Mare, quæ tunc tenebatur per Comitem.

Eodem vero anno de menſe Septembris Dominus Philippus de Antonolio, Fuſcus Guindatius, et Jacobus Faraone cum Comitiva maxima Equitum pluſquam mille, et peditum octo mille cum Cayetanis, et Trajectenſibus, et gente quam plurima iverunt in Caſtrum Idri, qui omnes devicti, et debellati ibidem fuerunt propter audaciam, et ſuperbiam Fuſci Guindatii Seneſcalchi prædicti exercitus, qui ſubito intrare voluit cum militibus quampluribus intus in Suburbio Idri, et poſtquam inttati fuerunt propter militum multitudinem non poterant ſe juvare nec ante nec retro. Itaque oportuit omnes, qui intraverunt in ſuburbio aut mori aut capi. Nam Idrentes exibant ex illis domibus perforatis, et equos occidebant, et nullatenus poterant offendi, ſed miles ſupra militem oportebat cadere, et mori, et armigeri prædicti omnes miſſi erant per montem, ſic quod nondum ibidem intrati erant, nec applicaverant, et occiſi fuerunt ibidem Dominus Philippus Capitaneus, Fuſcus Guindatius, et pluſquam centum milites, et invento occiſo Jacobo Faraone dictus Comes Fundorum ob vituperium ſuſpendi eum, et poſt modum carete translatum, et tot Cayetanos Captivos tunc habuit, qui recepit pro liberatione eorum uncias tres mille, et ultra, et pecuniam non habentes continuo tormentabantur, et aliis pauperioribus, aut manus, aut naſus, aut linguam, aures, pedes, et membra incidere faciebant, et aliquibus dentes, et oculos extrahebant.

Eodem menſe Rex Franciæ cum Rege Angliæ apud Franciam pugnaverunt, habens Rex Franciæ vel parte ſua triginta mille milites, et Rex Angliæ decem mille, ſed ſic Domino placuit, devictus, et debellatus extitit Rex Franciæ perdurante prælio a ſolis ottu uſque ad occaſum, et poſt per duas horas, et occiſi fuerunt ex utraque parte infiniti milites, et maxime ex Gallis, qui Rex Angliæ cum dicta Victoria venit uſque ad Sanctum Loiſium prope Pariſium per duo milliaria, et ibi tentoria fixit, in quo bello occiſi fuerunt pluſquam XXX. Juvenes, qui venerant ex parte Franciæ.

Anno Domini 1346. de menſe Octobtis Domina Regina Joanna fecit Dominum Viticherium Caraziolum Comitem Camerarium totius Regni Siciliæ quod valde omnibus diſplicuit.

Anno Domini 1347. de menſe Maii quidam ſutor Cap. ad artis de Neap. captus, et ſuſpenſus fuit ſupra pontem Caſtri novi per Comitem Camerarium, et ſuos con-

ſan-

ſanguineos de Capuana numero pluſquam centum qui deputati erant quotidie ad Cuſtodiam dicti Caſtri, quo ſcito Populus Neapolitanus cum furore maximo acceſſerunt ad dictum Caſtrum, et ibi primam portam fregerunt, et dictum ſuſpenſum a ponte elevaverunt, et multas injurias Dominæ Reginæ intulerunt, quæ pro verecundia, et pudore narrare non decet, ac etiam quoſdam Nobiles de Nido apud Corrigias crudeliter occiderunt — quod valde diſplacuit Domino Ludovico de Taranto, et placuit Domino Principi, et Domino Duci et dicitur eundem Magiſtrum fuiſſe ſuſpenſum, eo quod exortabat omnes de Populo contra Dominam Reginam, et Dominum Viticherium, et quod fecit quandam banderiam, ubi ſuſpenſus monſtrabatur Rex Andreas cum multis Proditoribus, qui culpabiles fuerunt ejus Morti.

Eodem anno de menſe Maii Comes Fundorum ivit ſupra molam, et Caſtellonem cum pluſquam quingentis militibus, et duobus mille peditibus, et diſſipavit, et diſtruxit eam; deinde obſedium poſuit Caſtri Marariole, quo facto venit cum paucis apud Caſtrum Trayecti, et habuit eum ſine pugna, et tunc dictum Caſtrum per Dominam Reginam cuſtodiebatur, et erat ibi Caſtellanus Rentius Quarata, qui reddidit ſe ſalva p. . . . .

Item eodem anno de menſe Junii Comes Fundorum cepit turrim ad Mare, et bene munivit eam.

Eodem anno die 18. de dicto menſe Junii facta, et firmata fuit parentela Caroli Martelli filii quondam Domini Regis Andreæ, et Reginæ Joannæ, et filiæ Ducis dicti Duratii, et miſſi fuerunt ſub idonea, et digna cuſtodia Caſtrum de ovis, ac etiam Dominus Ludovicus de Taranto in uxorem cæpit Dominam Reginam Joannam reſervata tantum voluntate Sum. Pontificis, et Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, et tunc omnes regales inſimul pacificati fuerunt, quia non parum odio ſe habebant, et Dominus Princeps Tarantius in uxorem duxit Sororem Domini Ducis de Barbona, quam ante in uxorem habuerat Primogenitus Filius Regis Cypri.

Eodem anno die XVI. Septembris Dominus Nicolaus de Toralto introivit Sueſſam de mandato Domini Principis Tarentini, et Domini Ludovici ſui Fratris cum certis ſtipendiariis cum tali pacto, ut tenere dictam Civitatem ad honorem, et fidelitatem Dominæ Reginæ, et ſuorum et nunquam eam dimittere ſed defendere Jus poſſe qui ſtatim cum applicuit omnes ſuos Inimicorum ſine aliquo damno abſtraxit inde, et eam omnibus munivit.

Eodem anno die XIII. menſis Novembris Goſfredus de Marzano Comes Squillatii, et Regni Siciliæ admiratus miſit apud Aliſiam quingentos ſuos Vaſſallos ad cuſtodiendam dictam Terram, & omnibus munivit etiam quia tunc ipſe cum octuaginta militibus morabatur apud Marzanum, et omnia ſua Caſtra optime muniebat.

Eodem anno XXVIII. ejuſdem Comes Fundorum cum pluſquam quingentium militibus, et quinque mille peditum cum aliquibus Sueſſanis, quos Dominus Nicolaus de Toralto appellarat, venerunt cum Banderis 5. Regis Ungariæ apud Sueſſam, et permanſerunt ibidem in obſedione uſque ad feſtum Beati Nicolai de menſe Decembris inſimul cum Duce Guarnerio, Comite Philippo Ungaro qui venerunt Theanum, cum pluſquam ſeptingentum militibus, et infinitis peditibus, et tunc per totum dominabatur ipſa Civitas per Dominum Nicolaum de Toralto, quia tunc omnes fere domos horum Inimicorum qui cum Comite in obſedione erant, dictum feſtum, et tunc omnes Villas, et Caſalia dicta Civitatis penitus deſtruxerunt, et damnificaverunt Sueſſam, et territorium. Tunc fuerunt inciſe omnes arbores juxta mænia Civitatis, & fuerunt ſuburbia diruta, et tunc valuit Sueſſæ tumulus Salis duc. duobus, Frumenti vero valuit Tumulus tr. tribus, hordei tr. duobus & non favore, & auxilio dicti Domini Nicolai prædicta Civitas capiebatur.

Eodem vero anno die XXVI. Novembris venit Dux Guarnerius, et Comes Philippus Ungarus loquturi Domino Nicolao de Toralto, ut vellet tenere dictam Civitatem pro Domino Rege Ungariæ. & reducere etiam ad ejus mandata promittens clam eidem, ſi hoc faceret, maxima habiturum ab eodem Rege, ſed palam ipſe Dominus Nico-

Nicolaus ejus reſpondit, quod dum viveret ipſa Domina Regina, teneretur Terra ipſa per ipſum ſui nomine, cum ipſa talis erat Domina Regina, quod ſe, et ſuos in maximo ponere poterat ſtatu: cui Comes Philippus dixit, redderet ergo eam, ſi Rex modo Ungariæ veniet, cui reſponſum fuit, *ad nova facta novum Conſilium, cum venerit ipſe Rex, ei reſpondebitur*: illi indignati receſſerunt dicentes: *parate vobis bellum*, & maximam pugnam fecerunt in foro, & a Porta Judæorum, ſed parum profecerunt, & multos amiſerunt: tunc etiam occiſus eſt quidam optimus Capitaneus Alamanus.

Eodem vero anno VIIII. Decembris Comes debellante de mandato Dominæ Reginæ, & admiratus navigavit cum ſeptem lignis contra Comitem Fundorum, qui Comes tunc habebat in flumine Gargliani ligna tria, & cum exibat de flumine aliquod lignum de dicto Comite Fundorum, ſtatim ipſe Comes debellante illud capiebat et uno capto tractavit cum Domino dicti ligni, quod daret in manibus ſuis alia duo ligna, et promiſit ille eidem dare in manibus Comitem Fundorum quæ omnia dicto Comiti relata fuerunt, et evanuit tractatus, et cum Franciſcus de Commeſtabile de Fundis applicuiſſet ibi in flumine Garigliani, & reperiens eundem Comitem, ibi non eſſe tranſiturum, dicti Nautæ eum detinuerunt, et adduxerunt eum coram Comite debellante, qui eum compoſuit, et relaxavit per uncias ducentum.

Eodem anno et menſe eodem Comes Fundorum cum ſuo exercitu ivit in Terra Rocca Montis Dragonis, et habuit eam: dedit eis Juramentum Gomagii pro Rege Ungariæ, et eodem die periit Calerum, et introivit, et tenuit uſque adventum Regis Ungariæ, et totum Territorium fuit per eum tunc depredatum.

Die 13. Decembris idem Comes Fundorum cum ſuo toto exercitu, et aliquibus Sueſſanis Inimicis dicti Domini Nicolai de Toralto, ac cum multis Balliſtariis Rocca Mondragonis acceſſerunt ad turrim de Caſtellorum quæ ipſius Domini Nicolai, et oppugnantes cum ea, et igne accenderunt, et interfectus unus ex ſervientibus dicti Domini Nicolai interfecti fuerunt: quo audito ab eodem Domino Nicolao, ira ductus duos ex Vaſſallis Comitis Fundorum tunc carceratos, et Captivos vehi juſſit per totam Civitatem Sueſſæ, et poſtea eos ſuſpendi unum in Domibus Cayetani de acto, et alium in Domibus Nicolai Roberti.

Eodem anno Comes Fundorum obviam ivit Regi Ungariæ cum ſuo exercitu apud Bajanum, ſed propter infirmitatem ethiacam, ex qua gravabatur, revertitur in balneis Sugii, et ibi moram traxit, quouſque convaluit.

Anno ſequenti (1) Menſis Januarii Rex Ungariæ cum ſuo exercitu ivit verſus Beneventum, et illum honorifice receperunt; quo audito Dominus Ludovicus de Taranto Capuæ tunc morans receſſit Neapolim, et reliquit ad Cuſtodiam turrium Cervum Pandonem de Capua, et ad cuſtodiam Civitatis Comitem de Alta Villa cum certis Stipendiariis equitum, et peditum, qui ſtipendiarii ſcientes eundem Regem Ungariæ cum exercitu applicuiſſe in Arientium, aufugerunt: quo viſo dicti Comes de Altavilla, et Cervus Pandone elevaverunt vexilla dicti Regis Ungariæ, et eidem claves Civitatis, et turrium exportaverunt.

Eodem Anno die 15. Januarii Domina Regina Joanna receſſit a Caſtro Novo Neap. cum duabus Galeris verſus Proventiam.

Eodem anno 17. ejuſdem, Dominus Ludovicus Rex Ungariæ cum ſeptem mille militibus introivit in Civitatem Averſæ, & hoſpitabatur in Caſtro ipſius Civitatis.

Eodem anno 18. ejuſdem Dominus Ludovicus de Taranto de Conſilio, et voluntate omnium regalium cum una Galera ex Neap. receſſit.

Eodem die Dominus Goffredus de Marzano Comes Squilatii ac Regni Siciliæ admiratus, et Robertus ejus filius cum pluſquam centum optimis equitibus iverunt ad Dominum Regem Ungariæ veniam poſtulantes, quos gratioſe recepit.

Eodem vero die Comes Fundorum cum pluſquam quingentis militibus venit in Civitatem Averſæ in auxilium Regis Ungariæ.

Die

(1) 1348.

Digitized by Google

Die 20. ejuſdem menſis Dominus Robertus Imperator Conſtantinopolitanus, et Achajæ, Princeps Taranti, et Dominus Carolus Dux Duracei, Comes Albaniæ & .... Sancti Angeli una ſimul cum Domino Roberto de Duratio cum maxima Comitiva militum Neapolitanorum acceſſerunt ad Dominum Regem Ungariæ quos gratioſe, et læto vultu recepit, et tanquam Fratres eos honoravit.

Eodem die fere omnes Comites Barones Civitatis, et Caſtra Regni per ſuos ſindicos eidem Domino Regi claves miſerunt præter Dominos de Sancto Severino, et Montis alii, qui non potuerunt tam cito.

Eodem die Rex Ungariæ ex ſui parte ad convicinum vocari fecit omnes regales, ut ſecum die mane comederent, et ſtatim ipſi regales miſerunt pro Domino Ludovico de Duratio, et Domino Philippo de Taranto, qui erant Neap. de eorum ordine, ut venientes omnes comederent honorifice inſimul in Caſtro Averſæ, et dictus Rex in quadam menſa non tantum alta cum Comite de Cælano, et certis aliis comedit. Comes vero Fundorum ibidem aſtitit, et non comedit, neque ſervivit, et ſupradicto cibo omnes regales cum maximo gaudio luſerunt ad ludum azanorum ſed Rex omnibus vicit.

Anno Domini 1348. die 27. menſis Maii Rex Ungariæ apud Manfredoniam introivit quodam lignum maritimum cum paucis Ungaris, et diſceſſit de Regno ſubſtituens in Regno pro ejus generali Vicario quemdam Vilſortem cum circa mille barbutis intus Caſtrum Novum Neap., et bene munivit omnia Caſtra, et fortilitia Regni, et in diſceſſu fecit edictum ſe abſentare, et diſcedere ex timore plage, quæ in Regno tunc inceperat, et quia minime confidebat de nobilibus Regni.

Die 2. Junii ejuſdem anni Dux Guarnerius cum ſua magna ſocietate ſimul cum Palladino,& Fratribus cum pecunia et tractatu Comitis Squillacei de Marzano applicuit in Sancto Germano, et temptoria in Campo fixerunt, quia tunc Terra Sancti Germani pro Rege Ungariæ cuſtodiebatur; et erant ibi pluſquam tercenti Barbari ad impediendum paſſum, et non poterant: Quarta vero die Comes Squillatii prædictus apud Draconum dictos ſtipendiarios ſolvit, et iverunt apud Aliſium, qui tunc per dictum Comitem cuſtodiebat.

Die 8. ejuſdem Comes Squillatii cum toto exercitu, & cum Vexillis Romanæ Eccleſiæ, & Regis, & Reginæ introiverunt ad Civitatem Averſæ, ubi cum gaudio recepti fuerunt, et tunc obſexum fuit Caſtrum dictæ Civitatis Averſæ per homines ipſius Civitatis, & obſeſſæ fuerunt turres Capuanæ per Dominum Nicolaum Caracciolum, & Cervum de Capua: Neapolitani etiam per totam Civitatem elevaverunt banderiam Regis, et Reginæ Joannæ ex tractatu, & ordinate Comitis Squilatii.

Die X. ejuſdem introiverunt ad Civitatem Neap. cum ſupradictis banderiis vociferantes generaliter: *vivat, vivat Dominus Rex, & Regina*, ubi cum honore, & lætitia recepti fuerunt, & hoſpitati fuerunt in Corrigiis ubi continuo cum Caſtro novo, & Caſtello Sancti Heraſmi præliabatur.

Eodem die Domini de Sancto Severino introierunt Neap. cum pluſquam mille Barbutis, & tercentum mille peditum, et Neapolir. Caſtra obſeſſa fuerunt.

Die eodem facta fuit lis, & certamen inter Latinos, & Theutonicos, ſed poſtmodum pacificati fuerunt.

Die XXVIII. ejuſdem captus fuit Dominus Nicolaus Carazolus qui obſidebat Terram Capuæ per gentes Regis Ungariæ, quæ erant apud Sanctum Germanum numero pluſquam quingentis.

Die XXV. Auguſti Rex Ludovicus de Taranto & Domina Regina Joanna cum novem triremibus applicuit Cayetam, et honorifice recepti fuerunt, & poſtea die 27. ejuſdem introierunt Neapolim, ibique cum lætitia, et honore recepti fuerunt vociferantes vivere Domini noſtri naturales, & hoſpitati fuerunt in Nido in domibus Cardinalis, et eadem die Dominus Rex recepit a Duce Guarnerio hominem militiæ, et prædictus Rex tunc quamplures milites fecit.

OPUSCU-

Digitized by Google

OPUSCULUM VI.

Joannis Garzonis Bononienſis de Joannis Bentivoli Senioris geſtis ad Joannem Bentivolum Juniorem libellus ex codice MS. Brixiani Collegii Patrum Societatis Jeſu.

ADMONITIO EDITORIS.

CUjus *de dignitate Urbis Bononiæ* commentarium edidit Cl. Muratorius *Rer. Italic.* T. XXI., Johannis Garzonis nos *de Johannis Bentivoli Senioris geſtis* libellum hactenus ἀνέκδοτον ab eodem Muratorio, atque Joh. Alberto Fabricio *Biblioth. mediæ, & infimæ Latinitatis Lib. VII. Patavinæ editionis pag.* 21. commemoratum heic damus e MS. Codice Brixienſis noſtri Collegii. De Garzone nihil occurrit, quod dicam, quum de eo multa idem Muratorius ex Orlandio, aliiſque protulerit, vitam præterea illius Chriſtianus Schoetgenius perſcripſerit. Hoc ſolum addam, ex epiſtola a Garzone inſcripta Benedicto Morandio Bononienſi novæ aliquid lucis adfulgere ad hujus eruditi viri res geſtas illuſtrandas, quas doctiſſimus Apoſtolus Zenius *Diſſertationum Voſſianarum* T. I. p. 159. qua ipſi licuit, eſt diligentia perſequutus.

Joannes Garzo Benedicto Morando Salutem.

NUnquam eo fui animo, vir eloquentiſſime, ut tuas illas ſanctiſſimas admonitiones, quibus apud me plerumque utereris, contemptui haberem. Non enim video quæ de eo ſpes haberi poſſit qui ab amico, ut Cicero ſcribit, veritatem audire nequeat. Hiſtoriam nuper a me ſcriptam, quo prudentia tua emendatior ornatiorque redderetur, ad te attuli. Quæ addidiſti, quoniam ejus laudem vehementer illuſtrant, laudo proboque. At abs te particula illa reprehenditur, quod Deos *omen obruere* dixerim, quoniam Ciceroni minime occurrat hujuſmodi oratio. Alia ſum opinione, vir eloquentiſſime, cum Cicero in oratione, quam *de reſponſis haruspicum* pulcherrimam habuit, illa ſcribat: *Quid affert, ut tanta Civitas ſi cadet, quod omen Dii obruant*. Scripſeram officinas Joannem aperiri juſſiſſe; hoc a te damnatur. Non video, cur id damnes, ni forte ejus orationis ſenſus mancus ſit & debilis, quod ei taberna addenda fuerit. Oratio enim ipſa ſuis commovetur pedibus, nec fortuito graditur. Præterea particulam illam, *territorium Bononienſe hoſtilis exercitus aucti fama peragravit*, cenſura dignam putaſti, quod *territorium* apud auctores nuſquam legatur. Difficile eſt homini omnia in promptu eſſe. Duo ſunt quæ formæ dignitatem extingunt, morbus ſcilicet, & vetuſtas. Tu ſi formæ memoriam adjeceris, nequaquam a te diſſenſerim. Cicero Secundo Antonianæ cum de Coloniis reductis mentionem faceret, *ut*, inquit, *vexillum videres, & aratrum circumduceres, cui quidem vomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti, ut florentis Coloniæ territorium minueretur*. Haud ſane intelligo quæ te in eam ſententiam impulerint, ut Clauſulam illam damnaveris, qua dixi *tubicinem tuba ſignum dare*. Imitatus ſum Cæſarem in Commentariis ſuis: ejus auctoris verba hæc ſunt. *Cohortatus eſt tubicinem tuba ſignum dare*. Hæc ad te ſcripſi non tam ut auctoritati tuæ diffiderem, quam ut intelligeres eos me auctores imitari, quos majores noſtri imitatione dignos cenſuerint. Vale.

Joannis Garzonis de Joannis Bentivoli *Senioris* geſtis ad Joannem Bentivolum Juniorem feliciter incipit.

NIhil eſt Joannes Bentivole quod tempore optem, quam ut omne ſtudium meum poſſim ad celebrandam familiæ tuæ gloriam, laudemque conferre. Non enim ſcio, nec ſi ſciam dicere auſim, cujus familiæ tam præclara, tam ſingularia, tam divina in urbem noſtram extent benefitia. Nam ut a proavo tuo, cujus nomen ſortitus es, initium mea ſumat oratio; multi ab eo Cives equeſtri munere ornati ſunt, multi ex mendicis divites facti, multi qui in carcerem conjecti fuerant, in libertatem reſtituti: hoſtiles copiæ, quæ agro Bononienſi imminebant, victæ, cæſæ, & fugatæ. Hinc a ſenatu populoque Bononienſi patriæ pater dictus eſt. Nullus unquam majori animo, corporiſque robore extitit, qui cum nondum quadrageſimum annum ageret, urbi noſtræ præfuit, ut quæ ab eo præclare, divineque geſta ſunt, omnium ſemper ſit mortalium fama celebratura. Acceſſit Antonius, qui cum in ampliſſimo dignitatis gradu collocaretur, ad rempublicam delatus eſt. Erat in eo admirabilis quædam, & incredibilis in legibus interpretandis æquitas, ut non litium conſtitutorem, ſed controverſiarum ſedatorem ipſum quivis agnoſceret. Quid loquar de Hannibale parente tuo, cujus res geſtæ a me duobus libris expreſſæ ſunt. Non video quem civem huic præferam, quin tot, ac tantas de potentiſſimis hoſtibus victorias in patriam reportaverit. Ille urbem in ſervitute oppreſſam in libertatem vendicavit; ille arcem populo Bononienſi inimiciſſimam evertit; ille optimos, ac fortiſſimos cives in carcerem intruſos patriæ reddidit. Quibus ex rebus eam conſequutus eſt gloriam quæ cœlo capi poſſe nequaquam videtur. Tandem ſumma rei in te unum congeſta eſt. Quo neſcio quid dignius ætas noſtra videre poſſit, qui illius veteris fidei, juſtitiæ, ſapientiæ, integritatis, nullum illuſtrius habeamus exemplum. Omnes te unum eſſe affirmant, qui proavo, avo, patre digniſſimus exiſtas. Omnes te unum eſſe intelligunt, cujus conſilio plures animi agantur; cum nullis fuimus bellis vexati; tua prudentia nulla eſt annonæ caritas; tua prudentia nullus vaſtatur ager; tua prudentia diſcordiarum civilium abjicitur memoria. Ex quo omnes intelligunt nunquam urbis noſtræ dignitatem atque auctoritatem niſi te conſervato poſſe conſervari. Igitur cum Civibus noſtris ſapientiſſime agitur, quando te certatim amant, atque oculis, auribus, complexu tenent. His ego etiam rationibus impellor, ut te plurimum amem, venerer, & obſervem, nullumque laborem, quo te & majores tuos laudibus ornare poſſim, mihi defugiendum putem. Igitur opuſculum, quod in præſenti ad te mitto, cum Joannis Bentivoli proavi tui geſta contineat, jucundiſſimo animo ſuſcipies. Nihil a me ſcriptum eſt quod a vero alienum videri poſſit, quando veritatem expreſſi, ac omnem gratiæ ſuſpicionem et ſimultatem rejeci.

TRACTATUS.

ANte quam ad Joannis Bentivoli principatum mea delabatur oratio, quædam quo cuncta cognita reddantur faciliora, mihi ſunt repetenda. Quippe Carolus Zanbecarius, qui rempublicam bononienſem nutu ſuo rexerat, cum vita functus ac ſepultura affectus eſſet; populus Bononienſis iracundia commotus id quod factu facillimum fuit, Civitatem in priſtinum ſtatum vendicavit. Qui factioni Zanbecariæ aſſenſi fuerant, eos in fugam vertit, duobus ſcilicet Antoniis Bruſculis vita mulctatis. Nanem Gozadinum, Bentem, Johannem Bentivolos compluresque alios ille preſcripſerat; omnes patriæ ſunt reſtituti. At Nanes, Bentes, Bonifatius, qui Nani affinitate conjungebatur, ita ſe gerebant, ut quivis eos populares

Digitized by Google

lares futuros agnoſceret. Nam imperitos homines, omniumque rerum rudes, atque ignaros tribunatus & conſulatus munere ornabant. Reſpublica ſedentis concionis temeritate adminiſtrabatur: hic plurimi benevolentia ſibi alliciebant. Intolerabilia hæc Joanni videbantur, atque ab honeſtate aliena. Ut igitur in Senatum venit, (omnibus enim & auctoritate, & rerum uſu antecedebat), honorifice conſurgitur; tum hujuſcemodi orationem habuit. Video Patres Conſcripti in me oculos omnium eſſe converſos, qui cum nec dicendi copia, nec gravitate valeam, tantam mihi provinciam depopoſcerim; verum patria, cui immortalibus ſum beneficiis obſtrictus, effecit, ut hoc onus tam officioſum mihi ſubeundum putarem. Ego quidquid in me eſt ingenii, etſi exiguum ſit, id inſtitui ad illius ſalutem, utilitatemque conferre. Nec profecto mediocri fuiſſem ignominia notandus, ſi quæ reipublicæ conducunt, tacitus ſilentio præteriiſſem. Quæ igitur dicturus ſum, his aures veſtras paululum commodate. Nam quæ Patriæ maximo ſunt futura præſidio, paucis abſolvam. Cato ille Cenſorinus qui unus omnium Sapientiſſimus fuiſſe traditur, tria eſſe memorabat, quæ in eorum, qui Civitatibus præſunt, animis infixa eſſe oporteret. Unum illud erat, ne imperita multitudo in conſiliis adhiberetur, quod nequaquam recte conſuleret, ſed pretio corrumperetur, vel gratia flecteretur: hec quid ſequendum, fugiendumve eſſet cuipiam, proponere ob oculos poſſe, equidem de eo minime ſperandum putabat, qui nulla ad conſulendum ſapientia, ſed impetu & temeritate duceretur. Referebat vetuſtiſſimam illam & laudatiſſimam Athenienſium conſuetudinem, qua in ſenatu verba facere his ſolum, qui & doctrinis, & rerum uſu valuiſſent, licebat. Atque non video, quibus conſiliis fabri, tutores, & qui horum ſimilia profitentur, reipublicæ prodeſſe poſſint. Numquam profecto Romani, ſi abjectiſſimi homines, atque hi, quos nullus rerum humanarum uſus peritos fecerat, in theatris conſediſſent, tanto imperio, nec tanta gloria floruiſſent; nunquam Maſſilienſes tanto otio frui potuiſſent; nunquam hi, de quibus dixi, Athenienſes; nunquam Thebani victoriis potiti fuiſſent. In tituiltis eos conſulatus dignitate ornare; id quod nequaquam probo. Quippe magna eſt conſulis majeſtas, ejus tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram haud capiunt anguſtiæ pectorum ſuorum. Quæ cum ita ſint, Patres Conſcripti, miſſam facite ignobilium inſcitiam; nolite tanto Magiſtratui tam inſiguem ignominiam inurere. Alterum, ut qui de patria benemeriti fuiſſent, laborum ſuorum celeres fructus, quo ceteri vehementiſſime incenderentur, acciperent. Nulla res eſt, quæ ſic rempublicam conſervare poſſit, quam ſi cives propoſita præmii reportandi ſpe ad eam ſuos labores conferant. Non enim tot ac tantas de hoſtibus victorias reportaſſent Romani, ſi Imperatoribus ſuis ne ullos quidem triumphos decreviſſent. Quid porro indignius? quid a juſtitia remotius eſſe poteſt? quam ſutores, fabros, tonſores cum Joanne Bentivolo de ſuffragiis, de honore, de dignitate contendere? Ego tela in vos intenta excepi, ut nulla ſervitute oppreſſi teneremini; nullum ſupplicii genus recuſavi; cauſa veſtra ſum exilio mulctatus. Poſtremo eos monitos volebat Cato, ut de religione curam, onuſque ſuſciperent. Id Furii Camilli ſententia confirmabat, quæ Romanis Deos ſpernentibus pleraque adverſa eveniſſe teſtabatur. Non illi ex memoria exciderat C. Flaminii clades. Si igitur P. C. rempublicam conſervare, augere, amplificare cupitis; abeat imperita multitudo; nulla tribuat ſuffragia. Qui de republica optime meriti ſunt cives, ampliſſime fructum conſequantur; nullam et Religionis & Deorum immortalium memoriam abjiciatis. Finem dicendi faciam, qui quæ a principio pollicitus ſum ea mihi perſolviſſe videor. Nam ſi quæ memoravi, ea animis veſtris infixeritis, nulla de ſpe decido, quin optime ſitis reipublicæ conſulturi. Hanc orationem multi graviter, moleſteque tulerunt. Tum Bonifacium Gozadinum, cui populus mitifice afficiebatur; ita loquutum accepimus. Quod Joannes reipublicæ operam ſuam polliceatur, quod optimos cives honore et beneficiis complectamur, quod

Digitized by Google

religioni pareamus, laudo, proboque. Sunt enim hæc maxima urbis noſtræ fundamenta. Illud vero magnopere conturbat, cum nonnullos ex ſenatu ejiciendos cenſuerit. Cur fabros, cur ſutores inde propulſandos autumat? Cur eos inſcitiæ? Cur inertiæ accuſat? Ego me illorum defenſorem profiteor, cum diligentiſſimi ſint pacis, & otii cuſtodes. Errat profecto, qui non eos cives optimos putat, qui perpetuæ pacis habendam eſſe rationem dicunt. Quare in hanc eo potius ſententiam, ut quos excludendos putavit, his tribuendorum ſuffragiorum detur poteſtas, poſſintque, ſi eis libuerit, magiſtratus dignitate ornari. Dum hæc in Senatu geruntur, Antonius Caſella ad oppidum Salarolum, cui ipſe & Melchior Bernardinus præerant, clam proficiſcitur. Eo in oppido milites, qui vulgo *della roſa* nuncupabantur, hiberna habebant. Inde hos propulſant; ſed nullum eſt, Cicero ſcribit, officium tam ſanctum, quod non avaritia comminuere, ac violare ſoleat. Igitur auri cupiditate ducti Neſtori Faventino litteras verbis ſuis afferri jubent, quibus nuntiant Salarolum venale eſſe; ſe ejus oppidi mercatores eſſe et venditores; quid velit reſponſionis, afferat. Ille perlectis litteris gaudio exilivit; eos de ſua voluntate certiores factos hortatur, ut oppidum prodant: cum quod volent auri, id accepturi ſint, dent operam, ne res procraſtinetur. Ut vero oppido potitus eſt Neſtor, nullis proditores pecuniis donavit: quin eos & ludibrio habuit, & ignominiis notavit; ſic Salarolo privati ſumus. Cum univerſam urbem amiſſi oppidi fama peragraſſet, tanto dolore affectus eſt populus Bononienſis, ut Neſtori non inimicitias ſolum, ſed bellum quoque indixerit, atque intulerit; quippe permagno exercitu comparato in agrum Faventinum pervenit, atque ita vaſtare omnia cœpit: ut ager ipſe cultorem deſiderare ac lugere dominum videretur: quidquid ejus regionis fuit, deforme reddidit & horridum: omnes exciſæ arbores ac vites: domibus ardentiſſimæ faces injectæ. Cum Faventini tanta clade premerentur, decrevit populus, ut comitia haberentur. Qui igitur declarati ſunt conſules, nulla erant Joanni benevolentia obſtricti. Quo factum eſt, ut de principatu occupando (verebatur enim, ne adverſarius ipſe novos motus moliretur) conſilium cœperit. Vix ſe ad palatium contulerat, cum ſubito amiſſæ libertatis Civitatem fama pervaſit; Conſules ac tribunos eſſe ſedibus ſuis evulſos; ſolum Joannem Bentivolum omnibus imperautem. Tum maximus populi ad Nanis ædes factus eſt concurſus. Poſtquam omnes ad palatium diverterant, ad portam acriter pugnatur, Antonius Baſſus, Azus Bonabellus, Mattheus Magnanus, quos populares eſſe conſtabat, mortem occumbunt; complures vulnere confecti ſunt. Martinus Lancilottus, Beccarias, qui Joanni adhæſerant, haud lethale vulnus accipiunt; tandem Joannes ſuperior diſceſſit. Etſi Bononienſes, quas diximus, clades Faventinis inferrent; nequaquam tamen oppidum fraude amiſſum recuperare poterant. Igitur Albericum ſub ea conditione ſtipendio afficiunt, ut ſi ab eis unquam Faventiæ imperaretur, ipſe Granarolo, quod oppidum ab ea Civitate non longe abeſt, donaretur. Hiſce rebus compoſitis Cechus Ordelaphius, quo imperante Bononia utebatur, exercitum ad urbem Faventiam admovit. Caſtra quo hoſtes majoribus anguſtiis opprimerentur, partitus eſt; ea vallo, foſſaque munivit. Faventini tanta cœperunt annonæ caritate laborare, ut coacti complures palmarum radices colligerent, atque his miſeri alerentur. Hanc obſidionem quæ nimium gravis erat atque acerba, cum Neſtor diu perpeti non poſſet, ad Ducem in ſuburbium contendit, apud quem ita loquutum ferunt. Nondum mea me voluntas Princeps invictiſſime, ſed qua opprimor, vis effecit, ut ad opem petendam venirem. Nam cum Bononienſes, id quod non ſine dolore commemorare poſſum, & me & cives meos obſidione cinxerint, nec mihi tantæ calamitatis depellendæ ulla detur facultas; non ſolum te rogo, verum etiam obſecro, ut pro tua incredibili, atque divina humanitate, mihi quod potes præſidium præſtes. Quod ſi afflictæ fortunæ Principem te ad miſericordiam allicere conſueverunt: quid eſt cur

Ne-

Neſtori tuo tanta calamitate confecto nulli debeas eſſe perfugio? Si tibi curæ nequaquam eſt Neſtor, moveant te infantum, & fœminarum ululatus, & flebiles querelæ; moveant te fundendæ per domos, ac templa flammæ; moveat te ruentium tectorum fragor; moveat te univerſæ Civitatis direptio. Calamitoſam Civitatem ditioni tuæ ſubjicio, Princeps magnanime; præſta illi pietatem, tribue miſericordiam. Si hoc beneficium Civibus meis contuleris, illud polliceor, qua optimi, ac ſanctiſſimi homines pietate erga Deos immortales eſſe ſolent, eos eadem in omni vita erga tuum nomen futuros. Hæc cum dixiſſet, diu Princeps incertus, anxiuſque fuit. Tandem in eam ſententiam adductus eſt, ut nec Faventinis, nec Neſtori ullum auxilium ferret; id quod Bononienſes haud moleſte tulerunt. Iſta deſperatione debilitatus Venetias ſeſe confert; datur ei ſenatus; perfugium complorat; obſecrat ne ſe afflictum ac miſerum deſerant; demum Deos, hominesque teſtatur nunquam ſe tantum beneficium ex memoria depoſiturum. Ut eos vidit nequaquam ſuæ voluntati aſſentiri (ſtatuerant enim nulla populum Bononienſem injuria laceſſere), confeſtim Faventiam ſe recipit. At Faventini adeo obſidebantur, ut pro lignis amburendis domos everterent. Verum Malateſtæ non mediocri in Neſtorem miſericordia commoti, haud magnam Faventinis opem præſtitere. In his difficultatibus cum eſſet Faventia, ſubirati ſunt Cives Neſtori, multaque in ipſum facta convitia. Extitere qui de prodenda urbe conſilium inirent, vel potius de Conſulibus noſtris fraude circumveniendis. Fune igitur per noctem de mænibus demiſſo per eum duo Faventini deſcendunt, noſtros conſules adeunt, apud quos ita loquutos accepimus. Quibus cladibus, quibuſve calamitatibus vexemur, ſupervacaneum eſt exponere, cum eas æque, ac nos cognoveritis, nos deſperatione adducimur; quapropter ſi vobis in animo eſt nos afficere præmio, illud conſtanti animo pollicemur, vos Faventia urbe potituros; quibuſdam, & his quidem fideliſſimis hominibus neceſſitudine conjungimur, in quorum poteſtate eſt urbem prodere; haud veremur ſi a vobis pecuniis donabuntur, eos ſtudiis veſtris obtemperaturos. Eſtote bono animo, quando univerſæ Civitati noſtræ ſitis imperaturi. Ut finis orationis fuit, ne abirent, admoniti ſunt: hoc a Conſulibus reſponſum accipiunt; quem velint (hi namque permagnam vim auri comportari juſſerant) theſaurum accipiant. Poſtero die Faventiam ſe conferunt. Eos comitantur Landus Ambroſinus, Antonius Vincentius grandi ære onuſti; millia paſſuum quatuor ab urbe aberant, cum Faventini facite, inquiunt, nos pecuniarum participes, id quod Bononienſes ſe facturos recuſant, quod nondum urbem ipſis prodidiſſent. Si autem portam eis prodiderint, illos pecuniarum compotes fieri affirmant. Sic nos a Faventinis ludibrio habiti ſumus? Ea tempeſtate Alterius ſe ſe Mediolani continebat. Ad illum Conſules libros perferri jubent, ut nulla interpoſita mora ſe Bononiam recipiat. Perlectis literis Conſulum voluntati paruit. Otto Bontertius, qui eo tempore Mediolani commorabatur, ei ſe comitem adjecit: ut ambo Bononiam adventarunt, Otto Bontertius Faventiam profectus eſt. A Faventinis pro temporum conditione magnifice accipitur. Interea inter nos & Faventinos acrius bellum gerebatur; at Antonius Caſella, & Melchior Bernardinus, quos Salaroli venditores diximus, a Carolo ducatorum quatuor millia ob belli impenſam capiunt. Galeotus Belfiorus qui per id tempus Faventiam incolebat ut proditores in populi Bononienſis gratiam reſtitueret, ne ullum quidem laborem recuſabat, verum populus alia erat voluntate. Quod enim potuit, de proditoribus ſupplicium ſumpſit; nam & eorum domos ad ſolum everti, & pedibus appenſis... pluribuſque locis pingendos curavit. Cum palatium Joannis Bentivoli dominatu teneretur, magnus in urbe tumultus extitit. Is, ac Bentes quamprimum foro potiti ſunt; deinde ſe in palatium conferunt. Eis a caſu Nanes occurrit; hunc in carcerem conjiciunt, jubentque ut Martinus, & Lancillotus Becharias, quos factioni Bentivoli intimos non ignorabant, ad eos armati repente proficiſcantur. Vix hora interceſ-

ſit,

ſit, cum Gozadinus una cum ducentis armatis in forum prorumpit. His Martinus ac Lancillotus, qui pro re Bentivoli ne ullum quidem diſcrimen ſubterfugere decreverant, obviam prodeunt; ab omnibus acriter dimicatur; Gozadinus dum in hoſtem equo concitato procurrit, dejicitur, & vulnere conficitur: Martinus vero & Lancillotus quod factioſi eſſent, compluribus afficiuntur convitiis. Tandem Bentivolorum victoria fuit, quod ab eis hoſtes victi, & fugati ſunt. Confecta re ſe in palatium Joannes conjicit, atque ex ſpecula (nondum profecto galeam & loricam depoſuerat) inſpiciens Jacobum Bentivolum ad ſe vocat, monetque Martinum ac Lancillotum adducat, quando eorum opera ſit uſurus. Ut mandata exequutus eſt, appropinquante illis, quamquam intempeſta nox eſſet. Eo tempore Joannes Bentivolus univerſæ Civitatis imperium adeptus eſt. Rizardum Cavallerium Piſtorienſem Imperatorem, Comitem Artium, Prætorem conſtituit. His poſtremo ſuo jure præcipit, ut de hiſce rebus, quæ eis commiſſæ ſunt & creditæ, curam, onuſque ſuſcipiant. Eſt locus in palatio qui furnus appellatur; in eum demiſſi ſunt Nanes, Gozadinus, Bentes Bentivolus, qui filium Bentem procrearat. His rebus confectis cives duodecim equeſtri dignitate ornandos duxerunt, Bartholomæum Bolognitum, Bonifatium Gozadinum, Bartholomæum Tomarium, Baptiſtam Balduinum, Baptiſtam Bentivolum, Bartholomæum quemdam, cujus agnomen mihi ex memoria excidit, Bartholomæum Baronzinum, Franciſcum Comitem Arſum, Lippum Giſlerium, Joannem Boccadferrum, Albertum Blancum, Borromeum Foſcatarium. Proh Sancte Chriſte, quid ingratitudine turpius dici poteſt? Quam ſummus auctor Romanæ eloquentiæ Cicero omnium vitiorum matrem ſcribit? Baptiſta Balduinus, quem a Joanne Bentivolo tanta dignitate ornatum diximus! cum omnem gratitudinem exuiſſet (equidem ſummopere cruciabatur quod Joannes tanta apud Cives Bononienſes eſſet dignitate, atque exiſtimatione) de Civitate cuidam Populo, qui tum aberat, prodenda conſilium iniit, quod ei nihil gratius eſſe poterat, quam omnia illius dominatu teneri. Sed Dii immortales, quibus res Bentivoli cordi ſemper fuit, Joannis menti clariſſimum lumen prætulerunt. Ejus enim prudentia conjuratio patefacta, & comperta eſt. Sexcentos Cives, & eos quidem graviſſimos, & ſapientiſſimos viros in conſilium adhibet. Rem aperit; quæ a conjurationis conſcio gerantur, diligenter exponit. Cuncti conjurationem illam graviter, & iniquo animo tulerunt. Nemo fuit qui non in hanc ſententiam diceret. Unum eſſe Joannem Bentivolum qui populi Bononienſis tribunus conſtituendus, et habendus eſſet. Poſtquam tantus honor ad eum delatus eſt, Petrum Blandum equeſtri dignitate ornat. Hiſce diebus legati, quos Florentia profectos conſtabat, a Bononienſibus magnifice accipiuntur. Cum in Senatum veniſſent, hujuſmodi orationem habuerunt. Cum Populus Florentinus nos oratores eſſe qui apud vos de ſocietate ineunda verba faceremus, inſtituerit, gaudemus P. C., & magnopere lætamur. Non enim majori voluptate affici poteramus, quam ut in ampliſſimo conſeſſu veſtro tanta nobis dicendi oblata eſſet occaſio. Exponentur ea profecto, quæ reipublicæ veſtræ conducent, quibus Joannis Bentivoli poſſit dignitas ſaluſque conſervari. Eo cuncta conſilia noſtra referuntur. Equidem populo Florentino non minori curæ eſt Bononia, quam Florentia: utramque equidem amat: de utriuſque æque utilitate ſollicitus exiſtit. Id quod reipſa cognoſcetis. Nihil eſt P. C., quod Joannes Bentivolus tantum poſſit uſus afferre, tantumque honoris, quam ſi ſe ad populi Florentini ſocietatem applicuerit. Adeo opibus poteſt, adeo pecunia abundat ærarium, ut ſi univerſi Italiæ Principes Joanni bellum indixerint, ejus defendendi ſibi provinciam depoſcat. Non enim ad rem bellicam exercendam vel minimum ſibi deeſt præſidium. Quanta ſit illi armatorum multitudo, quo peditatu, quo equitatu, quo ad bellum gerendum Imperatore utatur, non eſt mihi conſilium exponere, cum univerſam hanc Civitatem diu earum rerum fama pervaſerit: nolite aliqua dubitatione adduci; quod vobis

eſſe-

Digitized by Google

offeremus, ac ſpondebimus, id ratum habiturus eſt & firmum. Numquam eo fuit animo, ut cum quibus ſocietatem inivifſet, eos ludibrio haberet. Teſtantur hoc reliquæ Civitates, quæ ſe cum illo ſocietate conjunxerunt, affirmant unum eſſe populum Florentinum, qui promiſſa perſolverit. Quippe fides ea eſt, quam non modo, qui ſe amore complectuntur, ſed hoſtes quoque ſanctiſſimam judicant: Hæc ſemper a populo Florentino ſervata eſt. Is ſe urbis veſtræ conſervatorem profitetur; ne ſuam ſocietatem recuſetis & orat, & obſecrat. Complura ſunt vobis a Chriſto optimo maximo collata beneficia. Honeſtiſſimas Matronas vobis matrimonio conjunxiſtis; ex eis cariſſimos filios procreaſtis: divitiis affluitis: has ut conſervet & augeat, preces ille, honores, cultus adhibet; nihil petit: quin ſua offert ut ſalvi ſitis, nec impenſam, nec laborem, nec periculum populus Florentinus recuſat. Ut Joannes ſempiterna pace frui poſſit, liberos, opes, uxores pollicetur. Nolite igitur P. C. a populi Florentini ſententia diſcedere; nam rebus veſtris optime conſuletis. Poſtero die Antonium Guidottum, cui ob ſuam egregiam, ſingularemque virtutem Joannes mirum in modum afficiebatur, ſecreto conveniunt: eum ut ſuo Conſilio a Duce Inſubrum deſciſcat; Florentinorumque ſtudiis obſequatur, quibus poſſunt, precibus obſecrant. Multa ſpondent: in præſenti ducatorum quatuor millibus donant. Multa ſpondent: In præſenti ducatorum quatuor millibus donant. Demum Imperatorem a Florentinis non diligi modo, ſed amari quoque affirmant; brevi illum in Italiam trajecturum, id quod re ipſa cognitum eſt, quando Venetias ſe contulerit; nil ſubeſſe cauſæ, quin Florentinis ſocium ſe Joannes adjungat, qui ei omnem operam polliceantur. Ubi hæc Petro (quippe Mediolano redierat) nunciata ſunt, in ſenatum proficiſcitur, oſtenditque fœdera, ni in libellos referantur, nequaquam ducem probaturum. Eam rem Joannes eo tempore minime fieri poſſe reſpondit. At ille, Scio, inquit, cuncta poſſe confici, ſed unum intelligo eſſe Antonium, qui cum ampliſſimo ſit munere donatus, nihil fieri poſſe arbitratur. Sinite obſecro me verba facere. Ut data eſt ei dicendi poteſtas, hujuſmodi orationem habuit. Nihil eſt P. C. quod majori ſit mihi deſiderio, quam ut meum poſſim ingenium ad hujus, qui me honoribus & beneficiis complexus eſt, Joannis Bentivoli dignitatem uſumque conferre. Atqui vellem, Antonius Guidottus adeſſet, quo me a ſua voluntate alienum eſſe intelligeret. Video nonnullos eſſe, qui ſe ſe optimos, quod minime conceſſerim, illi amicos profitentur; optant ut ad Florentinos deficiat. Ego alia ſum opinione, aliaque ſententia. Cum mandata legati exponerent, a vobis auditi ſunt; quid poſtularint, cuncti cognoviſtis. Eorum poſtulationes nequaquam probo: nam ſi legatorum voluntati parueritis, vereor ne rebus veſtris ægre conſulatis. Bello Faventino, cui nondum finis impoſitus eſt, Ducis fidem, benevolentiamque didiciſtis. Nam ſi hoſtibus, quod factu facillimum fuerat, auxilio fuiſſem, nunquam profecto tantas ipſis clades intuliſſetis, quin forte ſuperiores diſceſſiſſent. Nolite igitur tantorum beneficiorum memoriam abjicere. Imitemini per deos immortales peritiſſimos Medicos, qui quod experientia didicerunt id medicamenti genus optimum judicant. Quis vobis præſtat, Inſubrum Ducem hanc defectionem facile paſſurum? Novi illius ingenium; novi mores; novi potentiam, quæ acturi ſitis, ſecum cogitate. Non parva mihi credite iracundia adducetur. Aut nobis aſperrimum (quod omen dii obruant) bellum indicet, aut Faventinis opitulabitur. Quod ſi de vobis male meritus eſſet, in Antonii opinionem minime tranſirem. Conarer quidem omnibus ingenii mei viribus, ut in ejus gratiam reduceremini. Non vos teneat tanta mentis imbecillitas, ut de quo non ſemel, ſed ſæpius periculum feciſtis, eum deſerendum putetis. Vos pœnitentia ſubibit. Nonnulli ab legatis pecunia donati ſunt. Tenetote obſecro memoria quæ de Pyrrho ab Hiſtoricis ſcribuntur; Utinam, inquit is, me ad ea tempora fortuna reſervaſſet, quibus Romani munera accipere conſueverunt; non eſſem paſſus illos diutius imperare.

Quid

Digitized by Google

Quid de Romanis Jugurtha dixerit, meminiſtis. Vos P. C. illud moneo, prædico, denuncio, ne a ducis latere diſcedatis. Cum Petrus peroraſſet, alii in opinionem ſuam traſeundum eſſe cenſebant; alii legatis aſſentiendum. Nec tandem Joanni ſententia tutiſſima viſa eſt, ut voluntati legatorum mos gereretur. Ut hæc Inſubrum Duci renunciata ſunt, de inferendo Joanni bello conſilium iniit: adeo defectionem hanc moleſte tulit, ut ad illum proſternendum toto animo duceretur. Poſtquam Nanes, quem captum diximus, in libertatem reſtitutus eſt (numquam mehercle Bentivolorum familia humanitatem depoſuit) urbis conſenſu Venetias contendit. Erant ei cum honeſtiſſimis mercatoribus complura obeunda negotia; ut igitur ab urbe diſceſſit conſentientibus Conſulibus & Tribunis Bentivolus urbis conſervator dictus eſt & defenſor: quod reipublicæ clavum teneret ac gubernacula. Tum Bartholomæum Gozadinum, Albertum Guidottum, Jordanem Blancum, Andream Bentivolum equites creat. Dum hæc Bononiæ aguntur, ab Alberico, quem exercitui ſuo Dux præfecerat, atque Ottone Bon. tertio, qui ſe in ejus familiaritatem, dum Mediolani commoraretur, inſinuaverat, haud exigua in agrum Bononienſem facta eſt irruptio. Cuncta populatus eſt. Fuere qui excurſionis cauſam exiſtimarent, quod quæ Alberico pollicitus fuerat Joannes, ea exitu minime præſtitiſſet. Nam tanta eſt eorum, qui rem bellicam exercent, cupiditas, ut nonnunquam omnia jura divina, atque humana contemnant. Alii in detectionem crimen conferebant, quod abunde Alberico ſatisfactum erat. Interea Neſtor, cujus animus ad componendam pacem propenſus ferebatur, Bononiam venit. Ejus adventum excepit Joannes Bentivolus incredibili honore. Nihil reliquit, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium qua Neſtor iturus erat, excogitari poſſet. Ut vero in ejus conſpectum venit (ſe enim ad ipſius pedes projecit) ita locutus eſt. Si quæ ex bellis detrimenta reportamur, qui reipublicæ præſunt, menti agitarent, Joannes Bentivolus cum nemine unquam ſuſcipienda ſibi bella abitraretur. Nam (ut cætera omittam, quæ re ipſa intellexi) agricultura deleritur, vectigalia amittuntur, mercatores conquieſcunt, ſubditi in paupertatem rediguntur. At quantam utilitatem pax afferat, ſuperioribus temporibus cum meliori loco ſtatem, experientia cognovi. Eſt hæc nimirum Civitatum rectoribus laus ampliſſima, ſi quibus imperant, hi pace frui poſſint. Videmus non modo ab hominibus, quibus natura ſenſum dedit, ſed a beſtiis quoque pacem expeti, atque omnibus rebus anteponi. Nihil eſt populo tam jucundum, quam otium. Multas Civitates bellis exhauſtas atque in ſervitutem redactas rerum Scriptores memoriæ prodiderunt. Nunquam in tanta dignitate eſſet Civitas Bononienſis, nunquam tantum laudis adepta, ni qui te ætate anteverterunt, Cives perfeciſſent, ut in otio eſſe potuiſſent. Non procul ab urbe noſtra Bononienſium caſtra vidimus heſterno die interdicere, atque Bononiæ hoſtes occurrentes audiviſtis. Vaſtatus eſt ager Faventinus, quo in ſtatu ſit Bononienſis, ex tuis intelliges. Ita utique conculcatus eſt, ut vix poſſit ſe diuturna pace recreare. Quapropter te ad componendam pacem hortor. Diſcordiarum memoriam deleamus oblivione ſempiterna. Nihil jucundius, nihil utilius, qui imperio noſtro ſubjiciuntur, audire poterunt. Si pacem bello anteponimus, omnes tecum ſanctiſſime actum prædicabunt. Non injucunda fuit hæc oratio Joanni Bentivolo; quin Neſtorem ſummis laudibus extulit. Igitur ſub ea conditione de pace convenit, ut Bononienſibus Saiarolum redderetur. At ea pax populum Bononienſem, quod tantam injuriam bello ulciſci ſtatuerat, nulla voluptate affecit. Poſtquam Neſtor ſe Patriæ reddidit, Joannes Bentivolus, quo ſe paululum reficeret, venatum proficiſcitur. Ei nuncius occurrit ab Alberico præmiſſus. Is haud procul ab Idice flumine abeſſe Albericum nunciat, qui manum cum ipſo conferre ſtatuerit. Tum ſummo dolore affectus eſt, qui tanto in eum impetu invehiretur. Igitur literas hujuſcemodi perferri jubet. Joannes Bentivolus Imperatori Alberico ſalutem. Quæ abs te aguntur, nequaquam fortii. mo digna

digna ſunt Imperatore: minime tecum bene agitur, qui in agrum Bononienſem exercitum trajeceris. Tuto ad me proficiſcere: tibi fidem præſto. His litteris Albericus nullam fidem tribuit; ex quo factum eſt, ut ſuos ad illum liberos, qui in urbem proficiſci hortarentur, mitteret. Sic in urbem ingreſſus eſt. Inter ipſos de pace eloquium fuit, quæ tandem compoſita eſt. Interea Baptiſta Balduinus, Baldus Urſus, Antonius Lucia, Antonius Nixolus, Gozadinus, Guglielmus Cadinellus, compluresque alii de interficiendo Joanne clandeſtinis agunt conſiliis. Id vero Joanni nunciatum eſt, confeſtim eos in carcerem conjici jubet. At Baldus Urſus, ac Antonius Lucia, quia capi non potuerunt (nam Baldus a Fratribus certior factus erat) timide fugerunt, Antonius Nixolus in foro boario ſecuri percuſſus eſt; tum Joannes ut ad ſe ſexaginta, & ducenti cives proficiſcantur, omni curat diligentia, qui cæteros ætate antelbant & virtute. Quæ Joannes egerat, infamia notant, ac dedecore. Duo proſcribuntur: Baptiſta in Hiſpaniam, Gozadinus Hieroſolymam mittitur; reliqui in priſtinam libertatem reſtituuntur. Caſu accidit, ut tum ſui recreandi cauſa ſe in villam Joannes conjeciſſet; ei Guglielmus Cadinellus occurreret. Is vi comprehenſus eſt, atque Chriſtophoro Canadove in cuſtodiam traditus. Ambo eodem equo Bononiam vehuntur. Poſtero die vita privatus eſt. Sumpto de complicibus ſupplicio verbis Pandulphi Malateſtæ ad Joannem litteræ afferuntur, quibus certior fit, ut ei fidem præſtet, illum brevi ad Imperatorem profecturum; itionem illam Inſubrum Duci maximo fore præſidio. Nullum iter commodius ei eſſe agro Bononienſi. Non ſolum a Joanne illius ſtudiis obtemperatum eſt, ſed & obviam proditum. Cum comitabatur innumerabilis armatorum multitudo: ut ad portam ventum eſt, per ſuburbia Pandulphus iter ſibi faciendum ſtatuit. Vix in agrum Mutinenſem pervenerat; cum nuncii Mutina proficiſcentes Albericum nunciant exercitum per agrum Bononienſem trajecturum: quapropter qui rus incolunt, rebus ſuis provideant, quod omnia ſit populaturus. Quibus ea res contemptui fuit, præda Alberico fuere. Non longe a Rheni Fluminis littore copias trajecit: cum Joannes Bentivolus per Portam maſcarellam iter faciens illi cum expedita manu occurrit: ab utriſque acriter pugnatur. Qui ab Alberico captivi ducebantur, Joannis virtute libertati reſtituti ſunt. Eſt locus in urbe, qui a foro non longe abeſt, non ignobilis: huc qui Bononiam proficiſcuntur advenæ ſe ſe primum conferunt: huic præſunt viri graves atque integri; ab his autem advenæ litteras afferant, quove ituri ſint, petitur. Ei loco Joannes Nicolaum Sanpetrum præfecerat; hunc litteris acceptis fraude, ac perfidia contaminatum cognoſcit. Quæcumque enim a Joanne gerebantur, Alberico nunciabat. Quippe non modo quæ publicis ſed quæ privatis etiam conſiliis agitabantur, eorum illum conſcium reddebat. Igitur iracundia commotus, (equidem ea res ſibi plurimum obeſſe poterat) in vallem obſcuram, quæ haud procul ab urbe diſtat, quod eo profectus erat Nicolaus Sanpetrus, ſe ſe recipit. Hunc manu comprehenſum non exilio, ſed vita mulctavit. Dum hæc Bononiæ aguntur, Albericus finibus noſtris exceſſit, ac ad oppidum Duciam pervenit: eo potitus eſt non prælio, non congreſſu, ſed proditione. Præerat ejus arci Papa Pellacanus. Is Joannem de ea re certiorem facit, monetque ut ei auxilium mittat. Nec ſegnior ad ferendam opem Joannes fuit: nam eo Martinum Bechariam cum expeditis militibus proficiſci jubet. Nondum oppido appropinquaverant, cum equites duos ei comites adjunxit: eo tempore Benellus Papazonus ejus Vicariatus munere fungebatur. Is quamquam conjurationis conſcius eſſet, de ea tamen cum equitibus ne ullum quidem verbum fecit: quo ſcelere admiſſo capitis damnatus eſt. Benello interfecto Petrus Piſanus, quod eum binas litteras Veneriis datas accepiſſe conſtabat: quarum unas ad Beati Antonii præceptorem, alteras ad Beati Dominici priorem detulerat, in ſoleas ferreas conjectus eſt: fuit ea res Petro tanto dolori, ut ſe vulnere confecerit. Id ubi Joanni nunciatum eſt, hominis admiratus levitatem, qua ratione

ſibi manus attuliſſet, petiit: haud alia quidem, inquit ille, ſubeſt cauſa; malo mihi ipſi ferro mortem conſciſcere, quam ab aliis vita privari. Riſit Joannes ejus ſimplicitatem: ac ne quis ipſum in miſeram crudelitatem adhibuiſſe exiſtimaret, curari vulnus juſſit. Ille ut priſtinæ valetudini redditus eſt, in carcerem truditur. Interea Antonius Lucia ad Albericum litteras perferri jubet ſecreto, quibus ut ad ſe tormentorum miniſter mittatur, quod eum optimum & fideliſſimum nuncium eſſe non ignorat, certiorem reddit. Albericus quod factu optimum ducebat, Antonii ſtudiis obſequitur; & ut Bononiam venit, ab illo in ſecretum abducitur: tum prior Antonius ita locutus eſt. Nobis in præſenti opus opera, fide, taciturnitate tua. Ego quanto amore Albericum proſequar non te latere arbitror. Quæ conſilio meo acta ſunt (ad illius enim ſpectant utilitatem) ea tibi committenda duxi & credenda. Sed caute tibi, ac pedetentim agendum eſt, ne illarum legendarum ulli detur poteſtas. Tu ſi voti compotem me feceris, aureis centum donabere. Quo igitur ad litteras illi reddendas conſilio ſis uſurus, paucis expone. At ille, nulla te, inquit, dubitatio teneat; ego me tibi fideliſſimi Tabellarii munere functurum polliceor. His igitur acceptis litteris Mantuam proficiſcitur. Poſtero die veſtem ſumit oblongam, qua ad tegendum corpus Eremitæ uti conſueverunt; ſic veſte mutata Bononiam rediit, diem unum in urbe commoratur. Sub Veſperam ad Sanctiſſimæ Virginis Templum, quod edito monte ſitum conſtat, contendit, atque cum his, qui templum illud incolunt, Heremitis ſocietatem coit. Ut dies illuxit, ad urbem divertit, & de reddendis Alberici litteris curam ſuſcipit: Civi neſcio cui unas detulit; has cum ille legiſſet, tantam Joannis Bentivoli cladem ſilentio præterire non potuit, illarum legendarum Joanni copiam fecit, atque ab Heremita quodam ſibi redditas exponit, ſe cum illo ſocietatem contraxiſſe, eum facile comprehendi poſſe: adeo eam rem Joannes inique tulit, ut ad Heremitam comprehendendum robuſtiſſimos juvenes miſerit. Ut comprehenſu eſt, admota ſunt tormenta; tandem dolor veram veritatem elicuir. Paucis poſt diebus apud cruciferos miſer vitam laqueo finire coactus eſt. Etſi diverſa de conjurationibus ſupplicia ſumerentur, non tamen defuerunt qui Joanni ſtragem molirentur. Erant Bononiæ Bentivolus Joannes, Petrus Cervaſius; hujus fidei porta, quem vulgo *pradellam* vocant, commiſſa erat. Omnes de urbe Alberico prodenda, quod is in agro Bononienſi caſtra poſiturus erat, inter ſe conſilium capiunt. Id ubi Joanni, quod non ſine divino lumine factum reor, ſignificatum eſt, conjurationis conſcios, & in carcerem conjici, & vita mulctari jubet. Quæ Bononiæ gerebantur, eorum Albericus neſcius erat, quo fiebar, ut in bonam ſpem potiundæ urbis ingrederetur. Comparato igitur in agro Mutinenſi, & Parmenſi exercitu apud Rhenum fluvium caſtra locat. Ea tempeſtate Nanes Gozadinus, quem Venetias profectum diximus, ſe ſe Patriæ reddiderat: huic concitanda plebs erat; ſed id ſupplicia de conjuratis ſumpta prohibebant. Nam ubi Bentivolo, & Cervaſio mors allata eſt, univerſa plebs ſe ſe domi continuit. Nanes, ac Bonifacius Gozadinus in Alberici caſtra contendunt: horum ille admiratus adventum mirum in modum doluit, quod eorum conſilio ac fide haud procul ab urbe caſtra poſuiſſet. Omnes igitur ad oppidum Plebem divertunt: non modo qui Joannem odio proſequebantur Plebani; ſed qui Galeriam, ac Maſſimaticum incolebant, ſe ſe illorum poteſtati tradiderunt. Aucto igitur exercitu Albericus, ac Nanes non longe a porta Galeria caſtra locant. Eis Scorpius, quo Imperatore Joannes utebatur, obviam prodit; acerrimum committitur prælium; plerique ex utraque parte vulneribus conficiuntur. Quanta eo prælio benevolentia civem Bononienſem complexus ſit Joannes, hinc ſciri poteſt; quando ipſum cum hoſte decertare prohibuerit; adeo illius ſaluti ſtudebat, ut ne in diſcrimen quidem ullum adduceret. Multi videndæ pugnæ cupiditate ducti in muris conſtiterunt: ut omne armorum genus miſſum fieret, cunctis civibus imperaverat, quod equitatu, peditatuque abundaret.

Con-

Digitized by Google

Confecta pugna litteræ Joanni redduntur, quibus cognoſcit Perſicetos a ſe deſcituros. Eo Matthæum Tencararium proficiſci jubet cum expedita manu. Nondum ad portam adventarat, cum in eum tela conjiciuntur; ſic ab his male acceptus in urbem rediit. Ea res Joannem non parvo dolore affecit: igitur civem alium mittit, qui apud Perſicetos eadem, qua ipſe apud Bononienſes, futurus eſſet exiſtimatione. Hunc Perſiceti ne in oppidum quidem recipiunt, quando tanto ſe ingenio eſſe affirmant, qui libere ætatem agere & poſſint, & debeant; ſe potius de vita, quam de libertate deceſſuros; omnes ad recuperandam libertatem conſpiraſſe; quare mirari deſinat, ſi ei portæ minime aperiantur. Ut ille diſceſſit, quatuor creant conſules, quorum fide ac conſilio oppidum regatur; Perſicetorum veſtigia ſequuntur Argilenſes. Hi a Joanne deficiunt. Id ea ratione plerique accidiſſe putant, quod ſic in urbe ſeditiones excitarentur. Etſi Albericus, Nanes, Boniſatius plebem in poteſtatem ſuam redegiſſent, nequaquam tamen arce potiti erant, quod ei Joannes Lancillotus Bechariam præfecerat, addideratque fortiſſimos milites quorum virtute arx conſervaretur. Igitur eam in ditionem ſuam redigere inſtituunt: primum arcem obſident, deinde vineas agunt, atque arietes admovent. Ut murus arietibus feriri cæpit, magna pars cum ingenti fragore procidit. At Lancillotus omnibus viribus obſiſtebat, quod hoſtes militibus ſubmovere conabatur. Sagittarii, quos per omnia tabulata diſpoſuerat, ſuo ſatis officio faciebant. Cum in mala ſpe prælium eſſet, Lancillotus dedendæ arcis fidem hoſtibus pollicetur, ſi rebus ſuis ſalvis ſe abire patiantur. Tum Imperator, bono, inquit, eſto animo; voluntati tuæ cuncti parebimus; ſic pugnæ finis factus eſt; ſub lucis exortum Lancillotus (nam Albericus arce potitus fuerat) Bononiam venit. Poſtquam ſui conveniendi Joannes ei poteſtatem fecit, ſe arcem non de induſtria, ſed vi amiſiſſe paucis explicuit: demum ſi ſtudiis ſuis audiens ſit, hoſtilem exercitum paucis ſuperari poſſe. Lancilloto plurimum ille tribuebat. Eo tempore Tartaliam Sfortiam, atque eum, de quo paulo ante dixi, Scorpium ſtipendio affecerat; hunc ad bellum gerendum Imperatorem delegerat. Cum adverſus hoſtes iter facerent (nam Joannem Lancillotus in ſententiam ſuam adduxerat) illorum exploratores ei occurrunt. His nulla interpoſita mora ferro vitam adimunt. Paululum progredientes imparatos conveniunt; tum impetu tanto in eos invehuntur, ut de relinquendis caſtris, ni Albericus duabus cohortibus animas attuliſſet, cogitaverint. Cuncti manus conferunt, multorumque lanceis ſuffodiuntur; acriter quidem pugnatum eſt; magnus eſt hoſtium numerus captus, & cæſus; capti ſunt & prælio Marcus Piſanus, Gerardus Doardus, mille præterea equites, innumerabiliſque peditum multitudo. Poſtero die Bononiam omnes ducti ſunt, nec tanta de hoſtibus victoria reportata eſſet, niſi qui dexterum Cornu gerebat, Tartalia vocem illam emiſiſſet: *ad me Bernarde proficiſcere: nunc opus eſt viribus, & ingenio tuo, præſta te eum, qualem conſueſti*. Ob eam vocem tanto ſunt hoſtes terrore perculſi, ut repente rebus ſuis diffiderint. Confecto prælio nuncius, cui Jacobo nomen erat, ad Joannem proficiſcitur, hoſtilemque exercitum victum, cæſum & fugatum exponit; quæ cum ille intellexiſſet, tanto gaudio elatus eſt, ut Petrum Piſanum, quem ea conditione in carcerem conjecerat, ut ei mors afferenda eſſet, priſtinæ libertati reſtituerit. Duo præterea Sanctiſſimæ Virginis ſimulacra, quorum alterum in religioſiſſimo delubro in monte altiſſimo, qui ab urbe mille paſſus abeſt, condito collocatum, alterum non longe a porta, qua iter eſt in Hetruriam, extructum cernimus, & honoribus & muneribus affecit. Per id tempus Cometes ita luxit, ut cælum omne conflagrare videretur. Eam ſtellam, qui phyſicæ operam impartiuntur, aut caritatis, aut belli, aut peſtilentiæ, aut clariſſimorum virorum interitus prænuntiam, pluribus & his quidem rationibus robuſtiſſimis oſtendunt. Ut Cometes occubuit, nec multi dies interceſſerant, Perſiceti ad Joannem Tabellarium mittunt, qui ſi ſibi commodum eſt, illum

ad ſe iturum nunciet, quoniam cum ipſo ſermonem conferre ſtatuerint. Confeſtim ad eos properat: ipſum comitantur Vercellinus, & Scorpius. Jam oppido appropinquaverat, cum oppidani, ut intro ſe referat, ſummopere obſecrant. Id Joannes renuit. Ea res Perſicetos dolore affecit, quod nullam eis fidem adhibuiſſet. Igitur oppidani duodecim deliguntur, qui ad Joannem ſe recipiant, petantque novas ſibi fieri pactiones. Dum ſermone dies conſumeretur, Vercellinus, qui & animo poterat & ingenio; Conſule, inquit, Princeps ſaluri tuæ; vallum concutitur; gladios vibrant. At ille pauliſper digreſſus eſt. Perſiceti ejus equum tormento verberant; Scorpius vero adverſus femur tragula graviter ictus in conſpectu Joannis extremum vitæ diem morte conficit. Cadaver Bononiam curru vectum eſt, & intra templum Petronii in ſepulcro conſtitutum. Ut de his Florentini certiores redditi ſunt (non enim mediocrem de Joannis ſalute curam ſuſceperant), mille equites, qui Bernardonis conſilio regebantur, quod eos præſidio uteretur, Bononiam mittunt. Ut urbem intrarunt, nondum in ea horam commorati ſunt, egredi juſſi ſunt. Fuere nonnulli credo pedites, qui Civitatem diripiendam conclamarent; terruit ea vox populum Bononienſem, viæ obicibus confeſtim obſtruuntur. At Joannes, cujus cordi res Bononienſis erat, nullo interjecto tempore obices amoveri, officinas ac tabernas, quas cives direptionis timore occluſerant, aperiri præcepit. Voci vero huic tam execratæ peditum morte ac ſuſpendio remedium adhibuit. Poſtero die de Joannis ſententia Bernardo, quoniam Pandulphus, ac Malateſta Joanni bellum indixerant, in agrum Carpenſem ubi ſtativa habebant, traduxit exercitum. Ut ſe milites cibo potuque recrearant, acies inſtruit, in hoſtes impetum facit. Eo prælio ſuperior diſceſſit. O ſingularem, incredibilemque Joannis prudentiam! o divinam animi magnitudinem! maluit vir fortiſſimus, ne ager Bononienſis hoſtium excurſibus vaſtaretur, in hoſtilibus agris prælio decertari, quam domi hoſtium impetum excipi. Quantam vero laudem ex hac victoria adeptus ſit, haud potero verbis conſequi: illum omnes tutorem, illum Patrem, illum conſervatorem Patriæ una voce, uno conſenſu prædicabant. Etſi hoſtes eo prælio ſuperati eſſent, veritus tamen, ne adverſus ſe populus vim moliretur, quod is nullo ſit conſilio, nullaque conſtantia, univerſos cives a ſe admoneri jubet, ne ad aliena domicilia concurſus fiat: omnes ſe ſe domibus ſuis contineant; qui alia fuerit ſententia, is ſibi pœnas ſcito eſſe conſtitutas. Ætate confectis admonitio illa dolorem attulit, ut nonnunquam de Joannis dignitate detraherent, pleroſque ſubditis imperaſſe, nunquam eos tantam iniquitatis notam ſubiiſſe memorabant; multos ſe tyrannos vidiſſe, neminem fuiſſe, qui tantam in populum crudelitatem adhibuiſſet. Dum hæc in urbe fiunt, in oppido Sancto Joanne tumultus excitatur; Malateſtarum vexilla in arcis ſpecula collocantur: eam rem Joannes inique tulit; ſed eo erat animo, ut Perſiceti defectionis ſuæ nullam impunitatem conſequerentur. Hiſce diebus, qui Patavii præerat, de Imperatoris profectione in Germaniam Joannem certiorem facit; quapropter rebus ſuis recte conſulat, multa illi impendere pericula, quod Dux Inſubrum de renovando, atque inſtaurando bello conſultet; complures Principes ſtipendio afficiat; Mediolani militibus pecuniæ ſolvantur. Haud multi dies interceſſerunt, cum exercitum ex pluribus gentibus comparatum (erant enim viginti millia, in quibus equites duodecim millia, pedites octo millia implebant) Pandulphus Malateſta, Mantuanus, Carpenſis, Mirandulenſis, Spoletanus, Saxoferratus, Fabrianenſis principes in agrum Bononienſem traduxerunt, atque ad oppidum Plebem diverterunt. Omnes ab oppidanis magnifice ſuſcipiuntur. Haud biduum in oppido commorati ſunt, cum univerſum territorium Bononienſe hoſtilis exercitus aucti fama peragravit. Repente qui Lojanum incolunt, a Joanne deficiunt: ad eos caduceatorem præmittit, qui ni ad ſe redeant, ipſos nuntiet extrema paſſuros. Caduceator contemptui habitus eſt. Tum Joannes ipſorum domos exuri, pueros, puellaſque rapi, vites, & arbores juſſit

Digitized by Google

juſſit excidi. Augebat Lojani calamitas populum Bononienſem, nec quo ſe verteret, ſatis intelligere poterat: tandem non defuere qui in Joannis cædem conſentirent. Nam Baptiſta Balduinus, Bologninus Boccatonta, Matthæus Mantitus, Bartholomæus Combrotus, Guglielmus Sala ab Andrea Papazono ad ſumendum cibum invitantur: ut cibo operam impertiti ſunt, occidendi Joannem conſilium ineunt; omnes in eandem ſententiam dicunt. Erat Andreæ neſcio quis ſervus; is, quæ audierat, ad Joannem defert. Cuncti ſubito in carcerem intruduntur. Perſiceti vero, qui in Joannem non minori exardebant odio, in edita turris parte Malateſtarum inſignia poſuerunt. Id Joannes ægre ferens, ne aquari poſſent, omni curavit diligentia. Eo commodo cum Malateſtæ privarentur, copias ſuas ad oppidum Manzolinum admovent: quod quamquam in ditionem ſuam minime redegiſſent; Bernardo tamen de Joannis ſententia magnam copiarum partem eo traducit. Ut alter in alterius conſpectu conſtitit, acerrime pugnatum eſt; multi ex utraque parte vulneribus confecti. Confecta pugna Bernardo ſe in urbem recipit. Verum quanto in amore apud Principem Patavinum Joannes fuerit, quiſque hac conjectura conſequi poteſt. Cum Jacobum Filium, qui in trecentis equitibus, totidemque peditibus præerat, quo eo præſidio uteretur, ad eum miſerit, atque ut bono eſſet animo ſuis fuerit litteris hortatus, ſeque eum eſſe denunciarit, qui Joanni omnem ſuam operam polliceretur. Interea Principes, quos Plebem exercitum duxiſſe paulo ante memoravimus, quo pacto Joannem ex civitate conturbarent, dies, noctesque conſilio agitabant. Igitur Franciſco Miato, Jacobo Chivuto, quorum fidei credita erat porta Galleria, litteras clandeſtine perferri jubent, quibus ſi portam eis dedant, magnam vim auri pollicentur; id tuto fieri poſſe, ſi Jacobo Chorzono Pelachano, quem Joannes portæ cuſtodibus præfecerat, vitam ferro eripiant. Proditores auri cupiditate ducti in hanc fere ſententiam reſpondent. Quas a vobis accepimus, Imperatores maximi, litteræ ad portam vobis dedendam hortantur; id quo facto fieri poſſit paucis explicant; multa auripondo pollicentur. Eſtote bono animo: rem vobis non injucundam brevi tempore conficiemus. Ut biduum confectum erit, vos propius accedite. Has litteras cum Principes diligenter, accurateque legiſſent, in bonam ſpem impulſi ſunt. Verum Chriſti benignitate conjuratio patefacta eſt, nullum de conjurationis conſciis ſumi potuit ſupplicium, quod omnes ſcalis per noctem de mœnibus dimiſſis in hoſtium caſtra abierunt. Ut eos Principes intuiti ſunt, de ſpe deciderunt. Igitur ira inflammati in agrum Bononienſem irrumpunt, villas funditus evertunt: domibus ignem conjiciunt, quicquod in agris fuit, pene conſumunt, ac diſſipant. Tunc Joanni, ne hoſtes Caſalecchium, qui locus ab urbe tria millia paſſuum abeſt, trajicerent, non mediocris eſt timor injectus. Verebatur enim ne aquæductum, per quem aqua in urbem vehitur, interrumperent: eo igitur cum copiis Bernardo ire juſſus eſt. Poſtero die Franciſcus Frozus cum quadringentis equitibus, ut Joanni auxilio eſſet, de Venetorum ſententia Bononiam venit. Erat is Frater Nicolao, quem Patavio profectum diximus; confecto biduo in caſtra mittitur; at Nicolaus ab illo litteras accepit, quibus cognoſcit ei Patavium eſſe divertendum, quod Principis Mantuani filia ei in matrimonium tradenda ſit. Verum quamquam a pluribus Joanni præſidia mitterentur, quo tamen animo in eum eſſet populus Bononienſis, intelligere ſtatuit; quibuſdam imperat, ut cum miſſarum ſolemnium finis fuerit, intelligant, qui Joannem benevolentia proſequantur; complures non modo ſe illum diligere, ſed vitam ſuam illi devoviſſe reſponderunt. Majores noſtri urbem in quatuor regiones partiti ſunt, unam Ravennatem, alteram Proculam, tertiam Petram, quartam Steriam nominarunt. Ut igitur qui ſe amicos profitebantur, notiores fierent, ac maniſeſtiores, quatuor civibus, qui de ea re curam ſuſciperent, onus imponit. Regioni Ravennati Guidonem Manzolinum præfert; hujus regionis viri ejus juſſu in ædem Gregorii ſe conferunt. Steriæ Ni-

nanum

ninum Chechum præficit; hujus regionis vitis ad Franciſci Templum, quod non longe ab urbe diſtat, iter eſt. Proculæ præfertur Nicolaus Balduinus: ejus regionis viti in Sanctorum ædem ſe conferunt. Petræ Leonardus Giſlerius præfertur; hujus viri ad Pauli templum, quod a Flumine Ravone haud procul conditum videmus, iter faciunt. Poſtquam omnes in ea, quæ diximus templa pervenerunt, in codicem referuntur. Sic relatis Joannis verbis commonentur, ut cum ſignum tubicen dederit, ſubito adſint. Cuncti ſe Joannis voluntati obſequuturos, Deos, hominesque teſtantur. Dii immortales quantæ ſunt, id quod ſcribit eximius orator, in amicis infidelitates! quantæ ad tempus aptæ ſimulationes? quantæ in periculis fugæ proximorum: pauci promiſſa perſolverunt, pauci arma induerunt. Dum hæc Bononiæ aguntur, Florentini, quo auxilium Joanni præſtent, milites della roſa Bononiam mittunt. Hos nongentos fuiſſe equites litteris proditum eſt. Poſtquam Bernardo cum exercitu Caſalecchium pervenit, ſpeculatores, quos antea in hoſtium caſtra præmiſerat, redeunt nunciantes hoſtes pugnæ ſtudio inflammari. Eos quotidianatum excurſionum faſtidium cæpiſſe. Hæc cum intellexit, nil ſibi gratius eſſe reſpondit, quam prælio decertare, & quam Dii dediſſent, fortunam experiri. Nunquam uno prælio a tot fortiſſimis Imperatoribus concurſum eſt. Hinc Bernardo, Tartalias, Sfortia, Principes Patavini. Illinc quos diximus, fortiſſimi Imperatores, Albericus, & Facincanis; quos quidem omnes ſi quis rei militaris lumina atque ornamenta dixerit, nequaquam ab eo diſſenſerim. Ut igitur hoſtes apud Caſalecchium caſtra poſuere, duobuſque diebus ocio datis, Princeps Mantuanus, cujus fidei dux Inſubrum exercitum, commiſerat, (aliter crediderat) acies hoc modo conſtituit. Albericus, Mirandulenſem, Saxoferratum, Spoletanum, Fabrianenſem in dextro cornu collocat. His addit Baliſtariorum, Sagittariorumque duo millia: præterea peditum mercede conductorum multitudinem; lævum cornu reliqui Principes tuentur, ceteris additis Baliſtariis ac peditibus. Tormentarios a cornibus ſejungit, atque in edito monte collocat. Facincani caſtrorum ac ſignorum tuendorum provincia demandatur. Nec ſegnior in ſtruendis aciebus Bernardo, qui Principes Patavinos, quos peritiſſimos agminis duces non ignorat, ac Tartaliam in dextero cornu locat, in lævo Sfortiam ponit fortiſſimum, ac pugnaciſſimum Imperatorem. Baliſtarios, jaculatores, ſagittarios ſuo loco diſponit; Tormentariis inſuper proximum nec inidoneum locum conſtituit. Ut in conſpectu utraque acies fuit (quippe omnes clamorem ſuſtulerant) qui validiores erant, atque in frontem conſtituti, concitatis equis concurrunt. Fuere ut eo accepi, qui primi percurrerent, Tartalia, Princepſque Spoletanus. Hos perſequuti ſunt electi equites circiter CCL. At Spoletanus Tartaliæ impetum excipere non potuit; nam equo vulnerato Princeps ad terram cecidit; ſed peditum concurſu ſervatus eſt. Secunda congreſſio Sfortiæ fuit cum Principe Fabrianenſi. Ille tanta vi in hunc impetum fecit, ut conſiſtere nullo modo potuerit; qui eum ſequebantur tanto ſunt timore percuſſi, ut ſe ſe fugæ commiſerint. Quod ubi Princeps Mantuanus animadvertit, eos ignominia, & dedecore notavit. Tum Albericus ſe illi objecit. Diu eſt æquo marte dimicatum, ſed cum equi viribus debilitarentur; quod aliquot vulnera acceperant, curſum repreſſerunt. Erat in exercitu Bernardonis Antonius Feſulanus uſu peritus, & pluribus pugnis exercitatus. Hunc duabus cohortibus ille præfecerat. Ut igitur Sfortia in caſtra rediit ducentis equitibus ſumptis, centumque loricatis peditibus ad conſervandum prælium proficiſcitur. Ut ad medium fere ſpatium conſtitit, Princeps Saxoferratus, quem trecenti equites & pedites quinquaginta comitabantur, occurrit; adeo acriter pugnatum eſt, ut nemo fere extiterit, quin vel vulneribus conficeretur, vel mortem occumberet. Defeſſis ſuccedunt recentes, atque integri. Nec Tormentarii ac Baliſtarii ſegnius dimicabant. Quiſque pro viribus, atque ingenio decertabat. Interea Tartalia, cujus animus laudis erat appetens & gloriæ, mutato equo ad con-

Digitized by Google

conſerendam manum ruſus contendit. Qui ei obviam fuerunt, omnes in fugam vertit. Ab eo victoriæ initium oriri cæperat; ſed fortuna, cujus vices variæ ſunt ac mutabiles, ejus virtuti ſubinvidens hoſtibus aſpirare cæpit. Nam hi milites, quibus adjutoribus non ſemel, ſed ſæpius victoriam reportaverat, primi intra vallum compellebantur; pertimeſcebant, etſi timoris nulla ſubeſſet cauſa. At Bernardo cum ab his, in quibus victoriæ ſpem poſuerat, initium fugæ vidit, Sfortiam ad ſe vocari jubet, ſeque ad eum vertens; ubi inquit tua illa animi magnitudo? ubi illa tua admirabilis, divinaque pugnandi virtus? Sic hoſtis ſuperior abibit? illi arridet fortuna. Victori nos non incruentam victoriam relinquamus. Hæc cum ille dixiſſet, repente Sfortia, etſi ſummæ rei diffideret, in equum aſtitit: ac convocatis ſexcentis equitibus ut perniciosus Leo, quem populus omnis infeſtis appetit telis, ſic iracundia ductus in hoſtem irruit. Utinam ceteri agminum ductores ſuperioribus pugnis illius veſtigia ſecuti eſſent; nunquam hoſtes eo prælio ſuperiores diſceſſiſſent: illud obfuit, quod militum numero erat inferior. Tum Principi Mantuano, ne ei victoria de manibus eriperetur (quippe in bonam ſpem ingrediebatur, quod jam duas, & quadraginta hoſtiles cohortes proſtraverat) non parvus eſt timor invectus. Illi igitur Albericum, quem armis, & corporis robore præſtantem noverat, cum duobus millibus equitum oppoſuit. Cum acriter pugnaretur, Sfortia, ne ab hoſte circumſideretur, vetitus, pedem retulit. At Tartalia cum quadringentis equitibus ſe ſe illi comitem adjecit: rurſus in hoſtem ruunt. Ambobus equi lanceis ſuffodiuntur: ut ergo ex acie excedere non potuerunt, quod eos Albericus a tergo, a fronte, a lateribus tenebat, erant præterea eorum vires exhauſtæ, ſe ſe victori dediderunt. Ubi eos captos Joanni nunciatum eſt, de mittendis auxiliis conſtituit. Ejus igitur verbis omnibus civibus, qui ſe illi amicos profeſſi fuerant atque in codicem relati, ut ad ferendam opem in caſtra proficiſcantur, tubicen imperat. Haud ducenti extitere, qui imperata exequerentur. Cum eo contenderent (nondum ad ædem Magdalenæ pervenerant), qui illis præerat, is captus eſt. Eam rem equites della roſa advertentes in urbem redierunt. At Bernardo ne quid durius accideret, de fuga cogitavit; ſed fugientem trecenti equites, ducentique pedites, quibus Princeps Mirandulenſis præerat, perſequuntur. Ipſe quo vehebatur, equus adeo laſſitudine conficiebatur, adeoque eum vires deficiebant, ut quanquam calcaribus concitaretur, nequaquam tamen progredi poſſet. Sic ab hoſtibus capitur. Capti ſunt eo prælio ut diximus, Sfortia, Bernardo, Tartalia, præterea Principes Patavini, complures alii fortiſſimi viri tum pedites, tum equites. Proſtrato exercitu, captiſque ducibus, Joannes Bentivolus ad tuendam urbem, ac prohibendas, quæ accidere poterant, difficultates omnia referebat. Igitur imperat, ut mænia lapidibus compleantur, ſcalæ admoveantur, nullus ſit piſtrinorum defectus: omnes mandata exequuntur. Confecta eſt piſtrinorum multitudo. Maximus lapidum numerus comportatur. Scalarum eſt multitudo admota. Imperatum præterea, ut omnes arma induerent. Paucis poſt diebus tumultus noctu in urbe excitatus eſt. Quippe populus Bononienſis forum Ravennate vallo, foſſaque muniendum cenſuit; urbis portas, quas Joannes cuſtodibus ſuis commiſerat, eripuit. Nicolaum Ligum, Melchioremque Manzolinum Imperatores creavit. Erant hæc Joanni ſummo dolore, ſed populi conatibus reſiſtere moliebatur. Ille omnibus minari, omnibus ſuſpendio pereundum prædicere. Eas minas populus pro nihilo putare, etſi Joannes armatorum ſtipatus eſſet catervis. Tradunt ipſum ea nocte quadraginta homines ſua manu occidiſſe. Tandem ut dies illuxit, ſe populi poteſtati permittit. Sic populus urbe potitus eſt. Gozadini, Peppuli, Antonius Caſella, Bentes patriæ ſunt reſtituti. Hunc cum pecuniis Ferrariam Joannes miſerat, quo Principem Eſtenſem conveniret, ut mandata expoſuit, minime ſibi Bononiam redeundum putavit. At Nicolaus Ligus de populi ſententia urbem Principi Mantuano prodidit. Ille, cæterique

Prin-

Digitized by Google

Principes nulla interpoſita mora Bononiam ingreſſi exercitum ad portam continuerunt, nec quemquam militum foras per urbem diſcurrere paſſi ſunt; poſtquam ad palatium perventum eſt, Princeps Mantuanus hos creavit equites Nanem Gozadinum, Vandinum Blanchium, Galeatium, & Guidonem Pepulos, Albertum Pilium, Joannem Girardinum. Poſtremo die Albericus militibus ſuis (nam in urbem intraverant) equites della roſa diripiendos conceſſit. His rebus confectis Dominicus Prugnolus, cui Joannes non mediocri erat odio, cum ab eo quo in ſtatu is eſſet, Princeps Mantuanus atque Albericus quærerent, ego, inquit, hominem conveniam, & ad vos adducam: vix hora interceſſit, cum Joannem in eorum conſpectum adduxerunt: illi admiratione perculſi in eum occulos conjiciunt. Tum Princeps Mantuanus Joannem verborum afficit ignominia, eum legum perverſorem, eum proditorem eſſe affirmat. At Joannes, cui, inquit, fortuna adverſatur, tu proditorem eſſe intelligito. Ut ſermone non nihil temporis conſumptum eſt, ſe in triclinium conferunt. Joannes vero ad Nanem, qui in edito Palatii cubiculo commorabatur, a Dominico deductus eſt, ac ſe ad ejus pedes abjiciens, tu mihi, inquit, veniam tribuito. Nanes ne omnem abjeciſſe videretur humanitatem, ſervato, inquit, hunc virum, & in cubiculo alio collocato: paulo poſt conſules declarantur; eorum vero, qui de republica male meriti fuerant, conſulum ſigna locantur in ſpecula. Interea Princeps Mantuanus tabellam, in qua hujuſmodi verſiculus, *audienda eſt pars altera*, litteris aureis exſcriptus erat: in altera ſpecula in anteriore parte ſita palatii, juſſit opponi. Eam contemplans populus dolore affectus eſt, verebatur enim novam conjurationem, quoniam Albericus militibus urbem compleverat; adeo is Nani afficiebatur, ut eum eſſe ſtatueret, qui univerſæ civitati imperaret; multa pollicitus eſt; nunquam Nanem ad opinionem ſuam traducere potuit; potius de vita, quam de ſententia diſceſſiſſet; hæc cum intueretur, ab urbe diſceſſit. Baptiſta vero Baldinus, Albertus Pilius, Nicolaus Gozadinus, quem Joannes capitis puniendum duxerat, carcere liberantur. Paucis poſt diebus tumultus excitatus eſt, quod Jacobus Uſellanus, Bentes Bentivolus, quo Ducis exercitum in urbem inducerent, portæ donatæ claves ſibi afferri juſſerant. Nulla fere via extitit, quæ non obicibus clauderetur, verum Nanes ut obices amoverentur, commonuit. Fuiſſet enim mors multis allata. Ut Nani mos geſtus eſt, Ducis exercitus in urbem ingreditur. Conclamant omnes, unum eſſe Ducem Inſubrum, cujus auctoritati, ac potentiæ prodenda ſit civitas Bononienſis. Tum Pandulphus Malateſta omnium conſenſu Ducis munus ſuſtinuit. Dum hæc fierent, Petri Apoſtoli feſtus agebatur ac ſolemnis dies; nuſquam miſſarum excepto ejus templo celebrata ſunt ſolemnia. Verum poſtquam eſui ac potui finis impoſitus eſt, Nicolai Sampetri Frater, ac Carlinus Gozadinus in Joannem Bentivolum impetum faciunt, eumque uno, & viginti vulneribus afficiunt. Ut de vita exivit, in Jacobi Templum delatus eſt. Hic fuit exitus Joannis Bentivoli, qui non tantum omnes ſui temporis, ſed etiam ſuperioris ætatis cives Bononienſes et virtute, & animi magnitudine ſuperavit. Eſt locus in Templo, quod Sacrarium appellatur; huc primum delatum eſt corpus. Ejus videndi univerſam plebem cepit deſiderium. Aderat neſcio quis Florianus Tonſor: hic tantam in cadaver crudelitatem adhibuit, ut auris dimidium abſcinderet. At nondum confecto biennio conjurationis, de qua alio loco dicetur a nobis, accuſatus, damnatuſque crudeliſſimum genus mortis ſubire coactus eſt. Ut enim infelici, ac miſero ignes, ardenteſque laminas lictor admovit, crudeliſſimis canibus dilaniandum reliquit. &c. Laus Deo & Beatæ Mariæ Virgini. Completum per me Antonium Junium de Claris artium Scholarem VII. idus Auguſti MCDLXXXI. Bononiæ dum in domo Magiſtri Joannis de Garzonibus artium & medicinæ Doctoris egregii, ac hujus operis compoſitoris commorarer.

Joan-

Digitized by Google

Joannis Garzonis de Petro Coſſolino ad Albertum Patiſium feliciter incipit:

HIſtoriam Petri Coſſolini nuper a me ſcriptam ac tibi dicatam, vir doctiſſime, jucundo animo ſuſcipies. Eam ſi abs te probatam eſſe ſenſero, haud verebor impoſterum reliquorum civium Bononienſium geſta litteris mandare. Ea ſiquidem doctrina præditus es, atque auctoritate, ut ceteris juditium tuum præferam; nonnulli forte meum hunc laborem vitio dabunt: quod hominis ſeditioſi geſta in opus redegerim. At ego Livii, ac Saluſtii ſequor veſtigia, qui Gracchorum, Saturnini, Livii, Druſi ſeditiones litteris prodiderunt; quod ſi eorum nomen dedecori habitum eſt, non video cur de dignitate mea detrahere debeant; ſed ad rem ipſam accedam. Tu ex hujus hiſtoria magnam vim fortunæ intelligis.

Pontifex Joannes tertius et vigeſimus Romam venit. Jacobus Manzolinus, Bartholomæus Fulcus, qui arti laniæ miniſterio utebantur, Joannes Bellabuſca humili loco natus de excitando in urbe motu conſilium ineunt, convocatoque Petro Coſſolino, qui ſe etiam laniſtam profitebatur, quod eum ſeditioſum intelligebant, ad commutandum urbis ſtatum pluribus verbis hortantur. Illum docent non modo civem eſſe, ſed etiam præſtantiſſimum atque optimum civem, qui tantum munus obiiſſet. Petrus ad rem obeundam impiger in equum aſſiliit, ac ſtricto gladio per urbem diſcurrit, plerique ſuam illam vocem audiverunt, populum Bononienſem in libertatem eſſe reſtituendum. At Cardinalis Neapolitanus, qui legati munus ſuſtinebat, conjurationis inſcius, quod incolebat, palatii portam juſſit occludi. Poſtero die Romam litteras in hanc fere ſententiam mittit. Quo in ſtatu ſim, Pontifex maxime, paucis exponam, quoniam in præſenti nullum mihi ſcribendi eſt ocium. Petrus Coſſolinus homo mihi & moribus incognitus in urbe tumultum excitavit; illi aſſentitur multitudo imperita. Me armatorum, equorum, pecuniarum inopem non ignoras; ab eo circumvenior. Vis repellendæ nulla mihi eſt poteſtas. Quapropter & honori tuo, & rebus meis conſule. Has litteras cum Pontifex legiſſet, Carolum Malateſtam, quem ſtipendio affecerat, repente in agrum Bononienſem traducere copias jubet. Interea Petrus Coſſolinus Palatio, ac arce, cui Lodovicum Pratenſem, & Andream Marinarum pontifex Joannes præfecerat, potitus erat, quod hic pecuniam, capti illi arcem dediderant; eos inſuper in civitatem adſcribi fecerat. Tum novem creantur Conſules, ex quibus ad Hoſtexanum Plantavignam defertur Principatus. Tribuni præterea quindecim, qui cum ad ineundum Magiſtratum proficiſcerentur, eos univerſus populus ſcutatus comitabatur ac loricatus; nulli lanceæ, ſpatæ, miſſilia deerant. Erat ea tempeſtate Bononiæ ex ære Petronii ſimulacrum opere, artificioque perfectum; id in forum populus detulit. Ut vero Carolus Pontificis litteras accepit, in agrum Bononienſem trajecit exercitum, factaque irruptione ad oppidum Sanctum Joannem pervenit. At populus, qui ea ſtatus commutatione oblectabatur, Uguetionem Contrarium publica mercede conduxit; hoc Imperatore ad rem bellicam gerendam uti conſtituit. Cum ager Bononienſis a Carolo vaſtaretur, univerſus populus, quo eum adoriretur, eo profectus eſt. Ut de manu conferenda ſtatuit, ab Imperatore ſibi fieri inſidias cognovit. Quo factum eſt, ut Carolum aureorum triginta millibus donaverit. Erant per id tempus Bononiæ Franciſcus Gallutius, Aldrechettus Lambertinus, Bartholomæus Mulius, Ponarius Fantutius, Joannes cui Sancto Georgio agnomen erat. His urbem Bononienſem viliſſimorum hominum imperio ſubjici indignum

 viſum

viſum eſt. De eo igitur evertendo conſultant; ſed conſpiratio, neſcio quo fato id factum eſſe dixerim, patefacta eſt. Aldrechettus, Ponarius in foro ſecuri percuſſi ſunt, Joannes vero, ut in carcerem intruſus eſt, exceſſit e vita. Ut conſpirationis conſciis mors allata eſt, Rizardum Pepulum, qui magna erat auctoritate, atque exiſtimatione, Imperatorem populus creat. Is ad vaſtandos oppidi Sancti Joannis agros rurſus proficiſcitur; Nicolao Lojano ferendi ſignum onus imponitur. Præibat ergo, quem Imperator, ac Tribuni plebis ſequebantur. Poſtremo univerſus populus. Ut oppidanis clades illata eſt, in urbem redeunt. Paucis poſt diebus Lippus Giſlerius, quod Imperator declaratus erat, una cum conſule eo contendit; ſic Oppidanorum agri rurſus vaſtati, villæ, domuſque ambuſtæ. Nunquam profecto civitas noſtra clariſſimis, nobiliſſimiſque civibus caruit. Nam poſtea quam ſe ſe urbi populus reddidit, Jacobus Uſellarius, Antonius Guidottus, Melchior Manzolus Guido Galeatius, Rizardus Pepuli, Joannes Clidorius de minuendo Petri Coſſolini ſtatu (quis enim tam indignum damnatum æquo animo ferre potuiſſet) clandeſtinis conſiliis agunt: omnes Jacobum in ſecretum adducunt. Tum eum ita loquutum ferunt. Quem miſera ſit hæc noſtra conditio, ſatis ſuperque vobis cognitum puto. Imperita multitudo in nobilitatem ſummo exardet odio. Laniſtarum licentiæ ſubjicimur; in eorum poteſtate fortunæ, uxores, liberi, vita noſtra poſita eſt. Si nos vel exilio, vel morte mulctandos cenſuerint, aut profecto exulabimus, aut mortem occumbemus. Adducti ſumus in ſummum diſcrimen: quapropter rebus noſtris conſulamus. Quis mihi præſtat eos de imperandis nobis pecuniis minime cogitaſſe? Id ſi recuſaverimus, fabri, quorum apud eos eſt copia, domus noſtras evertent; quas clades ex ſuis excurſionibus villæ reportaverint, meminiſtis vos Cives graviſſimi. Igitur civitatem in veram libertatem vindicemus, aut Pontifici maximo prodamus. In eandem ſententiam dixerunt ceteri. Sub veſperum quiſque domum divertit, eoſque ad ſe clam vocari jubet, quos ſibi benefitiis convinxerat. Nemo fuit quin pro libertate recuperanda ſe omne diſcriminis genus ſubiturum polliceretur. Igitur die ad rem obeundam conſtituto, magna armatorum ſtipati caterva in forum prorumpunt. Qui ad Palatii portam cuſtodiam habebant milites, tanto ſunt terrore perculſi, ut de fuga cogitandum duxerint. Illi convulſis repagulis, effractiſque valvis ac vectibus proſiliunt. Caſu eis Petrus Coſſolinus, Petrus Nochus, Jacobus Manzolinus per ſcalarum gradus deſcendentes occurrunt. Coſſolinum illico comprehendunt, atque in vincula conjiciunt; Nochum vulneribus conficiunt; Jacobo vero vita ferro eripitur; ſic urbi noſtræ reddita eſt libertas, ac ne quis eos imperandi cupiditate incenſos exiſtimaret, litteras ad Joannem Pontificem mittunt, quibus ſe Bononiam recepiſſe ſignificant, eam illi tradere; quid fieri velit, explicet. Interea Bononiæ Conſules declarantur. Hi una cum quodam, qui eo tempore in urbe commorabatur, Epiſcopo in palatio collocantur. Duodecim præterea cives, & hi quidem juſtiſſimi, atque integerrimi, qui cum oportuerit in conſilium adhibeantur, deliguntur. In tanta felicitate Nuncius advenit ſignificans cuſtodes oppidi Sancti Joannis arcem Conſulum voluntati dediſſe. Ea res, qui civitati præerant, incredibili voluptate affecit. Tum per univerſam civitatem magni ſunt ignes conſtituti. Paucis poſt diebus de Joannis Pontificis ſententia Cardinalis, qui legationis munere fungeretur, Bononiam venit. Ei non modo ab univerſo populo, ſed etiam a Conſulibus atque Epiſcopo obviam itum eſt. Vehebantur hi curru aureato, quos ſignifer præibat. Nemini unquam legato tantus honos tributus eſt; quippe Cives totum iter floribus conſtraverant, atque altaria utroque latere diſpoſuerant. Difficile dictu eſt, quibus odoribus cubiculum cumulaverint; ampliſſimis præterea muneribus ipſum complexi ſunt. Ut dies unus interceſſit, ad eum Conſules proficiſcuntur, obſecrantque ut be-

ne

ne rempublicam gerat. Illi omnem operam ſuam pollicentur; ſe pro urbis ſalute nullos labores deſugituros Deos, hominesſque teſtantur. Finis. Laus Deo, & Beatæ Mariæ Virgini. Antonius Junius 8. Idus Auguſti 1481.

Τέλος.

Antonii Junii Carmen.

Qui modo caſtratos pecudeſque in fruſta ſecabat,
 Quam cito te Petrus Felſina detinuit.

Aſpice Fortunæ mobiles varioſque meatus,
 De Lanio tantum fecerit ut Dominum.

Condoluit feciſſe tamen, dixitque voluto
 Cardine, captivus ſit modo, qui Dominus.

Sic factum eſt. Diſcat igitur quicumque ſub ipſis
 Eſſe nihil quod ſit ſtabile ſyderibus.

De Lanio Dominum faciet fortuna potentem,
 De Domino Lanium, cum volet hæc eadem.

Digitized by Google

OPUSCULUM VII.

Belli Belgici Commentarius ab Antonio Poſſevino ſcriptus ad Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem.

Ex Autographo Collegii Mantuani.

PHilippus Rex cum pertinere maxime ad ſuam dignitatem intelligeret, injurias ulciſci eorum a quibus paullo antea percuſſum fœdus, violatum exiſtimaverat, exercitum, cæteraque ad eam rem omnia expedit: majorem copiarum partem iter facere verſus *Moſam* fluvium, & ad *Namurcum Condruſiorum* oppidum jubet conſiſtere. Eo ad ordines militum componendos atque ad expeditionem mittit *Emanuelem Philibertum Sabaudiæ*, qui cum principem locum obtineret in copiis, luſtrat exercitum. Inde *Marienburgum* profectus, quod eſt in *Condruſiis* oppidum, *Acrum* vero *Manduorum* caſtellum firmiſſimum parat in itinere oppugnare. Præmiſſæ aliquot cohortes, quæ ſpecularent locum, incidunt in hoſtes; commiſſa pugna utrinque plurimi fortiter cadunt. *Philippus* cognita ea re factuſque per litteras a *Sabaudio* certior, mutandam certe belli rationem, propterea quod oppida, ad quæ moverat caſtra, diligentiſſime erant communita; concilio advocato peritiorum hominum exquirit ſententias; quarum nonnullæ erant hujuſmodi, ut ad oppugnandum *Marienburgum* aut *Maſiera*, tum *Vertodunorum* civitatem prope *Moſam* fluvium ſitam, omnes vires conferendas eſſe judicaret: longius a Domo in hoſtium provincia futurum bellum: ſi majoribus opus ſit auxiliis, poſſe acciri ex *Germania*; & ſi ab ea parte invadi poſſet in *Galliam*, quod captis duobus præſidiis, facillime ſuccedere poſſe videbatur, nihil obſtare, quin ſedes in media inimicorum regione conſtituerent; *Carolum Philippi* patrem, niſi olim defeciſſet commeatus, & copiæ, quibus rebus propter anni tempus, & ingentem militum numerum ipſi abundarent, magnam *Galliæ* partem ſubjicere ſuo Imperio potuiſſe. *Ferdinandus Gonzaga*, quem ex *Italia* evocatum, ſummo Rex in honore habebat, eundem prorſus conſuluit ad *San-Quintinum Veromanduorum* oppidum; eo brevius eſſe, & expeditius iter, & facile poſſe ex propinqua *Philippi* provincia converti commeatum in caſtra; hoc vero, ſi veniret in Regis poteſtatem, præterquam quod ſine magno liceret incommodo *Gallorum* præſidia expugnare, quæ ad *Phrudem* fluvium jacent, (*ſomam* incolæ nominant), patere etiam aditum ad intimam *Galliam*, ubi non amplius ſeptuaginta paſſuum millium *Lutetia* totius provinciæ caput abeſſet. Omnes item in remotioribus locis vires hoſtium eſſe, quod iis, quæ ſunt ædificata ſecundum *Moſam*, magnopere timuiſſent, & *Boloniæ* valde metuerent, quod ad eam in *Morinis* curſu breviſſimo trajiceretur a *Britannis*, qui ſuperiore *Henrici* eorum Regis uſuri conſilio crederentur. At vero, quis non videret, *Maſteracum*, in quo ſena impoſuiſſent millia armatorum, totidem pro oppido eſſent in ſtatione, & *Marienburgum* maximo firmatum præſidio præclare oſtendere, *Henricum Galliæ* Regem ſibi perſuaſiſſe, eam provinciæ partem velle tentari? Comprobato *Gonzagæ* conſilio monet *Sabaudius* copias, quam maximo poſſet ſilentio, celerrime educat. Ipſe poſt primam noctis vigiliam, nullo diſcedens ſtrepitu, *Guiſam* oppidum *Veromanduorum* cum exercitu contendit; ibi in obſidionis ſpeciem diem commoratus, ſuſpicionem injicit hoſtibus, qui extemplo deductum ex *San-Quintino* præſidium mittunt in *Guiſam*. Ea, quæ inſecuta eſt, nocte *Sabaudius* præcurrere de ſecunda vigilia equites imperat. Qui cum *Gallis* nec opinantibus ad oppidum perveniſſent per pontem, qui ſuburbanum agrum cum adverſa conjungit ripa, nullo negotio tranſierunt; ille ſubſecutus, dimiſſa copiarum parte, quæ per mon-

montes, ubi oritur flumen, ſecundum ripam ulteriorem progrederetur, citeriorem petit cum reliquo agmine, eodemque tempore oppidanos bipertito intercludit. Erat autem civitas ea loci natura, ut cum a *Phrude* fluvio molli aſcenſu extenderetur ad collem, totaque verſus provinciam *Belgarum* urgeret ad *Septentriones*, tum ſubeſſet & ſuburbium, quod interiorem fluminis ripam fere attingeret; fluvius, cum longe novem paſſuum millia prope vicum oriatur in montibus, quem propterea *Fonſomam* dicunt, ad oppidum appropinquans paludem ab utraque ripa paulo latam, inde præterfluens, parvam efficit inſulam: infra civitatem utrinque effunditur in duas paludes ſuperiorum ſimiles, quæ omnes ligneis pontibus conjunguntur. Ad ſuperiorem, & inferiorem oppidi partem, erant firmiſſimæ turres extructæ, reliquum ingenti foſſa, & munitionibus cinctum. *Galli* re per exploratores accepta, ducentos milites cum Amirante in oppidum noctu recipiunt, et jam a *Cameraco Veromanduorum Benineortus* advenerat cum ſuis cohortibus a *Philippo*: cum *Andalotus*, qui præſidium ducebat ad ſuos, binis peditum millibus, equitibus ſexcentis, cum *Hiſpanis*, qui *Navarettii* parebant imperio, pugnam init. Cum eſſet a nocte dimicatum ad multam lucem, *Hiſpani*, qui primum vehementer premebantur a *Gallis*, ſupervenientium ſuorum adjuti auxilio, occiſis aliquot hoſtibus, fugatis reliquis quatuor eorum ſigna retulerunt. Quamobrem *Ringravius*, qui partes ſequebatur *Henrici*, cum omnibus, quibus præerat *Germanorum* cohortibus, & binis millibus equitum profectus a *Fera Sueſſionum* oppido, *Phrudem* ad *Peronam* tranſmittere ſtatuit; ibi monitus de expugnato Suburbio, ejectoque ſuorum præſidio copias reducit in caſtra. Ea cum *Memorantius Galliæ* præfectus cognoviſſet, cogit ad decem hominum millia, diligentiſſime adjungit equitatum, navigia carnis imponit, & duodecim muralibus tormentis deductis ita proficiſcitur; ut in eam omnino incumbat firmandi oppidi curam. Erat non longe a ſuburbio ad lævam editus collis, a cujus radicibus vallis ad inferiorem fluvii pontem pertinebat. Ex eo colle, *Memorantius* conſtitutis idoneo loco tormentis, levem *Philippeorum* equitatum atque *Hiſpanos*, qui ſubſtiterant in adverſa valle, ſubmovet. Interea navigia repleta militibus, quorum delegerat *Andalotus* ad eam rem quadringentos. cum duo hæſiſſent paluſtri, atque humili alveo; appelluntur ad aggerem, qui mœnibus verſus meridiem adjacebat; demiſſis de mœnibus ſcalis, circiter ducenti, binis commeatibus tranſportati cum *Andaloto*, & tertio *Memorantii* filio recipiuntur in oppidum. Neque tamen, dum hæc agerentur, *Hiſpani* diſcurrentes per ripam, cum quadringentis *Gallis*, qui præſidio navium in altera incedebant ripa, rem gerere tormentis intermiſerunt. *Sabaudius* omni conatu prohibendum *Memorantium* cogitans, ne ſi plures armati aſcenderent in civitatem, difficillima foret expugnatio, ubi ea, quæ gererentur, accepit, quatuor millia *Germanorum* equitum cum *Brunſuici* Regulo, & levem equitatum cum *Agamontio*, qui primus paullo poſt fortiter in hoſtes irrupit, ſuperiores tranſire pontes, legiones hoſtium oppugnare, & morari jubet; ipſe paullo poſt expeditorum hominum octo millia, cum reliquo equitatu, ne cernatur a *Gallis*, inferiore traducit ponte. *Memorantius* cognito per *Ammirantem*, qui civitati præerat, *Sabaudii* conſilio, ratuſque affuturas omnes hoſtium copias, tormenta, ne impedimento ſint agmini, primum deducit, mox ſubſequi peditatum, equites, ut ſuſtineant impreſſionem, claudere aciem imperat; ſed hi cum a tertia noctis vigilia uſque ad meridiem excubaſſent in armis, eſſent autem ob *Philippeorum* impetum, & celeritatem incerti, quod conſilium caperent, ægre ſe recipiebant. Et jam *Galli* ad ſex paſſuum millia proceſſerunt verſus *Feram*, cum perturbatis horum ordinibus a levi hoſtium equitatu, & *Germanis* equitibus in conſpectum venientibus, *Memorantius*, qui prælii exitum animo cernens, ad proximam ſilvam recipere ſe prius cogitaverat, depulſus ſpe conſiſtere ſigna; duobus, quæ ſola ſecum adduxerat, currulibus tormentis verberari *Philippeos* mandat; milites, ut

fortiſ-

Digitized by Google

fortiſſime pugnent, hortatur; tum equites *Gallos Germanorum* equitatus urget; vehementius inſtat; illi dum referre pedes coguntur, peditum aciem, quæ ſe expediebat ad pugnam, ita perrumpunt, ut *Memorantius*, cum reſtituere prælium, & componere ordines tentaret, vulneratus cum filio, multiſque *Galliæ* principibus, qui ſoli acerrime dimicabant, ex ſuis in hoſtium manus venirent. Inter eos *Ludovicus Gonzaga*, adoleſcens, cum equo prope ſylvam incitato *Memorantium* relinquere noluiſſet, etſi conſulere ſuæ ſaluti poterat, dignitatis tamen, & beneficiorum illius memor, cum dudum pugnaſſet, a *Philippeis*, quorum agmen in inſidiis erat, vel intra ſylvam eſt captus. *Germani*, quorum opera utebatur *Henricus*, depoſitis humi armis ad quina millia ſe ſe *Sabaudio* dedunt; reliqui cæſi ad mille & quingentos, capti nonnulli; pauciſſimi fugiendo ſalutem invenire potuerunt; equitum pars major, ut quibus fuit facilior fuga, celeriter evolavit. Eo tempore *Henricus* erat *Compendii Sueſſionum* civitatis, explicandis bellicis rebus intentus, cum accepta ſuorum clade *Lutetiam* accurrit; cohortes quæ jam erant conſcriptæ, *Helvetiorum Thermeum* item, qui bellum una cum *Briſaco* gerebat in Subalpinis *Italiæ* locis, cum firmiore parte copiarum, & *Guiſæ* Regulum, qui miſſo *Latium* exercitu *Spoleti* laborabat ex febri, ad ſe diligentiſſime evocat. *Pariſiis*, ubi rem vident in ſummo diſcrimine, multa hominum millia pecuniam, cætera omnia promittunt. *Henricus Feram* muniri cœptam curat ædificari. *Noviodunum* in *Sueſſionibus*, & *Compendium* magno confirmat ſtudio. Interea cum *Philippus Bruxellis Cameracum* profectus, reliquum exercitum expectaret; ex *Hiſpaniis*, atque *Britannia* copiæ ad eum conveniunt. Is reverſus *Valentianam*, quæ civitas. *Nerviorum* eſt ſupra *Cameracum* ad flumen *Scaldem*, *Johannis* quarti *Luſitaniæ* Regis funus, qui deceſſerat Junio Menſe, ſolenni pompa proſecutus, de pecuniæ exactionibus, quæ diſſolvatur in præſens bellum, cum *Belgarum* miniſtris tranſigit. Audita *Sabaudii* victoria cum duodecim peditum millibus, & ſatis magno equitatu *Cameraci*, quo jam redierat, iter ingreditur; præſidium *Gallorum* munitiſſimum, quod antiqui *Caſtellam*, noſtri *Caſtelletum* nominant, fere in medio ſitum itinere, ne ſit incommodo cibariis transferendis, ab aliquot *Germanorum* cohortibus jubet circumcludi. Inde ſecundis caſtris ad *San-Quintinum* ante meridiem venit. Dimiſſis libere *Germanis* captivis quini in quemque denarii dono dantur; ne locent ad certum tempus operam *Gallis*, jure jurando adiguntur; cæteri mittuntur in *Belgarum* arces, ubi aſſerventur. *Memorantius* cum a *Philippo* Rege benigne eſſet exceptus, *Gandavi* juſſus in cuſtodiam tradi. Decimo nono Kalendas Septembris, cum ab ea oppidi parte, quæ ſpectat ad meridiem, tormentis a *Sabaudio* mœnia diſcuterentur, ac vero ex turribus, quæ prominebant, *Philippeos* damno afficerent *Galli*, tribus locis oppugnari civitas incepta eſt. Quatridui ſpatio munitiones magna ex parte corruerunt: ita minori periculo deſcendebatur in foſſam. Oppidani autem, cum neque uti muralibus tormentis amplius poſſent, & ſi qui apparerent in turribus, earum unaquaque pinnis nudata, ictibus *Philippeorum* exponerent corpora, adverſus hoſtium cuniculos conantur erumpere; tentata necquicquam re communiunt interiora; cum mulieres, & pueri, quorum omnium erat egregius erga *Henricum* animus, operam ei rei ſedulo navarent. Contra *Philippei* noctu ligonibus aggerem ſubruunt, cuniculos agunt, paludem viminibus conſternunt, & ſolidiore materia. *Galli* in extremo periculo *Aquitanum* Centurionem magno propoſito præmio ire ad *Henricum* de ſubſidio perſuadent; ille noctu deſiliens de mœnibus capitur a *Philippeis*: ab eo cognoſcitur, niſi ſubveniatur civitati, *Ammirantem* de ea obtinenda deſperare. Quæ quamquam *Philippo* ſummam ſpem afferre poſſent, & eo magis, quod integra cohors, quam ad oppidum miſerat *Henricus*, cum fere omnis fuiſſet trucidata, ſubſidii ſpem intercluſis ſuſtulerat; tamen *Philippus*, ut victoria pararetur quam minimo ſanguine, tormentis iterum patefieri aditum imperat. Quinto decimo die, ex quo civitas a Rege oppugnabatur, cum antea injecto in cuniculos igne non eſſet agger antiquus propter foſſam profundiorem perruptus, apparuiſſet autem munitio tranſverſa, eum percutiunt machinis: poſtremo mœnia ſubeunt. Triplex erat acies

inſtru-

Digitized by Google

inſtructa, quæ ſigno dato eodem tempore oppidum tripertito adoriretur; non longe delecti homines ex cohortibus erant diſpoſiti, qui vulneratos exciperent, atque integri feſſis ſubmitterentur: reliqui cum equitatu in armis cônſtiterant, parati ad omnem caſum, ſi quis a regione hoſtili fieret impetus. *Megæ* Dominus, & *Navarettius*, quibus ab *Oriente* obvenerat Oppidi pars, & *Britanni* a Meridie cum *Juliano* præfecto, & pleriſque diverſarum gentium cohortibus, munitionibus ſuccedunt; ibi *Galli* cum fortiſſime opponerent corpora, hoſtes repellunt: inter quos tamen *Britanni*, cum iterum ſubiiſſent aggerem, atque omne fortitudinis ſignum edidiſſent, in civitatem ante meridiem ſexto Kalendas Septembris invaſerunt. Tertia *Sabaudii* acies, cui præerant *Catiereus*, & *Lazarus Scovendius* Caſtrorum magiſter, manus acerrime conſerendo in oppidum, qua vergebat ad Septentriones, irrumpit, *Sabaudio* ad victoriam quaſi partam, & pugnando, & verbis milites adhortante. *Ammirans* cum pauciſſimis loco munitionum tuto ſe continens, ab uno ex ſuis indicatus (quod ita juſſiſſe illum, ne interficeretur, conſtitit) a *Cattereo* capitur, atque a *Sabaudio* mittitur ad *Philippum* Regem, qui armatus ab averſa oppidi parte oppugnationem obſervabat. *Hiſpani* & *Germani* deſcendunt in civitatem. Inter eos de præda diſſenſione orta, in plures domos ignis conjicitur. Crematis aliquot ægre reſtinguitur. Mulieres ſumma *Sabaudii* cura ſervantur incolumes, quæ omnes cum puerorum turba in *Galliam* emittuntur. Civitatem milites *Galli* tuebantur ad ſummum octingenti, inter quos *Delphini* Regis filii, & *Ammirantis* equitum alæ militabant: horum omnes præfecti cum tertio *Memorantii* filio, & *Andaloto* veniunt in hoſtium manus; verum hic cum minus diligenter ab *Hiſpanis* cuſtodiretur, ac vero hominem pecunia corruptum, ut vigilias falleret, in ſuam traduxiſſet ſententiam, per imas tentorii partes, qua erat humi defixum, ad ſuos incolumis evaſit. Interierunt ex *Philippeis* circiter trecenti, multo plures ex *Gallis*, ænea tormenta muralia triginta octo, commeatus, & omnis generis merces repertæ, quarum rerum maxima & ſummi precii vis erat, quod id oppidum vel ubertate agri, vel mercatorum negociationibus præſtaret pleriſque *Galliæ* civitatibus. *Philippus* poſt biduum in *San Quintinum* ingreſſus, cum, ut milites præmii ſpe allicerentur in poſterum, capere ex direptione fructuum nemini permiſiſſet, niſi eis, qui interfuiſſent oppugnationi, conducere autem ſuæ dignitati, & *Belgarum* utilitati arbitratus, eam teneri civitatem; mœnia, quæ aut rimas egerant, aut conciderant, reficere, & in meliorem formam reducere ſtatuit. Mandata ea res Gonzagæ celerrimum habuit exitum, cum ille ſubito accita operariorum multitudine firmiſſime omnia communiiſſet. Expulſis incolis Colonia fuit *Belgarum*. Interea pars copiarum ad *Caſtellettum* dimiſſa, verberatis mœnibus tutiſſimum locum accepit in deditionem; ſexcenti præſidiarii ſignis humi pertractis in ſpeciem dedentium ad ſuos commigrarunt. Inde mota ad *Hanum Veromanduorum* caſtra, quod præſidium ad *Phrudem* fluvium ſitum a *San Quintino*, & *Perona Ambianorum* urbe æquo fere ſpatio diſtat. *Galli* incenſo oppido ſeſe recipiunt in arcem; triduo poſt facta deditione *Philippi* ſe arbitrio tradunt. *Hano* capto quod mille & ducenti milites cuſtodiebant, omnia quæ ad conſervationem munitiſſimi loci atque ad obſidionem ſuſtinendam pertinent, inveniuntur, reperta magna pecuniæ plumbeæ copia, quam in ſtipendium militum ſignatam perſolvere & argento permutare, cum primum tributum exegiſſet, *Henricus* decreverat; dum ædificatur undique oppidum, ut *Peronæ* ſit incommodo, *Germani* equites loco non ſatis firmo potiuntur (vocatur id *Saunium*); factis in *Galliam* excurſionibus, complures greges boum, & jumentorum abiguntur. Ex *Hiſpania* claſſis a *Ruigometio Sylva Meliti* domino ducta appellit ad *Britanniam*; erant in ea quina hominum millia & plurimi principes viri, multæ item auri myriades, ex nova terrarum orbis parte transvectiæ, ad perſequendum bello *Henricum* delatæ. *Paullus Vaiberius* cum exercitu miſſus in *Allobroges*, ut deductis *Gallorum* copiis *Henrici* opes frangerentur, aliquot oppidula capit; *Philippus*, quod jam appropinquaverat hiems, parte dimiſſa copiarum, reliquas diſponit in præſidiis; *Sabaudio* ad cætera conficienda relicto, *Bruxellas* rediit.

OPUSCU-

OPUSCULUM VIII.

Animadverſiones in Hiſtoriam Thuani P. Antonii Poſſevini Soc. Jeſu.

Ex MS. exemplo, quod in Bibliotheca S. Luciæ PP. Societ. Jeſu Bononiæ ſervatur.

EDITORIS PROOEMIUM.

IN ſuperiore volumine *Animadverſiones* in Hiſtoriam *Thuani* a *P. Antonio Poſſevino* conſcriptas, atque in ſelectiſſima, atque in dies (quod quidem præclariſſimi Præſulis Franciſci Zambeccarii liberalitas facit) locupletiore *Bononienſis* Collegii noſtri S. *Luciæ* ſacri Bibliotheca adſervatas commemoraveram. Superiori Septembri *Bononiæ* tranſiens ab humaniſſimo doctiſſimoque P. *Alphonſo de Maniaco* Bibliothecæ illi præfecto facile impetravi, ut mihi eas liceret deſcribere in hoc volumine divulgandas. Quodnam porro hujus operis inſtitutum ſit, ſatis *Poſſevinus* ipſe in ſua præfetione ediſſerit, ut opus non ſit illud multis aperire. Hoc ſancte adfirmare poſſum, inter eos, qui in *Thuani* Præſidis hiſtoriam calamum acuerunt, numero ſane multos, & ſapientiæ fama celeberrimos (his nuper adceſſit *Hieronymus Lagomarſinius* in actione quadam *Tullio* digna ad calcem ſecundi *Poggianianarum* Epiſtolarum voluminis) neminem a me lectum eſſe, qui gravioribus illam monumentis refellerit, quam *Poſſevinus*. Quid? quod multa heic ſunt ad hiſtoriam ſuperiorum temporum illuſtrandam peropportuna, quæ nec obvia ſunt apud alios ſcriptores, & magna hominis doctiſſimi, piiſſimique, ac præterea *συγχρόνου* auctoritate confirmata. Quamobrem inter opuſcula, quæ heic edimus, nullum lectoribus gratius iſto futurum ſperamus, utiliuſque. Porro Venetiis animadverſiones fuiſſe a *Poſſevino* compoſitas palam eſt. Nam ſub initium præfationis meminit ſecundi tomi ſui *Apparatus* ſub prælo ſudantis, utique Venetiis, unde cum tertio prodiit tandem a. 1606., præterea ubi de Canaii muneribus agit, ac *denique modo*, inquit, *Oratoris apud HANC ſapientiſſimam Rempublicam* (munere) *functus eſt*. Sed & annum quo iſta ſcribebat, prodit ipſe, dum de Clemente VIII. loquens ait: *qui jam tertium, & decimum annum in Cathedra Petri ſedet*. Quum enim III. Kal. Februarias a. 1592. Summam Eccleſiaſtici Imperii habere cœperit Clemens, hæc a. 1604. *Poſſevinum* chartis mandaſſe neceſſum eſt. Quid? quod Auguſto menſe ejus anni ſcripſiſſe ſe *Poſſevinus* diſerte teſtificatur, ubi de Henrico IV. agit. *Dum hæc ſcribo*, inquit, (annus heic in margine adſcribitur 1604.) *ecce miſſa mihi pars Epiſtolæ Regiæ quarta hujus Auguſti menſis datæ ad Virum Illuſtriſſimum Philippum a Fraxinis*. Nec plura præfabor.

Jacobo Auguſto Thuano Senatus *Pariſienſis* Præſidi V. Ampliſſimo.

SI quiſquam eſt, qui bonorum Auctorum, cum primum in lucem prodeunt, delectetur aſpectu, ac lectione recreetur, eum te eſſe, vir ampliſſime, dubium eſt nemini, qui perdoctas lucubrationes, locupletiſſimam Bibliothecam, ſtudiumque continens, ut erga publicam pacem, ſic erga doctos quoſcumque viros tuum cognoverit. Quæ ego diu demoratus in *Gallia*, deinceps autem meliora *Gallorum* ſcripta identidem excipiens, ſic novi, ut raperer deſiderio, mea tibi officia, obſequiaque reverenti animo offerendi, ni mea me tenuitas, ſummaque

que

que negotia tua repreſſiſſent. Jam vero cum primus Hiſtoriæ tuæ Tomus ab Illuſtriſſimo Viro *Philippo a Fraxinis*, qui Regius Orator hic agit, in oculos meos incurriſſet, ex te ipſo potes intelligere, quibus una cum illo (ipſe item utcumque bonorum Auctorum avidus), lætitiis inceſſerim. Certe dies, noctesque (meis licet Editionibus in hoc ſenium reſervatis haud leviter occupatus) eum verſare cœpi. In quo peracre judicium, varietas, & ſeries rerum, eruditionis ubertas, ſtilus ſcriptioni aptiſſimus, vel ipſo primo obtutu ſe ſe prodidere. Quamobrem pudori, quem verecundiam turpem aliquis vocaſſet (1), ita remittendas habenas cenſui, ut fidenter abs te humaniſſimo Viro peterem inter eos, qui Amplitudini tuæ ſunt addictiſſimi, adnumerari; Opem vero conſilii tui aliquam ad ea, quæ mihi ſunt præ manibus, ferres.

Ac quidem haud te fugit, *Apparatui ſacro* me, quod licuit maturioris ætatis addixiſſe, ut cum primus ejuſdem Tomus fuerit hac in Urbe evulgatus, ſecundus jam ſudet ſub prælo, quem tertius, Deo bene juvante, excipiet. Recuſa eſt item hic mea *Bibliotheca Selecta*, in quam dudum e Vaticana Typographia emiſſam, præter reliquas diſciplinas *Apparatum* ad omnes Hiſtorias intuli, noviſſime ſcriptoribus (præcipue *Gallis*) auctiorem. Qui quarto jam excuſus, cum ſit recudendus, ea mihi de Hiſtoria tua habenda eſt mentio, quæ non nomini tuo pluſquam celebri, ſed meis laboribus, qualeſcumque hi ſunt, pluribus etiam noſtri ordinis, qui gentes Indicas excolunt, inſigne ornamentum, & utilitatem adjiciet.

Verumtamen cum in utroque *Apparatu*, videlicet ad Hiſtoricos, & Sacros, non tam judicium, quam teſtimonium de pluribus Scriptoribus ingenue tulerim, vidi nunc in opere tuo de iis aliter agi. Quare diſtineor in ancipiti, qua ſplendore auctoritatis tuæ, qua ſtimulo conſcientiæ meæ. Neque enim velim, dum de tua Hiſtoria egero, videri tibi, tanto videlicet Viro, contradicere: nec debeo veritati obſiſtere, quæ apud te, atque apud omnes probos ſancta eſt. Tu itaque quando ex his, quæ tibi ſcribo, nonnulla ſimul cognoſces, quæ reliquæ tuæ Hiſtoriæ fortaſſe non incommodabunt (obſecro te, pro eo, qui in te viget Chriſtianæ pacis amor) hæc quæ huc adtexam, ad examen revoca, deque iſta tuorum negociorum mole ſubtrahe tantulum ocii, quo me doceas.

De Carolo Molinæo.

Addideram igitur ego ad calcem *Apparatus mei ſacri* jam ſuperiore Anno editi Pontificium Clementis VIII. P. M. qui nunc Clavum Eccleſiæ tenet, Diploma, quo in Caroli Molinæi, *damnatæ* (ut ille inquit) *memoriæ*, opera omnia, & in cunctas ejus Additiones, ſive adnotationes (ut vocat) *marginales*, cenſuram evulgari juſſit anno 1602. die 26. Menſis Auguſti, qui ſecutus veſtigia deceſſorum Pontificum, qui ejuſdem hominis ſcripta rejecerant, ubi vidit, permiſſu aliquando ejus legendi fidelium mentes ſeduci; lectionem, libroſque illius, atque adnotationes omnes ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque cenſuris, & pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis, ac etiam ſuſpicionis ipſius hæreſis perpetuo interdixit, atque prohibuit. Ita Verba Diplomatis habent. Si quæras, cur id fecerit, & quidem anno undecimo ſui Pontificatus, quo toto tam per ſe, quam per doctiſſimos Cardinales huic librorum negotio præfectos, peſſimi quique Auctores, aut ablegati, aut ne legerentur, niſi expurgati, fuere proſcripti, reſpondet id, quod veriſſimum eſt, ad ejus pertinere officium, accurate proſpicere, ne impiorum hominum libris, ac monumentis fidelium mentes ſeducantur, aut quoviſmodo a via veritatis avocentur, neve ipſi Chriſti fide-

 les,

(1) *Plutarch.*

les mali hominis prava doctrina, & impietate fallantur, aut inficiantur. Præterquam quod, ut hæc cura ad Pontifices Maximos ſemper attinuit, quam Gelaſius, & reliqui præſtitere; ſic qui nunc vivit, Juris peritiſſimus eſt, ut jam dudum intellexerit, quæ pernicies in animos ex illius impii lectione poterat derivari.

Tu autem poſtea Vir ornatiſſime, ſive potius alius aliquis (quem forſan pro multitudine tuorum negociorum præteceris editioni Hiſtoriæ tuæ) ais (*pag.* 158.) Carolum Molinæum JC. tam eruditione, ac judicio, quam probitate, ac morum ſanctitate fuiſſe conſpicuum, eumque alibi ab erroribus, & ab injuria, quæ propter exilium ei videbatur illata, quadantenus vindicare eniteris.

At ego in hanc ſcribendi palæſtram Majorum meorum juſſu, & quidem ad ſcrupulos infirmis eximendos ingreſſus, quid agam? Judicio, Doctrinæ, Probitati morum tuorum do, quantum ab quovis alio dari unquam poterit; ſed equidem dare non poſſum, quod tam inſignis Hiſtoria in re non neceſſaria, hac labe fuerit aſperſa. Ad quem cum iſta, quæ jubet Eccleſia, retractandi cura non pertineat, tu Homo es, & certe, ut homines, falli poſſumus. Quin doleo quum quantumcumque non quæſitus, Avum, Parentes tuos, teque ipſum ſemper fuiſſe Catholicum aſſerueris (1) æmulos gloriæ tuæ poſſe ſuſpicari, ſe de Catholicæ Eccleſiæ Poteſtate, hoc eſt de ſumma veritate, aliter ſentire, quam ſentias; cum pro re nata, & quaſi aliud agens ingeras laudes eorum, quorum eadem opera lectionem inſinuas, quæ egerenda ſit, ac prorſus explodenda. Quis enim minus rerum ſciens non probaverit, quum ab eruditione, judicio, probitate, morum ſanctitate legerit a Thuano commendari?

De Joanne Sleidano.

Ac de Joanne Sleidano haud ſemel meo nomine, ac labore ſunt edita, quæ ſic habereut. (2) „ Joannes item Sleidanus, qui ex peſte mortuus Argentorati, „ peſtem alteram ſua Hiſtoria in Germaniam, & alio invexerat, teterrimos errores de Religione, rebusque Caroli V. geſtis continet. De quo homine voces illæ leguntur, & a Julio Pflugio Epiſcopo Numbergenſi Viro ob ſapientiam, & ætatem peritiſſimo rerum Imperii, & ab ipſo Carolo Quinto, ſæpe „ dum ejus legerentur ſcripta, pronunciatæ. *Nebulo ille mentitur*. Hominis vero iſtius fraudem retexit vera edita Hiſtoria, Joannes Fontanus Gallus, & „ Surius, atque alii. Sed & idem Sleidanus cum libros Cominæi latinos feciſſet, quidquid Catholicam Religionem, & cultum ſapiebat, vel ad Sacrificium „ noſtrum corporis Chriſti pertinebat, (quippe Cominæus, ut erat vir prudens, „ ſic erat vere Catholicus) ille alter infelix aut invertit, aut abraſit.

At tu laudas eum, (3) tamquam diligentiſſimum rerum Gallicarum obſervatorem; quem item alibi magnopere extollis, quamquam alicubi lapſus illius in notando tempore agnoſcis, ſed neque alienum a catholica fide fuiſſe ſcribis.

De Philippo Melanchtone.

De Philippo Melanchtone non uno in loco egi (4) qua debebam fide, ac certa notitia de larva illa ementita, cujus fraudibus, nec ad ſervandam pacem, que-

(1) *In Præf. ad Regem.*

(2) *Bibl. Selectæ lib. 16. cap. 6. in editione Veneta an. 1603. apud Altibellum, & anno 1593. lib. 1. c. 19. Romæ ap. Baſam, & alibi.*

(3) *Pag.* 467.

(4) *In refutatione adverſus Chytræum, & in Bibl. Selecta.*

Digitized by Google

quemadmodum neque quorundam aliorum uti voluit Deus, neque tam fœda organa Franciſco I. Chriſtianiſſimo Regi ſiſti permiſit, qui optima licet mente, viſus eſt quidem ejus Operam ad bonum pacis cupere; at aliud pro ratione eorum temporum hærebat in ejuſdem Regio pectore, quod ſatis deprompſit, cum poſtea diceret, vel brachium ſibi velle præcidi, ſi fuiſſet hæreticum.

Tu contra, (1) ubi ejus ortum, vitam, ſtudium pacis, obitum, filias hæreticis elocatas, non ſine laude, ac fuſe commemoras, &, ut iſta non fuiſſent pluſquam ſatis, lectorem ad ejus vitam perlegendam ablegas, quæ ſcripta a Joachimo Camerario, atque a te (cui) jucunde lecta, ais fore, ut non inutilis ſit iis, qui paci Eccleſiæ conſultum velint. Addis Melanchtonem fuiſſe aliquibus Cardinalibus, & viris ejus ævi in Italia doctis in magno habitum pretio.

Veruntamen, quod non ignoras Vir ſapiens, nec dum apparuerant herbeſcentium tunc hæreſum, & Atheiſmorum Melanchtonis zizania, quanta poſtea ſucreverunt. Quare probi illi Viri hominem ſpem ſui callide præbentem, ſed qui eo aſtu diminuens Lutheri, atque aliorum auctoritatem hanc ſibi ſenſim ſurripiebat, allicere ad Eccleſiæ unitatem cupientes, officiis erga illum charitatis uſi ſunt. Fruſtra tamen omnia. Nam neque poſtea Vulpes illa, pacificator ſcilicet tantus, quantalibet oblata publica fide, ad Synodum Tridentinam evocatus, quo vel ab extrema Europa tanquam ad corpus Aquilæ, hoc eſt Theologi, convolaverant, adire, ſuæ inſcitiæ conſcius non eſt auſus, qui tandem dum nectit moras die infeliciſſime clauſo æternam ſibi noctem aperuit.

Simile quid accidit Deſiderio Eraſmo, qui (ut alibi in meis editis ſcriptis admonui) (2) cum Mediatoris nomen uſurpans, bona de ſe polliceretur ſive Bedæ Natali Pariſienſi Theologo, ſive Thomæ Moro Anglo martyri, a quibus admonitus fuerat, ut exemplum D. Auguſtini ſecutus, quæ minus Orthodoxe ſcripſerat, ea retractaret, nec tamen unquam præſtitiſſet, tandem acerbum diem obiit, relicto quidem nomine, ſed pleno crimine: quare & pleraque ipſius ſcripta, ut erat commeritus, proſcripta ſunt, & utinam ejus anima requiem (quod creditu perdifficile) invenerit! Nam novennio poſtquam Sacris initiatus, & votorum ſuſceptorum pertæſus monachatum deſeruit, vaguſque per Europæ Academias obambulans, cum æſtu humanæ gloriæ ferveret, ingenioque, & memoria abundaret, plurima concepit, quæ quoniam unus ipſe concoquere non poterat, neque vero judicium aliorum adhibebat ad limam ſuorum ſcriptorum, quanto plures edidit libros, tanto crebriores cumulavit errores, *major futurus* (ut Cæſar Scaliger dixit (3) appoſite) *ſi minor eſſe voluiſſet*.

Vide igitur, Vir ampliſſime, ne hinc quoque, in re non neceſſaria, iidem æmuli tui dictitent, voluiſſe te Melanchtonis tamquam fratris demortui ſemen ſuſcitare, ſpeciem ſcilicet illius Viduæ, quæ non habet Virum, ac ſterilis Mediationis amplexus; ſcripturi item, dicturive quaſi parum habeamus eorum, qui nos conturbant, revocari nunc hæreſiarcharum ab inferis memoriam; cum etiam eodem in loco Joachimus Camerarius Eccleſiæ, & Cælo jam dudum mortuus, & ab Eccleſia inter auctores primæ Claſſis proſcriptus, abs te tamen celebretur, & ejus lectio ſuadeatur, ut in deſideriis eorum, qui Eccleſiam odio habent, iterum reviviſcat.

Quin & ejuſdem notæ hominem Nicolaum Gerbellium, Virum, inquis, optimum, ac ſuavitate morum excellentem, Joannemque Cuſpinianum commendas, ac ferme horum commemoratione primi Tomi Hiſtoriam claudis, quod profecto Catholicorum Virorum præſtantium laude rectius fieri poſſe, ſpero te ſecundis cogitationibus eſſe judicaturum.

(1) *Pag.* 683. *ann.* 1560.
(2) *In judicio de illo*, & *in apparatu ſacro*.
(3) *In fine lib. Poeticæ*.

Digitized by Google

Ceterum cum Fredericus Staphilus Oſnaburgenſis, præter alios eruditiſſimos Viros catholicos, non ſolum eo tempore vixerit, quo Melanchton, verum etiam ipſum Melanchtonem, qualis eſſet, ſumma fide expreſſerit, ſorſan ſecundæ editioni intexetur, ut, ſi Melanchtonis mentio facienda ſit, illico ejus veneno Staphili Virtutem, Doctrinam, Opera, tamquam antidotum ſubdas, qui Lutheri, & Melanchtonis aſtus, antilogias, impietatem mirifice monſtravit.

Neque enim neſcis, Staphilum, cum inter hæreticos, nondum plane cognita eorum fraude, atque imperitia vixiſſet, iis valedixiſſe, eaque ſcripta Virum doctiſſimum edidiſſe, quæ & hæretici ſummis conatibus connixi ſunt abolere, ac quorum memini in *Apparatu ſacro* (1). Staphili autem vitam paucis (at vere) Hermannus Hamelmannus in libri quinti parte prima de *Scriptoribus Veſtphalicis* eſt proſecutus, ad quam & ipſe lectorem, non ad Camerarium, amandavi.

De Iſaaco Caſaubono, ubi & quædam de Societate Jeſu.

Sed relinquamus mortuos; veniamus ad vivos. Tu (2) cum Chriſtianiſſimum Regem (cui cum ſobole, atque Regina multi anni, omnis pax, & felicitas) merito collaudes, ita ſcribis. „ Sed eſt quod ante omnia tibi gratulemur ob „ Muſas ſedibus ſuis, unde Martis rabies eas pepulerat, reſtitutas, & inſtau„ ratam tuis auſpiciis Pariſienſem Academiam, cui & inſigne ornamentum ad„ didiſti evocato Caſaubono altero hujus ſæculi lumine, atque commiſſa Biblio„ thecæ tuæ Regiæ cuſtodia, ut omnibus appareat tot adorearum nuſquam in„ terruptum curſum, non tam ad majora cupienda gradum fuiſſe, quam ad „ pacem inter vicinos colendam, & feſſis præteritorum bellorum vexatione po„ pulis quietem conciliandam animos feciſſe. „ Hæc tu.

Atqui putarem ego cum cœpi legere, quæ ſcribis de Pariſienſi Academia inſtaurata, Muſiſque reſtitutis, non nihil te ſubditurum de Collegiis Societatis noſtræ, deque ea ab ipſo Rege præſentibus vobis aliis Præſidibus, ac Senatoribus, Chriſtianiſſime propugnata. Sed dum uncia laudis Regi datur, ecce libram, ubi paullo progreſſus ſum, ademptam animadverti.

Neque enim te, qui interfuiſti, fugere potuit, Regem poſt novennii maturam expenſionem, demum poſt varias, ac ſedulas Senatus Veſtri ad ſe evocationes pervigilio diei naſcentis Domini de nobis egiſſe, ſolidiſſimis autem rationibus vos adegiſſe, ut ſocietatem noſtram admitteretis. Sed cum hoc, quod univerſo Chriſtiano Orbi jam innotuit, ſummiſque Principibus ſic acceptum fuit, ut factum iſtud, regiaque ipſa Reſponſa, deſcribi, & in ſuis Bibliothecis æternum aſſervari juſſerint, tu tamen, vel eo ipſo tempore tacueris, quo aures, omnium Pariſienſium iiſdem perſonarent, animique totius Regni maximo gaudio perfunderentur.

At non tacuiſti, cum, tamquam ex eadem fidelia duos parietes denigrans, pupugiſti Theatinos, & Jeſuitas, illos ob affectatam quietis ſpeciem, noſtros ob ſuperbum nomen (addis, (3) ut pleriſque viſum eſt) uſurpatum. At ſi dixiſſes non pleriſque (ſed hæreticis) id viſum fuiſſe, vere, et hiſtorice, non animoſe fuiſſet ſcriptum. Nam JESU nomen, ad quod ubique (præcipue inter hæreticos, & gentes) prædicandum a JESU ipſi ſocietati impoſitum, ni malevoli poſſunt credere, credunt, quibus ineſt interior catholica fides, quique ſciunt id nomen non ſuperbe, ſed Divinitus inditum fuiſſe: Id Pontifices Maximi Chriſti Vicarii,

(1) Vide in verbo *Fredericus Staphilus*.
(2) *In præf.*
(3) *Pag.* 401.

rii, ad quos pertinet de Ovibus, Oecumenica Synodus Tridentina, ſapientiſſimi quique & doctiſſimi Viri, Orbis Chriſtianus univerſus, Indi quoque ac Gentiles pleniſſime comprobarunt. Sed & Chriſtianiſſimus Rex, cujus tu, & nos acerrimum judicium agnoſcimus, calumniam iſtam præſentibus te, cæteriſque collegis tuis, ita noviſſime depulit, ut qui contra audent hiſcere, ii potius ſuperbe, ac maligne ſapere tua in hiſtoria ſint conſignandi.

Sed de Jeſuitis (inquis) erit deinceps dicendi locus, ſane. Sed & qui de rebus tuis ita ſcripſiſſet, quis dubitat te illico dicturum, *& deinceps erit reſpondendi locus*. Itaque (ut comicus ille dixit) *qui loquitur, quæ non decet, audiet, quæ non vult;* videlicet ſervis Chriſti nec deeſt animus, nec atramentum exaruit, qui etiam pro veritate, cum hoc poſcit gloria Dei, ſanguinem liberaliter profundunt.

Scilicet autem ad inſtaurandam, ornandamque Pariſienſem Academiam deerant virorum Catholicorum lumina, & nomina, niſi unicum Iſaaci Caſauboni Calviniani hominis nomen quaſi in fronte Operis, tamquam Idolum, fuiſſet erectum.

De quo ego homine nihil hic gravius dicam, a quo procul habeo cauſſas. Fidem illi Catholicam, & ſalutem æternam ſicut mihi ipſi, percupio. Sed ſi tibi Vir clariſſime dixero, potuiſſe iſtud taceri, quidquid nonnulli ipſum in oculis, & oſculis habeant, ad te ipſum provoco, quem ſedatiore animo tua ſcripta expendentem, deque variis varia forſan ſubinde auditurum, non dubito.

Neque vero, ex ſe ipſo eum evocatum a Rege, jampridem intellexi, ſed a Philippo Canajo a Fraxinis, qui maximis muneribus pro Rege fideliſſime perfunctus, eo animo ejus Majeſtati propoſitus eſt, ut e Geneventi Antro, ubi educatus fuerat, jam Catholicæ Eccleſiæ luce conſpecta ſenſim in ſalutis ſemitam adduceretur.

Id quod idem Philippus optaverat de altero, qui non aliquo uſque humanioribus litteris tinctus, ſed ſolida imbutus Philoſophia, cum ſolidius quam Caſaubonus veritatem pendere potuiſſet, Genevam denique Lauſanamque deſeruit, ac Divione, quæ ejus erat Patria, ante paucos aliquot annos catholice obiit; non ſine tamen ſuſpicione veneni, quod illi per hominem Geneva ſubmiſſum propinatum fertur. Sic enim hæretici illinc ſolent ſuo nomini conſulere, qui primarios viros ad unitatem redeuntes modo *transfugas*, *Apoſtatas*, *Idololatras* vocitant, modo etiam pro ſua charitate curant interfici. Et is quidem fuit Claudius Camperius Trium-Curianus Philoſophus, & Medicus, qui ut Bezæ, & aliorum hæreſes funditus noverat, ita egregie retuderat.

Deinde Academia Pariſienſis non eguit Caſaubono, quem potius conſtanter recuſavit; quare nec publice docere potuit unquam. Et certe inſigni iſti Academiæ, quæ a Carolo Magno inſtituta, uſque ad hæc tempora Catholicam ſemper fidem, & docuit, & quoquoverſum propugnavit, inde non ornamentum, ſed nota fuiſſet inuſta.

Neque item Rex ei cuſtodiam Regiæ Bibliothecæ alio conſilio attribuit, quam ut ex perenni aſpectu tot Catholicorum Auctorum, tot Patrum, tot Synodorum, qui in illa aſſervantur, Caſaubonus, qui catallas alias farraginum diverſarum ſectarum eatenus tractaſſet, inciperet meliora concipere, concepta parere, denique, quo cœleſti lumine vocatus eſt Rex, eodem & ipſe accedere non erubeſceret.

Viden ſapientiſſimum Regis conſilium, qui Divinam Providentiam imitatus, diſſimulat peccata propter pœnitentiam? Quamobrem a te tamquam a verace Hiſtorico ſpero fore, ut ſuum in locum inſeras hoc factum. Cæterum cum tot annis, ac talis Bibliothecæ conſpectu nunquam mutatum Caſaubonum videamus, at contra non tam privatim, ac domi ſuæ, verum etiam alibi ſemina pergentem ſpargere, unde nec catholica pax, nec quies Regni coaleſcat, quorſum laudare, & extollere, quem tolerare eſt pluſquam ſatis?

Dicis, Qui ſcis, virum modeſtiſſimum, pacate viventem, ſuis in libris perpetuo

Digitized by Google

petuo fixum, aut aliquod adverſus Catholicos effutire, aut deſperandum, quin, ſi commode cum eo agatur, daturus ſit tandem veritati manus? Reſpondeo. Si tu, cæterique in eodem poſiti gradu, ad quem tua te virtus evexit, ſerio cum illo de ipſius ſalute ageretis, Deumque ſedulo precaremini, ut ad Catholicam Eccleſiam accederet, ſperarem a Regno Dei haud procul abſuturum. At, ſi ſtudiis, laudibus, ceteriſque omnibus officiis eum ita fovetis, ut facitis, ecquid cogitatis ab illo de ſe ipſo primum, deinde de vobis præſumere? Jacet ille interim in ſuo cœno, ac, ſi quid poteſt, tentat in corda veſtra infundere virus, certe maculam aliquam nomini veſtro ſuffundere, qua ſordes ſuas tamquam aliquo velet integumento. Quid ſit autem id, quod dico, *ſerio cum illo agere*, nil ſcirem aptius proponere, quam, ſi Philippi Canai poſtremam ad eum cordatiſſimam Epiſtolam adſcriberem. Quæ ita habet.

„ D. Iſacco Caſaubono Philippus Canajus a Fraxinis ſalutem D.

„ Quo ſæpius, & attentius tuas IIII. Non. Septemb. datas pondero, & examino „ Vir Maxime, & altius, & gravius mecum doleo, quod neque chorda ſonum „ reddat, quem vult manus, & mens, Poſcentique gravem perſæpe remittat acutum.

„ O intrepidam, & illepidam infantiam noſtram! Amphora cœpit
„ Inſtitui, currente rota cur urceus exit?

„ O utinam infelicis iſtius ſchedii copia daretur, quod tantopere a noſtra men„ te diſceſſiſſe aſſeris, ut te hypocriſeos, & diſſimulationis inſimularit, cum „ nihil tale ne per ſomnium quidem in animo habuiſſe, ſed tui dumtaxat & „ præſentis ἀπρεπηγορίαν, & abſentis negligentiam jocoſe, & hilariter carpere vo„ luiſſe, perſpicacem illum teſtari poſſum,
„ Quem quod arcano latet in receſſu
„ Clauſum pectoris nil latet.

„ Quam tu Clar. Caſaubone Socratica nimis ironia accuratam ſcriptionem „ vocas, animi partim maledicorum morſibus, partim conſcientiæ ſtimulis acrio„ ribus incenſi impetum, & πονηρῶς fuiſſe, melius ipſe noſti, qui placide, & „ attente legiſti, quam ipſe ego, qui œſtris illis percitus effudi, & ſanguino„ lentam, & tantum non viſam expoſui. Sed quantum memoria repetere li„ cet, ſi quid habebat, quod minio illo tuo notari meruerit, & unde niveo „ pectori tuo cor, & cor tribui, aut falſi ſpeciem aliquam aſpergi colligere, „ potueris, inde erit fortaſſe, quod alicubi dixerim, te arbitrio tuo non uti, & „ Calvinianæ ſpeluncæ portenta, abſurda, nova, inaudita, neminem te melius „ videre. At quomodo hinc efficere potueris tibi his verbis alterplicis notam inu„ ri, vel τὸ στεῤῥὸν, καὶ ἀκλόνητον τῆς σῆς γνώμης in dubium vocari, equidem lippien„ tibus his oculis nondum perſpicere potui.

„ Arbitrium apud Juris noſtri Auctores duplex eſſe non ignoras, Merum ſci„ licet, & Arbitrium boni Viri; Stipulationem in Promiſſoris, aut Legatum in „ hæredis arbitrium conferre ineptientis eſſe: At ſi in Promiſſoris, vel hæredis „ tamquam in boni viri arbitrium conferatur, legibus id probari, & moribus, „ uſuque quotidiano recipi, memini me olim didiciſſe. Itaque ſicuti dixi, te ar„ bitrio tuo non uti, non tamen hoc protinus verba illa ſonant, non hoc mens „ noſtra cogitavit (apage ab hac anima tantam ſiniſteritatem) te aliud corde „ ſentire, aliud fronte promptum gerere: ſed quoties a viri boni, eruditiſſimi, „ omnium ſeculorum, omnium ſcientiarum peritiſſimi arbitrio diſcedis, toties „ te arbitrio tuo non uti ſi dixero, te fortaſſe a mala educatione corruptum, „ & inveterato habitu detentum, in ea re tui ſimilem non eſſe, & non be„ ne arbitrari dixero, hyprocritam tamen, & in religione falſum, aut menda„ cem nullus dixero. Faceſſat igitur κατιβολῆ σου ſiniſtra illa, & nimis a noſtris „ ſenſibus aliena ſuſpicio tua. Nam ſi quid uſquam ſcripſerim, quod in illam „ partem, vel ab ipſa calumnia trahi poſſit, totum id deleri, induci, in„ ſcribi, abradi, volo, jubeo, impero, mando.

„ Nunc

,, Nunc igitur ab omni mala opinione liberatus, & veri, veteris, ſinceri, ami-
,, ci auribus, libertatibus, auctoritatibus reſtitutus unum, aut alterum gryphum
,, proponere mihi licere velim.

,, An ullo unquam ſæculo Eccleſia Chriſti presbyteris, & Epiſcopis, qui or-
,, dinatione, ideſt Juriſdictione presbyteris eſſent ſuperiores, caruerit: aut Dia-
,, conos ideſt Miniſtros Presbyteris ipſis præpoſuerit?

,, An unquam a Chriſto nato, Deus neglecta, & abjecta vocatione ordinaria,
,, per homines laicos nullo Eccleſiaſtico charactere inſignitos, damnata Eccleſiæ
,, doctrina, & diſciplina nova dogmata docuerit, novum altare erexerit, novam
,, vocationem, & miſſionem inſtituerit; Muſicos denique per Immuſicos emen-
,, daverit?

,, An quod nuſquam fuit quodque unquam fore nuſquam ſcriptum reperitur,
,, Calvino, Luthero, Zuvinglio licuerit, nempe ſe Eccleſiæ novæ condendæ, re-
,, formandæ triumviros profiteri?

,, An tibi Ill. noſter Thuanus, in Eccleſia nuper nata, natus, & educatus
,, videatur, cujus nulli Annales, ſeries nulla, memoria nulla? An Calvinus con-
,, tra Patrem ſuum laudare poſſit? At tu fortaſſe, ad gryphos, inquis, aures ar-
,, rexeram: Atqui non aliter quæreret olitor, aut aliquis de gente hircoſa Cen-
,, turionum. Sic eſt profecto. Sed ſic ruſtice, & ſimpliciter juvat quærere. Ab-
,, ſtruſa, ardua, dubia non attingo. In re tanti momenti argumenta, quæ vi-
,, deri, quæ palpari poſſint, deſidero. Quid adeo Philoſophus, & Chriſtianus,
,, Græciæ Diſcipulus, & Cœli, famæ negociator, & Vitæ, Verborum, & fa-
,, ctorum operator, Veritatis interpolator, & integrator, furator ejus, & cu-
,, ſtos? Tertullianum agnoſcis. Salutem non ſcientiam tuam quæro. His igitur
,, pauculis quæſitis (cum de ſuperioribus illis quæri, quam quærere malueris) te per
,, ſanctiſſimum amicitiæ noſtræ nomen, per immortalem dexteram tuam tot
,, monimentis æternitati conſecratam, per ſitim illam inextinguibilem tuæ ſa-
,, lutis, quam ſitire prius non deſinam, quam te relictis arentibus hæreticorum
,, puteis ad perennes, & dulciſſimos Eccleſiæ fontes appulſum videro, ut can-
,, dide, & breviter reſpondeas, oro, obſecro, obteſtor: Hac tamen lege, ne
,, mihi ſatisfactum putes, ſi me ad Scripturarum Tribunal obtorto collo rapue-
,, ris. Omnia, inquit Tertullianus, adverſus veritatem, de ipſa veritate con-
,, ſtituta ſunt operantibus æmulationem ſpiritibus erroris, qui tamen albi ne eſ-
,, ſent, an nigri, Zuvinglium, & Lutherum diſcernere ſe non potuiſſe, inge-
,, nue profitentur. Sed vanum iſtud terriculamentum, fatuoſam dico ſcriptura-
,, rum provocationem Magnus ille Ebroicenſis Epiſcopus ita diſſipavit, ut vel
,, ſuis ipſis auctoribus ludibrio eſſe poſſit. Ne igitur cum vetere amico ex ve-
,, tere illa Voluſiana formula egeris; ſed ita ut homini veſtris hypotheſibus pla-
,, ne non addicto, rationis tamen lumine non penitus deſtituto ſatisfieri poſſe
,, reprobe noſti: Ego interim Deum orare non deſinam, ut quam mihi pœnitu-
,, dinis, & reſipiſcentiæ mentem quamvis immerenti, indidit, tibi maximo tuo,
,, & Eccleſiæ ſuæ bono concedere dignetur. Vale. Venetiis XI. Kal. Novemb.
,, CIↃCLCII.

Atqui, licet ex hac cordatiſſima epiſtola intelligas, qua animi impotentia Caſaubonus Catholicam Eccleſiam, ejuſque optimum filium Canajum proſciderit; quæ tamen is ipſe antea Danieli Tileno, ceteriſque miniſtris hæreticis, etiam iis, ſcripſerat, qui Gergaviæ (1) ad ſynodum (ſi Deo placet) convenerant, planum faciunt; quæ mens, qui animus ſit in propoſito ſuo perſtantis.

Et quidem ſcribens ad Amicum de Ebroicenſis Epiſcopi, qui noviſſime creatus eſt S. R. E. Cardinalis, collatione ad Fontem Aquæ Bellacum cum Mornæo, quam ille *Congreſſum Diomedis cum Glauco* nominat, primo inquit. ,, Si Mor-
,, næum

(1) *Gergavia prope Aurelianos.*

Digitized by Google

„ næum ſua prudentia non deſtituiſſet, is nunquam ejus certaminis aleam „ ſubiiſſet. „ Mox addit. „ In eo negocio toto a principio uſque ad exitum οὐδ' ὁτιοῦν φρονίμως διεπράχθη ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος εἶναι, καὶ οὕτως ὡς ἀληθῶς τρίβωνι τῆς σοφιστικῆς πραγματείας καὶ περὶ ταῦτα δεινός „ quibus verbis quamvis (quod hæretici ſolent, qui veram Theologiam nunquam deguſtarunt) ſophiſmatibus ſolidam Ebroicenſis veritatem tribuat, non negat tamen eum in diſputatione vere eſſe potentem, & vere Mornæum imprudentiſſime ſemper egiſſe. Tum de eodem Mornæo iterum ſubdit hæc verba. „ Atqui (de Mornæo loquitur) Vir „ ille duodeviginti ipſos menſes inſumpſerat in hanc unam curam, ut ſi„ quid in eo libro, vel ὄντως, vel φαινομένως μεμπτὸν ineſſet, id omne rimaretur. „ Vides vir clariſſime, qui ei negocio una cum Caſaubono Arbiter una cum aliis a Rege conſtitutus interfuiſti, quid effecerit, quidquid extra Catholicam Eccleſiam potuerit diſcernere ventoſi capitis imperitia, qui rimatus omnia nihil veri eſt aſſecutus. „ Quamobrem Caſaubonus, ut ſimiles habent labra lactucas, ſubdit; „ Equidem in lacrymas pene adducor, quoties ſubit ani„ mo triſtiſſima illius diei ſpecies, cum de ingenua nobilitate, de excellenti in„ genio, de ipſa denique veritate pompatice adeo vidi triumphatum. Non de„ ſunt „ (inquit) „ qui τὸν μάθοντα hic accuſent. Sed neque Patroni illi deſunt. Nos „ quoties apud ipſum amici viri cauſſam agere inſtituimus, reſponſum hoc tu„ limus, *Sibi imputent*. Ego quid feci? Atque hæc quia valde hoc velle viſus „ es, ad te ſcripſi prope invitus. Nam & memoriam illius rei luctu refugit ani„ mus: & propter negocium iſtud integritas noſtra tot calumniis appetita eſt, „ ut infelicitatem ſeculi, & averſa a ſimplici vero ingenia, hoc maxime expe„ rimento cognoverimus. „ Utinam vero hæc verba in ſe ipſum, & in Mornæum retorſiſſet, quibus & infelicitas hæreſeos, & averſio a ſimplici vero aptiſſime quadrant.

Addit: „ Itaque τὸ κατὰ λεπτὸν noli a nobis exigere. „ Sane quidem, quoniam qui velit exigere, quæ in ea collatione præſente Rege, totque Principibus ac doctiſſimis Viris geſta ſunt, mirabitur accidere potuiſſe, ut Mornæus, qui pleniſſime falſi convictus, febrimque prætexens, luctam poſtridie ejus diei, ac ſequentibus, cum eximio Athleta ſubterfugit, auſus ſit tamen iterum non ſolum imprudentiſſime, ſed impudentiſſime contra fidem tot oculorum, & aurium, atque adeo contra teſtimonium oris, & calami ipſius Chriſtianiſſimi Regis, ſpargere, quæ ſoliti ſunt hæretici, mendacia putidiſſima. Videlicet, quod facile reminiſceris Vir maxime, tum Rex libros ipſos e quibus Mornæus numquam forſan a ſe lectis, certe non intellectis ſacrilegia illa contra Divinam Euchariſtiam detorſerat, conſpicatus, & relegens alta voce pronunciavit. (1) „ Ego quidem, „ amici, numquam, ne tum quidem cum videbar alienior a catholica religio„ ne, ullam extare veram Eccleſiam præter Romanam eredidi. Quod ſi aliquos „ in eam abuſus irrepſiſſe ſive Purgatorii, ſive Interceſſionis Sanctorum, quos „ hæretici mihi obtruſerant (2), jamdudum ita ſum eos deteſtatus, atque de„ teſtor, ut pro iis ipſis tamquam fidei veriſſimis articulis paratus ſim mori.

Sed Caſaubonus, qui in hoc negocio a Rege ſapientiſſimo, unus, & ipſe vobiſcum fuerat Judex conſtitutus, ut vel converteretur ad fidem catholicam, vel certe (quod fecit) confunderetur, malum malo inverecunde, ac putide adjecit, Eccleſiæ Catholicæ tenebras, ſibi, & ſuis lucem objiciens, ac tamquam non mentiens ſe, & Calvinianos tenebras manere denſiſſimas diſertiſſime ſcribit. Itaque Epiſtolam ſuam claudit his verbis. „ Deus Optimus Maximus languentis „ Eccleſiæ ſuæ miſereatur, ſed nos, niſi vanum augurium eſt noſtrum, tenebræ „ manent denſiſſimæ, & ex imperitiæ quorumdam, aut perverſa aliorum ſcien-

„ tia

(1) Nota Regis profeſſionem Fidei.
(2) Aliquod verbum hic deeſt, puta *Credidi*.

Digitized by Google

„ tia errores (1) ψαμμα κοβιογάγγαρτι, ἐπεὶ τὸ γινόμενον ὀξῦνει μὴ τὰ τὰ γράμματα ν μαθαινοντι · οἱ δ᾽ ἐπ᾽ ἀρεσκομ μαθάνοντι ἀλλὰ ταῦτα ὑμῖν σύςημα καθω. „

Extat apud nos integra hæc illius Epiſtola, ut aliæ, quas cum audirent etiam Gergaviæ Miniſtri, ecquos putas in corde, deinde item inde ex ore riſus effudiſſe? Noverunt enim hominem, pluribuſque illorum interior conſcientia ſtimulos addit, qui niſi carnalibus amplexibus, & male quæſita fama detinerentur, ad unitatem Eccleſiæ redirent. Quod tamen, quæ Deo ſit gloria, plures faciunt alibi.

Expenſio alterius Epiſtolæ Caſauboni.

At forſan Caſaubonus poſt Mornæum, non ſolum ab Ebroicenſi, verum etiam a ceteris doctiſſimis viris depreſſum, reſipiſcere incepit? Nihil minus. Nam & ſequente anno (2) alteris ad Gergaviæ congregatos Miniſtros hæreticos litteris datis, vide quid e ſuo pectore prompſerit. Primum enim eas inſcribit his verbis.

„ Patribus ſumme Reverendis, Eccleſiarum Orthodoxarum Paſtoribus ad Sy„ nodum Gergaviæ congregatis Iſaacus Caſaubonus ſalutem a Deo Opt. Max. „ precatur. „ Sic ille.

Ex qua inſcriptione vide amabo, Thuane doctiſſime, num illud (3) Lyrici in eum quadret,

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Et undenam didicit ſummam reverentiam deberi hominum fœci, cui vel ipſi inimici noſtri Proteſtantes, & aliæ ſectæ igni, & aqua interdicunt? Nimirum quod eſt in Proverbio, *Mulum muli ſcabunt*. Nam & ſimiles mulis hæreticos ſcripſit Clemens Alexandrinus, et calcibus eos impetituros Chriſti Altaria Antonius Magnus Ægyptius divinitus prænovit.

Sed quæro, cur *Paſtores*, & *Synodum* vocet illos, qui a nullo legitimo Epiſcopo Præfecti ſunt; hanc quam Auguſtinus, & ceteri Patres *conventiculum* mitiſſimo nomine inſcripſiſſent?

Porro earumdem litterarum Argumentum eſt, ut ſe purget cum ſuis ſymmiſtis, quod percrebuiſſet apud eos, ſe ad Eccleſiam Catholicam exemplo Philippi Canaj acceſſiſſe. Ingens ſcilicet facinus, ſi hoc feciſſet.

Addit, Gaſparem Schæperum, quem appellat *juvenem amæniorum Muſarum*, καὶ τῆς εὐγενοῦς παιδείας *amantiorem* pluribus amicis, & quidem Romæ per epiſtolas id divulgaſſe: cum Schæperus ipſe jam rejecta hæreſi Catholicam religionem fuiſſet amplexus. Quin & ſubdit creditum iſtud fuiſſe, quoniam vir magnæ auctoritatis (Philippum Canajum intelligit) magniſque in eundem Caſaubonum meritis, & ipſe ad eandem Eccleſiam Catholicam tranſitum fecerat, neque eſſet obſcura amicitia, quæ illos jungebat. Ita, & poſtea se Vir clariſſime, & ab homine etiam tibi magnis tuis meritis devincto expecta, ſi qua ſe occaſio det, ut te apud iſtos gregales ſuos qua ſolet caritate depexat.

Deinceps litteris concludens, ait, ſe in hæreſi conſtanter perſtiturum, qui ex hæreticis Parentibus natus, Genevæ educatus, ubi & filios educaverit, non circumferatur omni vento doctrinæ; denique precatur iis laborum præmium his verbis.

„ Deum (inquit) veneror ſupplex, det nobis laborum veſtrorum, quos in „ tuitione Orthodoxæ religionis ſuſtinetis maximos, hunc exoptatiſſimum fru„ ctum; ut ad veritatis agnitionem, & vere Chriſtianam concordiam Galliam „ univerſam videamus tandem conſpirare. Valete Patres Reverendi, et me or-

M m „ dinis

(1) Sic & in codice corruptus eſt hic locus. Item pag. anteced. in Græco ἀνδ᾽ ὀτινῦν &c. & infra ὄψε θεὸν &c.

(2) 1601.

(3) Horat.

„ dinis veſtri obſervantiſſimum veſtra benevolentia dignum habete. Luteciæ Pariſiorum Pridie Non. Majas 1601.

Alia epiſtola ſequente anno ſcripta quemnam Caſaubonus animi ſui ſenſum de Catholica Religione promſerit?

Et vero, quoniam gutta cavat lapidem, rejectis ab Ebroicenſi proprio libro Recriminationibus Mornæi, refutato item Danielis Tileni Miniſtri hæretici libro, Caſaubonuſne tandem ſapere viſus eſt? Minime gentium. Nam ſequente anno 1602., ipſo tertio Kal. Sextilis Juliani, cum ad eumdem (1) ſcripſiſſet ſe incredibiliter delectari ejus ſcriptis, „ ab eorum (inquit) lectione numquam niſi „ melior diſcedo, et doctior. At erit unquam illa dies, cum Antagoniſta tuus „ veritati manus det? „ Vide & hic, o optime, quorſum ruat adulatio, & inſcitia. Nam loquitur de Ebroicenſi, qui poſtea doctiſſimum librum ſcripſit contra Tilenum, ex quo libro niſi Caſaubonus voluit proficere, mirum non eſt, ſi qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc, & ſine corde pectus oſtentet. „ Sane vetat (in- „ quit) hoc nos de illo ſperare (quod ipſe ad ſeſe contra Ebroicenſem de- „ torquet) ἡ τῆς καρδίας πώρωσις πάθος θεήλατον eorum hominum, qui agnitam ve- „ ritatem infeſto animo perſequuntur. „ Sed enim cum duobus hiſce ſplendidis luminibus Ebroicenſi, & Canajo acies oculorum Caſauboni nimis eſſet perſtricta, ubi locutus eſt de Ebroicenſi, rurſus Canajo telum inieniat dicens.

„ Miſeret me illorum, maxime autem veteris amici mei, qui Veneriis nuper „ ad me litteras dedit accuratiſſime ſcriptas, ut me ad ſuas partes traheret. „ Hic vir ingenioſiſſimus, & facundiſſimus multis diſputat extra Eccleſiam eſſe „ me, quæ una ſit, Romana nempe omnibus numeris perfectiſſima. Hæc uno Chri- „ ſto legitima ſponſa. In hac una ſperanda ſalus, & hoc genus quiſquiliarum. „ Noſti enim repoſitam toties crambem. Ille autem non contentus immeritis „ laudibus Romanam Eccleſiam ornare, noſtram inſuper conviciis proſcindit; & „ quanta maxima poteſt ingenii vi noſtros lacerat, improbos, impios, irriſores „ nominans, & turbarum Auctores. Et quid non? Heu miſerum οἷος ἐξ οἵου. Ita „ me Deus amet, chariſſime Thilene, ut ad lectionem illam totus cohorrui. Vi- „ debar enim videre imminentem Dei dexteram, & ultricem manum. Ne nunc „ quidem extra pavorem ſum, & illud cogito ὀψὲ θεοῦ ἀλέουσι . . . δὲ λεπτά. Det „ illi Deus rectam mentem. Idem te ſervet, & amorem tuum mihi. Vale. „ Scripſi raptim III. Kal. Sextilis Juliani CIↃICII.

Num poſt annum 1602. Caſaubonus aliquod ſpecimen pietatis erga Catholicam Religionem dederit?

Ubi in primis de Converſione Philippi Canaj a Fraxinis V. C.

Utinam vero Caſaubonus, qui de converſione Canaj ſe tantopere cohorruiſſe ſcribit, ut dexteram Dei adverſus eum vibrantem fulgura ſibi videatur aſpicere, cohorruiſſet ad cæcitatem ſuam, qua perrexit ſequente biennio cum infelici opere non phrygio, ſed ſinonico varia intertexere Hiſtoriæ ſuæ, quæ alioquin tamquam gemma ſine maculis enituiſſet.

Sed videamus quænam, & unde fuerit Canaj converſio, quam ſi ſuo inſerueris loco, ne tu haud reus criminis eris, dum opus Dei tam inſigne poſteritati reliqueris. Eam igitur huc interim adtexam, quando illam de homine temperatiſſimo a me propemodum extortam, vix credo cuiquam ita apparuiſſe.

Decimum agens annum inſidioſe ab hæreticis circumventus, & Geneveniſibus libellis objectis irretitus eſt ad eos legendos, atque ad Miniſtros verſipelles audiendos. Qui cum ei nil niſi Verbum Dei (verbo licet tenus) intonare viderentur, cœpit in fide nutare, quem tamen avita majorum, parentiſque ſapientiſſimi religio cohibuiſſet, ſi puero mens circumſpectior fuiſſet, neque Deus permittere voluiſſet, ut deinceps ex eo lapſu reſurgens, præſentibus, ac poſteris exi-

(1) Tilenum.

Digitized by Google

eximium pietatis exemplum exiſteret. Quid plura? Perſecutus ſtudia adoleſcens ingenioſiſſimus Juriſprudentiam didicit, & peragrata Europa Byzantioque hinc, inde autem Moſcovia ſpectata mores multorum videns, ceteraſque diſciplinas addiſcens, ad Regis, qui nunc vivit, partes accedens legati munere in Germania, in Anglia, in Galliæ rebus adminiſtrandis, Præſidis autem in Aquitania, ac denique modo Oratoris apud hanc ſapientiſſimam Rempublicam functus eſt. Ac cum in hæreſi triginta annos perſtitiſſet, reliquum vero decennium tacitus Catholicam lucem continenti Patrum lectione, orationeque ad Deum impendiſſet; quo tempore item in *organum Ariſtotelis* grande, et inſigne opus emiſit. Quippe ſæpe cum Miniſtris Proteſtantium, ſæpe cum Beza, ceteriſque Calvinianis ageas, quæ perperam ab iis dicerentur, ac fierent, vir perſpicax obſervans, non auſus tamen ſe prodere, diſtulit, donec acrius pungente conſcientia libere ſe Epiſcopo ſuo Pariſienſi ſiſtens, hereſimque omnem cupidiſſime ejurans, ſummam hæreticis, ut noſti, intulit cladem, qui ſibi illum tamquam columen præferebant. Ac quidem ſeptennium antea (1) dum militem ageret in Germania ad Regem, qui tunc Navarræ tantum dicebatur, prope Morinos tranſiens, ubi ſororem vere piam, & Catholicam nobiliſſimo Viro, qui paullo ante deceſſerat, nuptam (2) inviſere voluit, hæc de illa audivit: *Hem Domine mi frater te conſpicio totum in armis, ac pro hæreſi tantum non præliantem. At ſcito, te fore aliquando Catholicum.* Is contra miratus, qui animum ſuum nemini ea de re unquam patefecerat, *Qui ſcis* (ait) *mea ſoror id futurum? Dicam*, inquit, *mi frater. Conſternatæ animo, quæ hac juvenili ætate* (et vigeſimum dumtaxat annum attigerat) *conjuge mortuo* . . . . *filiolam, quæ graviter e morbo decumbebat, ſuperſtitem percupiebam, ac Chriſtum Dominum noctu flenti, ardentiuſque precanti, ne me eo filiolæ ſolatio deſtitueret, is apparuit dicens;* Elige tibi, ſive ut filia moriatur, ſive ut frater tuus mihi reviviſcat, et catholicus fiat. *Tum ego* (ait illa) *Domine Jeſu trado tibi filiam lubens, ut fratrem recipiam. Sic filiola ſtatim expiravit, ac illa ſine labe ad Cœlum migrante, certiſſima ſemper fui, te ad Catholicam Eccleſiam rediturum.* Quæ verba alte Philippus animo recondens, licet vix ad ea tunc reſponderit, agnovit fuiſſe prolata divinitus, Divinamque Providentiam, & Miſericordiam ſuſpicit, quæ eo quaſi filiolæ ſacrificio Sorori ſe ipſum reſtituit, omnino ſtatuit, vincula, humanoſque nodos obrumpere, quibus detinebatur. Quod dum ob turbas Regni tardius fieret, ubi tamen in rem contulit, vix ulla dies abiit, quin a Deo veniam ſuæ cunctationis precetur. Quam tamen, et frequenti Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti uſu, & lectiſſimæ fœminæ Uxoris ſuæ, atque Filiorum, qui fuerant inter hæreticos nati, atque aliorum, quam procurat identidem, converſione compenſat. Quamobrem mirum non eſt, ſi eodem ſpiritu actus idem exoptavit Caſaubono, cui, ſi ſaperet, ſquamæ deciderent ex oculis, quæ dum hærent, palpat in meridie cœcus.

De Emmanuele Philiberto Sabaudiæ Duce; deque Milite contra hæreticos miſſo, qui in Vallibus ſubalpinis ſedes adhuc habent.

Emiſeram ego ab Innocentio nono Pont. Maximo juſſus, atque eodem tempore a Guglielmo Bavariæ Duce de re eadem clementer admonitus librum, qui inſcriptus eſt; *Judicium de Nuæ Equitis Galli, Joannis Bodini, Philippi Mornæi, Nicolai Macchiavelli, & Antimacchiavelli quibuſdam ſcriptis.* Is liber primo Ro-

(1) anno 1588.
(2) Ea vocatur Maria Domina de Plenvilla.

mæ ann. 1593. Lugduni autem 1594. apud Joannem Baptiſtam Buyſſonum, deinceps item Cracoviæ prodiit. Et in hoc opere cum de rationibus ineundæ pacis conatus ſim accurate diſſerere, de quibus ſæpe, nimirum in Polonia primum, & in Suetia, atque in Livonia, mox in Moſcovia, denique Cibinii in Tranſylvania, mox Caſſoviæ a Ruberto Prorege, ut & poſtea Dreſdæ in Saxonia mecum fuerat actum, præter alia intexui exemplum Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, apud quem initio reſtitutæ illi ditionis fueram diu. Tum igitur de illo hæc, quæ jam edita cernere, ſi libuerit, poteris (1).

„ Emmanuel Philibertus Dux Sabaudiæ Sereniſſimus in ſubalpinam ditionem „ ſuam recipiendam deſcendit. Diuturno bello, vicinaque hæreſi totus ille tractus „ nutabat in fide. Præcipue Civitates ſenſim dilabebantur. Miniſtri hæreticorum „ circumcurſabant libere. Nam ex vallibus Angroniæ, Lucernæ, & aliunde „ erumpebant ſtatis temporibus, qui cœnam illam impiam, & virus circumquaque ſpargebant. Illecti plures, qui furtivas illas aquas ebiberant, jam Eccleſiis, „ jam corpori reliquo internecionem minitabantur. Venit igitur Princeps ille. Non „ tam recepit ſibi ipſi ditionem, quam Deo reſtituere ſategit. Præmoniti populi, ut „ peſtem librorum, & hæreſum exploderent, pauci pervicaces puniti, Arces „ conſtitutæ in primariis Civitatibus, & præſidiis firmatæ; ut populum in officio, cum opus eſſet, continerent; inſtituta Collegia, in quibus pietate cum „ diſciplinis, et ſtudiis litterarum adoleſcentia excoleretur, avitam religionem „ ſubalpinis illico reſtituerunt, et ab aliis finitimis regionibus averterunt. Idem „ autem in Sabaudia tota ſecutum eſt, unde propagati fines, & recepta ſunt de „ Bernatibus oppida; quamvis circumquaque non ſolum eſſent, verum etiam „ bella moverent hæretici, nihilque non agerent Genevenſes, & Delphinates, „ & ipſi quoque in viſceribus ſubalpinis Salucii, ne ſibi in Italia ad hæreſes diſſeminandas aditus præcluderetur. Sed & Deus, qui principes prælia Domini „ pugnantes melioribus coronis ornat, filium illi dedit præter omnem ſpem ex „ matura uxore: eum, qui nunc regnans, & regio, atque omnium honorificentiſſimo vinculo cum Catholico Rege aſtrictus, ſuſcepit Auguſtam prolem, ex „ qua catholice, & ſancte educata, ſperanda eſt acceſſio reliquæ Sabaudiæ ditionis, quam male partam Calviniani adhuc contra jus, Evangeliumque, retinent. An ne igitur ſi mixtam colluviem illam permiſiſſet Emmanuel Philibertus ſuo arbitratu vivere, non exundaſſet hæreſis in viſcera Italiæ, cuius „ ſane faciem nunc deformiorem haberemus, quam pro tempore Ariani, Gothi, „ Hunni, Vandali Europam, & Italiam ipſam devaſtarunt. „ Hæc ipſa tunc. Tu vero in præfatione Hiſtoriæ ſic modo.

„ Emmanuel Philibertus, cum ſive ad excitandam ſui in Italia famam, ſive „ ut aliis vel cum periculo gratificaretur, damnoſo adverſus Convallenſes ſe bello implicuiſſet, mature pœnitentia errorem damnavit permiſſa innocentibus „ alioquin populis Religionis libertate, pacemque cum iis factam deinceps religioſe ſervavit. „ Hæc tu.

At non ita ſe prorſus res habet. Eam nos, qui toti negocio interfuimus, initiaque, progreſſum, et exitum ſpectavimus, (ne dicam quod ejuſdem Ducis, ac Pii IIII. Summi Pontificis ductu tractavimus) paucis, ſed veriſſime exponemus. Neque enim exigui momenti hoc erit ad hiſtoriam tuam planius concinnandam, atque ad divinam cauſam promovendam, præſertim quod jam ſecundum ejuſdem Hiſtoriæ Tomum parturis, in quo eam a ſexageſimo ſeculi ſuperioris anno, quo iſta cœpta ſunt agi, perſequeris.

Venerat igitur ex Belgio, & Gallia cum Margarita uxore Emmanuel Nicæam Provinciæ, non multo poſt in ſubalpina diſcenſurus, ut ditionem ſuam ex pace inter Reges compoſita reciperet. Deo autem aſpirante mihi Romam profecto, ut

(1) In lib. de Judicio Theorematum Philippi Nuci.

ut Societati JESU me addicerem (Patavii enim in Academia Philoſophiæ dans operam jamque antea iis, & aliis ſtudiis Romæ quadriennium demoratus, mundi laqueos, atque hæreſes ferre non poteram) factum eſt, ut in ſubalpina ire cogerer, ad explicanda, quæ me negocia manebant, videlicet, ut nudus nudum ſequerer Chriſtum: ſacerdotium enim mihi ab Hercule Card. Gonzaga, eo, qui deinceps Synodo Tridentinæ præfuit, ejuſque Fratris F. dilatum, quod a Rege Catholico obtinuerant, neceſſe erat, ut alteri cederem, qui eo munere perfungi poſſet in Domino (1). Is quoniam erat Foſſani, quæ Civitas ad Emmanuelis ditionem jam libere pertinebat, cujus aſſenſu rectius confici negocium poterat, juſſus a Majoribus Nicæam ad illum appuli; qui mecum de ſuis rebus benigniſſime, ac fidenter colloquens, & narrans, quid in vita ante acta apud Carolum V. Imp. ſibi contigiſſet, adjecit, quæ in Vormaticenſi de Religione colloquio inter Catholicos, & Proteſtantes præſens non ſemel audierat: mox quæ in Belgio, ubi ſummum in Philippi ſecundi Catholici Regis copias imperium non ſine victoriis exercens obſervaverat, quæve deliberaverat, cum primum pax, de qua dictum eſt, coiit. Ea deliberatio fuerat, ut poſtquam ſibi Deus paternam ditionem reſtituebat, ei quoque Emanuel ipſe reſtitueret animas, quæ diu bello, & hæreſi in univerſa Sabaudia, & ſubalpinis eatenus jactatæ, vix Chriſti ſpiritum ducebant. Quoniam vero audierat Convallenſes ſubditos ſuos non ſolum una cum Calvinianis in Gallia moliri tumultus, qui deliberationi ſuæ obicem parere poterant, atque adeo Nobilem Vallis ſancti Martini Ducem interfeciſſe, cum etiam Galli Calviniani Valentiæ in Delphinatu Gondrinium regium Caroli noni Regis Præfectum poſtea trucidaſſent, me juſſit, explicato, de quo ad eum veneram, negocio, præire in ſubalpina, indeque ad Convallenſes ſuo nomine proficiſci. Sic datis ad Raconiſii Dominum litteris, in cujus clientela quadantenus erant, juſſit mihi ad eos pacatum aditum curare: quod & fecit. Dies, & locus colloquio indictus eſt apud D. Laurentii Ædem in editiore planitie Vallis Angroniæ. Eo ipſo cum Guglielmo viro nobili, atque catholico e Lucernæ Comitibus, qui in ſubalpino Bibianæ pago domicilium habebat, duobuſque aliis Comitibus inermes venimus. Non ita multo poſt bini, & bini incedentes apparuere quatuordecim earum Vallium Miniſtri, qui ſuas ſive Uxores, ſive Concubinas præmiſerant (nam non paucæ ſanctimoniales, ut neque pauci ex iis fuerant monachi) quæ prope viam ſubſtitere e ſemicinctiis plenis vulgari lingua editis utroque Teſtamento, libriſque Calvini (quaſi ab iis verbum Dei prodiret) merces illas ſuas tamquam in nundinis oſtentantes. Ibi cum undique e ſubalpinis plurimi ad colloquii famam confluxiſſent; Miniſtri, quorum Anteſignanus erat Apoſtata, cui nomen Stephanus, conſederunt. Tum a me lectis Emmanuelis cum fide publica litteris, expoſui ejus conſilium, quod erat, ut abſtinerent a cædibus; ſi vero prætexerent ſuorum dogmatum tractationem, id inter nos abſque ullo periculo fieri poſſe. Reſponderunt ſe ſe paratos eſſe de Religione diſſerere; ſi quid autem ſibi monſtraretur, quod a Primitivæ Eccleſiæ Patribus fuiſſet e verbo Dei declaratum, eorum ſententiæ ſe ſe ſtaturos. De Euchariſtia actum eſt, cujus veritas ex verbo Dei nimirum, quatuor Evangeliſtis, & ex D. Paulo, atque e duorum primorum ſæculorum Patribus monſtrata eſt; ipſi autem, cum pro more ad Calvini quiſquilias confugerent, quæ jam non Dei verba, ſed commenta hominis a Patria, & ab Eccleſia extorris protulerunt. Tum igitur, cum, ſi reſpuerunt Patres, me Calvinum, & ejuſmodi alios juſtius reſpuere dixiſſem, ſancti Irenæi, qui Polycarpi Martyris, & auditoris S. Joh. Apoſtoli Diſcipulus fuerat, locum attuli. Ii vero cum audiviſſent a tam inſigni Patre pro ſacrificio Altaris expoſitam fuiſſe Malachiæ Prophetiam, qua diſerti-

tiſſi-

(1) Obſcurus mihi locus, & medica ut videtur manu indigens, quam tamen quei alteram, neſcio.

Digitized by Google

tiſſime Chriſtianum in toto Orbe futurum Sanctum Miſſæ ſacrificium deſignat, ſe daturos manus aſſeruerunt, ſi eadem, quæ ex illa Verba protuleram, monſtrarentur. Surrexit Hortenſius quidam Neapolitanus, qui fuerat Auguſtiniani Ordinis, qui ſe in antrum illud cum inceſta muliere cum aliis abdiderat, qui mihi tunc porrecta dextera juravit, ſe idem cum aliis facturum; ſed cum ab iis Irenæus, aut alii Patres non haberentur, Satis eſt mihi, inquam, Amici, ſi fidem datam præſtiteris; poſt biduum enim ex Auguſta Taurinorum petitum hunc librum mittam; interim hic prope in Abbatia Pineroli demorabor, ut quiſquis aliud a me velit, ſciat ubi fuero. Sic impoſitus eſt haud brevi colloquio finis. At cum utraque parte abeunte liber ipſe Sancti Irenæi poſt biduum a me ad eos miſſus fuiſſet, nullum unquam aliud dedere reſponſum, niſi quod ſollicitatis ſuorum animis, miſſiſque Genevam, & in proximum Delphinatum nunciis ſe ad arma compararunt, quibus ſuam perfidiam, non jam parati, ſed armati tuerentur. Emmanuel autem, cum jam deſcendiſſet in ſubalpina, remque totam mature cognoviſſet, ratus fore, ut, quod hæretici moliebantur in Gallia, molituri eſſent item in iis vicinis Delphinatui vallibus, ſecundo, et tertio iterum admonitos compeſcere officiis tum Raconiſii Domini, tum aliis tentavit. Ad extremum ubi vidit eos ſanari non poſſe, reſtitutiſque oppidis, & Civitatibus, bellum quam pacem ſibi imminere, ſcribit ad Franciſcum Secundum Galliæ Regem, jubeat, ne ſubditi Delphinatus, qui proximi ſunt Vallibus ſubalpinis, jungant arma cum Convallenſibus ſuis: ſic enim ſperare ſe firmiorem pacem eſſe futuram, poſſeque curari, qui hæreſi laborarent, ne univerſa oppida ſubalpina, ut ſolebant, pergerent inficere; unde Italiæ quoque funeſtius aliquando bellum, quam antea exardeſceret. Hæc igitur ipſiſſima cauſſa eſt Militis ab Emmanuele miſſi ad eos cohibendos. At cum Rex e morbo paullo poſt deceſſiſſet, Galliæque res ſuſque deque jactarentur, Emmanuel Dominum Trinitatis cum milite, & eum quidem Raconiſii Domini cognatum miſit. Acciti Lucernam Angronienſes, ut mandata Emmanuelis audirent, reſque tota componeretur, neque venerunt, & vero magis ſeſe ad arma paraverunt, confugientes ad Vallis interiora in locum, qui dicitur Pratum gelatum, quod radices montium Delphinatus attingit, in quas ſe ſe recepere mulieres, & pueri, homines vero in Prato gelato ſubſtitere. Tum Dominus Trinitatis alteris copiis per Vallem, alteris per juga collium adductis unica unius diei pugna Angronienſes adegit, ut ſe ſe dederent: polliciti ſunt triginta quatuor ſuos primarios Vercellas ſe ſe miſſuros, qui imperata facerent; erat enim in ea Civitate Emmanuel cum Uxore, & Bacodio Genevæ Epiſcopo Pii IIII. Pontificis Max. apud Ducem Apoſtolico Nuntio. Ubi fuere Vercellis, Emmanuel præter cibum, & hoſpitium, Magiſtros quoque dedit, cum quibus de Religione ita agerent, ut non coacte, ſed veriſſimis rationibus adducti redirent ad Eccleſiam; quibus cum denique ſe ſe perſuaſos eſſe aſſeruiſſent, (et quidem erant in libero hoſpitio, unde poterant quoquo verſum ſine periculo abire) Hæreſes coram Apoſtolico Nuntio præſente Emmanuele, et univerſa Aula, ac Populo in Æde Cathedrali Sancti Euſebii ejurarunt, me præloquente de iiſdem fidei catholicæ dogmatibus, de quibus privatim ſermonem cum iis ſæpe habueram. Tum Dux recte cogitans, quin etiam a prudentibus viris præmonitus, judicavit e re fore, ſi aliquamdiu, hoc eſt paucos menſes in variis locis diſtributi detinerentur, ut in fide Catholica altiores radices agerent, neque vero interim ad vomitum redirent, atque novis technis Patriæ pacem turbarent. Veruntamen cum apud Margaritam Uxorem plerique eſſent Calviniani, præcipue Pignius Vir nobilis, qui partes hæreticorum ſecutus in Gallia poſtea interfectus eſt a regiis, Rochefortius item, atque Theſaurecius, qui denique, & ipſi poſt mortem Margaritæ Genevæ ſunt mortui, hi autem unanimes fingentes, ſeſe partibus Emmanuelis favere ſtuduiſſent, (data etiam ſponſione Convallenſes in fide ſtaturos) Dux importunitate, & ſpecie pro-

miſſi

Digitized by Google

miſſi ſuperatus, libere eos remiſit, neſciens, quod poſtea reſcitum eſt, Cryptas, & Antra armis, farina, et ſupellectile, antequam Vercellas veniſſent, complevisse, ut mox redeuntes in rem, quæ paraverant, conferrent.

Tunc audita morte Franciſci Secundi Galliæ Regis, ac primariarum civitatum regni a Carolo nono defectione, etiam ipſi Angronienſes commoniti a Genevenſibus ab omni obedientia, ejuratione, & jurejurando Deo, ac Duci præſtitis defecerunt. Quæ ſecunda fuit occaſio, & cauſa remittendi militis non jam adverſus eos, ſed ut duabus arcibus ædificatis, præſidiiſque in illis impoſitis, arcerent Convallenſes, quod et factum eſt in Arce Peruſii, ne inde hæreſis amplius in ſubalpina diffunderetur. Mox arcibus Saviniani, Montis Regalis, Cunei, alliſque communitis, relictiſque Convallenſibus ad tempus, ut ſordeſcerent adhuc, Emmanuel haud deſtitit ſubalpinum ingentem tractum quaquaverſum, et per leges, et per Chriſtianas alias rationes, prorſus ab hæreſi eluere. Quæ ad inſtituti noſtri rationem ſpectabant, hæc, cum mihi mandata fuiſſent, cœpi Deo juvante efficere. Diſtributi enim ſunt ordinarii Concionatores quatuordecim ſelecti e variis familiis ſacris, quibus ne populi gravarentur, victus, & neceſſaria ex ſemidecima a Nuntio Apoſtolico, jubente Pio IV. Pont. Maximo, collecta ſuppeditabantur. Hi continenter Catholicam fidem ſcientes populos docebant; libri latini, Itali, & Galli ſumptibus Ducis ad plura millia excuſi diſſeminati ſunt in Scholis, Sodalitatibus, publicis hoſpitiis, Xenodochiis, & in Aula Emmanuelis præſertim; Ludi magiſtris etiam dono dati, qui admoniti ſunt, ut Catholicum Catechiſmum, alioſque libros pios pueros docerent, ſenſim autem peſtilentes hæreticorum libri abolerentur. Epiſcopi eodem exemplo, & hortatu Principis moniti, ut una cum pravitatis hæreticæ Inquiſitoribus non ſolum concionibus, verum etiam ex jure cum hæreticis agerent; de Miniſtris hæreticis, niſi reſipiſcere voluiſſent, ſupplicium ſumerent tamquam de facibus, quæ flammam in ſubalpinis, ac in reliqua Italia accendere non deſiſtebant. Id enim ab Apoſtolorum tempore ex omnium Eccleſiæ, et Imperatorum edictis antiquiſſima conſuetudine numquam fuerat intermiſſum. Quæ dum agerentur, duo Collegia Societatis JESU ab eodem Emmanuele Duce, alterum in Civitate Montis Regalis, alterum Camberiaci in Sabaudia fuere inſtituta, ut juventus Catholice, & gratis doceretur. Quæ autem loca Religioſorum, diuturna militum conſuetudine, atque adeo inter eos habitatione, ſtudia diſciplinarum haud potuerant perſequi, hæc revocarent, ut operarii excolendis iiſdem Provinciis ſubinde ſuffici poſſent. Nobilibus autem, & primariis civibus, qui hæreſi laborabant, mandatum eſt, ut, niſi ad Eccleſiam reverti vellent, aut ſolum verterent, rebus ſuis divenditis, quarum pecuniam aſportarent, aut ſcirent ſeſe pœnis ex legibus mulctatum iri. Sic pœna ſumpta duorum, vel trium miniſtrorum hæreticorum, & horum quidem externorum, (quique erant Apoſtatæ). Emmanuelis autem pietate, ac diligentia factum eſt, ut cum ante adventum ſuum aliquot hominum millia Auguſtæ Taurinorum clam, & Cherii publice, (quam civitatem ſibi hæretici, tamquam alteram Genevam deſtinaverant), Vigoni vero in ſubalpino præcipuo oppido in oculis omnium ad ſex millia ſtatis temporibus Calvinianam cœnam ſumerent, cancerque iſte circa Vercellas ſerperet, totus ille Italiæ tractus breviſſimo temporis ſpatio purgatus eſt, & antiqua Eccleſiæ facies ubique reſtituta. At cum naſcente Carolo Ducis filio quinque præſidia, quæ adhuc in manibus Gallorum detinebantur, Emmanueli fuiſſent ex compacto reddita, tum vero abſterſa magis eſt omnis labes, nam & Vercellis & Auguſtæ Taurinorum duo altera Collegia Societatis JESU, & Academia ipſa Taurinenſis Catholicis repleta profeſſoribus, et in Sabaudia prope Genevam Jeſuitarum ſtatio firmata eſt. Marchionatu denique Salutiarum cum Duce commutato jam Italia omnis a vicina flamma hæreticorum liberata eſt, ſicuti quoque de Convallenſibus factum fuiſſet, ſi, quod ad integrum effectum Pio quarto Pont. Max. & Philippo ſecundo Rege

Ca-

Digitized by Google

Catholico in Calabria eodem tempore perductum eſt adverſus Valdenſium reliquias, quæ prorſus extinctæ ſunt, non obſtarent etiam nunc proximi fines Delphinatus, unde virus, & vires ſibi ſingulis momentis accerſunt.

Cæterum quadraginta jam anni effluxere, cum qui eo tabo inficiebantur, Archiepiſcopatus Taurinenſis, & Tarantaſienſis; Epiſcopatus autem Vercellenſis late patens, atque Auguſtæ Rauracorum, & Aſtenſis, atque Eporedienſis, ac Pars Albenſis, quæ ob ſpiritualem ditionem ad eum pertinet, Foſſanenſis item, qui noviſſime factus eſt Epiſcopatus, Pars Vintimilienſis, Nicænſis etiam, Pars maxima Glandevenſis, quæ exigua civitas, licet ſit in Provincia, Vicarium tamen habet primarium in loco, qui Podietum vocatur, & ad Comitatum Nicænſem pertinet, qui negocia ejus Epiſcopatus adminiſtrat; Pars quoque Genevenſis in Sabaudia, et totus Bellicenſis, uti & Pars Belloſanenſis, ac integer Mauriacenſis prorſus expurgati vivant unanimes in Eccleſia Catholica, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. Acceſſit poſtea Epiſcopatus Salutiarum, ex quo eadem Caroli Ducis opera, & Epiſcopi vigilantia, omnis hæreſum macula deterſa eſt. Quamobrem vide, Thuane ampliſſime, quodnam Emmanuelis fuerit conſilium, progreſſus, exitus, & ratio tantæ actionis, & num ad famam nominis ſui, an ad Divinam gloriam iſta effecerit.

Atqui ut dignam riſu hiſtoriam non ſileam, id unum e toto hoc in meum caput recidit. Nam Calvinus ubi me huic negocio addictum audivit, convocato illo ſuo conſiſtorio, me publice diris devovit, & qua auctoritate poterat, (ſi Deo placet) excommunicatum libello edito, atque in ſubalpina etiam miſſo pronunciavit. Videlicet poſt tanti Patriarchæ brutum fulmen, quadraginta, & eo amplius annos ſingulis ferme diebus ſacrum feci, Sacramenta miniſtravi, concionatus ſum in variis Europæ Provinciis. Itaque num in irregularitatem inciderim, tuum eſto Judicium.

Porro quod Innocentes alioqui populos fuiſſe Convallenſes ſcribis, profecto ſi vidiſſes, quæ nos conſpeximus, cum apud eos eſſemus, non id (opinor) attigiſſes. Cryptas enim comperimus, in quibus campanarum fragmenta, quæ de Turribus templorum olim pendebant, erant collecta ad falſam, quod vocant, monetam cudendam. Aſylus autem ille Apoſtatarum præter hæreſim in animas illas omnem aſtum, & dolos inſtillaverat.

De iiſdem Merindiolanis, & Caprarienſibus, qui ejuſdem erroris cum Valdenſibus ſuas in finibus Provinciæ, & Comitatus Venaſini adhuc hæreſes fovent.

Belli adverſus Albienſes, quos tu *Albinenſes* vocas, a Ludovico Sancto Rege ſuſcepti, hic exitus (ais) fuit, ut potius cæſi, fugati, bonis, ac dignitatibus ſpoliati ubique huc illuc diſſipati ſint, ubi per totam Europam labem aſperſerunt, quam erroris convicti fuerint.

Ego autem, vir ampliſſime, qui præter Hiſtorias hiſce de rebus haud oſcitanter lectas, Avenione quadriennium ſubſtiti, quo tempore bella propter hæreſim excita fervebant, comperi mutuas ſibi operas Albienſes, Avenionenſes, ac proinde Merindiolanos, & Caprarienſes, ubi jam ſemina hæreſum conceperant, præſtitiſſe. Quamobrem & Avenionenſium mœnia, qui Albienſes excipiebant, ſolo ſanctus Rex æquavit, quod nec tu inficiaris. Nimirum, & Merindiolani, & Caprarienſes, & Angronienſes dudum in iis angulis ſedem poſuerant, unde difficillime, vel agnoſci, vel vinci potuiſſent.

Ad-

Digitized by Google

Addo ex eo Sancti Ludovici bello Toloſanum tractum, ceteramque viciniam ſic fuiſſe purgatam, ut trecentos annos Gallia ſine hæreſum labe in fide permanſerit. Cur autem Albienſium reliquiæ non diffugerunt ad fines Hiſpaniæ, cum inde Toloſanus comes ſubſidium a cognato accepiſſet, niſi quoniam hæreſis inter Hiſpanos nidum non poſuerat? Quod ſi, qua Rex ſanctus diligentia Regno, & Avenioni conſuluit, eadem, qui Regni, & Comitatus Venaxini fines adminiſtrarunt, uſi fuiſſent; jam diu eſt, cum ignis ille in nihilum evanuiſſet. Sed ſcintilla ſervata ſub cinere in flammam ingentem ſuo tempore (quod etiam de Ario dictum eſt) erupit. Quin & vidimus ipſi, quod te non latet, potuiſſe Carolo nono regnante reprimi quidquid ſerpebat hæreſum, ſed eos, qui privata publicis poſthabebant, noluiſſe: et exercitu Admirallii ad Mongurtutium cæſo, non fuiſſet id difficillimum (& quidem ſine iteratis præliis, aut ferro), ſed victoria qui hac uti debuerant, & poterant, iidem uti noluerunt. Quare factum eſt, ut prætextu oppugnandi oppidi Sancti Joannis Angelii extracto tempore, Admirallio jam fugato licuerit ad fines Germaniæ accedere, unde militem hæreticum educens, funeſtiorem ſibi cladem, atque tragœdiam peperit. Eram ego ad oppidum Sancti Angelii in Caſtris, ad quæ Carolus Barbonius Cardinalis me adduxerat, ut Rothomagum cum ad alia, quæ ſunt noſtri inſtituti, tum ad jacienda Collegii fundamenta proficiſcerer. Ac tum in ipſa Reginæ domo mulieres, quæ favebant hæreticis, audiebamus, vocem hanc non ſemel iterantes, *pax, pax*, ſed utinam fuiſſet pax. Quippe aliqua ſpecie commiſerationis, doli nectebantur, quibus hæreſis iterum ſuccreſceret, atque hoſtium viribus junctis, diadema de Regis capite rurſus decuti tentaretur. Ac ſane mihi paullo antea ab eodem Carolo Cardinale ad Comitem Mansfeldium miſſo, qui in Monaſterio Guiſii ſenioris Cardinalis inter Pictores graviſſime ex ictu globi in prælio Mongortucienſi vulneratus decumbebat, poſtquam ejus confeſſionem excepi, dixit. *Equidem mi Pater Regnum Galliæ in eo prælio vidi appenſum filo: Quod Regnum (ſi modo voluerint) ſtatui ſolide in fide Catholica Miniſtris ablegatis facillime poterit.* Sed & non multos poſt dies ex iiſdem caſtris ab eodem Carolo Cardinali in Normanniam ablegatus, & Dieppam a Generali ejus Vicario cognomento Sancti Deſiderii adductus, re ipſa expertus ſum, unici menſis ſpatio mille, & quadragintos hæreticos ad Eccleſiam ſine ullo ſanguine rediiſſe. Nam & id Alenconius Regis frater, qui Pariſiis tum Senonenſis Archiepiſcopus (qui poſtea Cardinalis) Inſulæ Franciæ præerat, mihi commendaverat, & ipſe Dieppæ Præfectus Cigonius ſincere me juvabat.

Præterea cum Rothomagi Adventus, & Quadrageſimæ tempore in Cathedrali templo conciones abſolviſſem, in quo Vigorenus (qui deinceps Narbonenſis Archiepiſcopus) fuerat ſuperiore anno concionatus, multos magis id expertus ſum. Nam prorſus ex illa Civitate hæreſis evanuit. Cumque poſtea Lugdunum a majoribus meis miſſus fuiſſem, ut firmando Collegio noſtro, Civitatique illi juvandæ operam darem, ex Birago (qui deinde Cancellarius Regni, & S. R. E. Cardinalis) audivi, dum Lugdunenſi Provinciæ præeſſet, hæc ipſa verba. *Crede Antoni, me univerſam hanc Provinciam unico octiduo expurgaturum, ſi in Regia Aula velint.* Scilicet vir prudentiſſimus, & qui claudicantes noſcebat, non poterat non intelligere, quæ Remora, hoc eſt concordis cujuſdam diſcordiæ ſtudium currentem navim Eccleſiæ latenter retardabat.

Et vero decennio antea, dum idem Biragi in ſubalpinis Auguſtam Taurinorum, & quatuor alia Præſidia nondum Sabaudo reſtituta adminiſtraret, illud ipſum indicaverat, cum me Cherio, ubi concionatus fueram, ad colloquium evocaſſet. Quæ quidem, & forte tibi innotuerunt, & certe ideo ſingillatim attigi, ne non omnino rerum neſcius hæc videar comminiſci. Ac noſti, oculatis ſive teſtibus, ſive potiſſimum Hiſtoricis, fidem aliquam eſſe habendam.

De iiſdem Merindiolanis, & Caprarienſibus, quænam Franciſco Primo hujus nominis Rege acciderunt.

Cum ad Franciſcum Regem hujus nominis Primum in Hiſtoria tua venis (1), memoras iterum (at planius & fuſius) Merindiolanos, & Caprarienſes. Veruntamen ibi quoque integriorem narrationem, qui te diligunt exoptant. Integritas eo pertinet, ut cum poſueris, quæ pro ipſis de ſimplicitate, deque unius Dei adoratione, & alia quædam ex eorumdem ſimplici libello propoſita Regi fuerant, ſimul item explicantius adjeciſſes, quæ contra a Catholicis haud claudicantibus eidem Regi adverſus ſupplicem illum libellum cordate dicta fuerunt. Nimirum ſub larva illa ſimplicitatis latuiſſe ſuperbiam, & venenatam rabiem, qua poſtea Regnum lethaliter eſſet inficiendum; in Germania ruſticos ipſos, qui videntur eſſe ſimpliciſſimi, exercitum (equidem Carolo Quinto imperante) collegiſſe, ac Principibus, & Proceribus reſtitiſſe. Quæ cum eſſent præ oculis, debere ex aliorum exemplo Reges ſapere. Ceterum Turcas quoque unum Deum invocare, attollere manus ad cœlum, memorias Martyrum non venerari, neque geſta recolere, Imagines ſacras non magni facere (quamvis eas, ut Calviniani faciunt, non aboleant), & pleraque alia, quæ Satanas ſolet, ut abducat mentes a recto, hereticis, Turcis, Judæis, ſpecie pietatis, ingerere. Eas igitur ob rationes Rex juſſit, cum Merindiolanis ex jure, ac per leges agi. At certe quicquid Hoppeda, & reliquus miles Regius Regis nomine eſt executus, quorum facta omnia meum non eſt, ut probem, aut improbem, certe lentitudo illa quorundam Præſidum in ferendo judicio hæreticos potius obfirmavit in propoſito, quam ut eos ad ſuam ipſorum ſalutem adduceret conſequendam. Proinde quod cujuſdam exemplum de muribus in judicium vocatis, & Caſſanæo revocatum in memoriam, in tua refer hiſtoria, hæreticis quidem quadrat ex parte, qui ex putri materia enati rodunt famelici quæcumque ſunt obvia. Verum de hæreticis aliud quam de muribus (præſertim de facibus hæreſum) judicium eſt ferendum. Nam depaſcenti flammæ ni ſtatim aquam objeceris, & eſcam ſubduxeris, ecquid non abſumatur?

Quanto igitur rectius homo, licet Turca, ſed & ipſe ſive Præſes, ſive Præfectus Budæ in Hungaria ementitam iſtam hæreticorum ſimplicitatem non data dilatione, ſed prolata ſententia eluſit? quam ſi oppoſuero alteri illi ex murium exemplo conceſſæ dilationi, quid ni credam a Viro nobiliſſimo, & ingenuo, qualis, & quantus es, te hanc ipſam, quam affero reſpondendi rationem tuis ſcriptis, cum recudentur, adjecturum? Et profecto Medici cum peſtilentiores morbos indicant, præſentiora quoque remedia non tacent, quod ſi ejuſdem Præfecti Budæ judicium clarius expetis, ecce quod aliquot ante annos Stephano Batoreo Poloniæ Regi ubere epiſtola ſæpe in lucem edita (2) ſcripſi, dum & ego a Gregorio XIII. ad eum de rebus inter illum, & Sueriæ Regem componendis miſſus Vilnæ in Lituania agerem, & hæretici cordatiſſimum virum, ac cum Moſco bellis implicitum, trahere in ſuas partes ſtudebant. Ita vero ſe habet illius epiſtolæ pars, de qua dixi.

„ Dignum autem illud eſt, quod tibi Sereniſſime Rex Hungaro narretur;
„ quod in Hungaria paucos ante annos accidit Calviniano cuidam miniſtro, qui
„ cum præfectum Turcarum urgeret, ut ſectam ipſe ſuam captivis Chriſtianis
„ ſine periculo poſſet exponere, afferebat hæreticorum, ideſt ſuum Evangelium

Al-

(1) Lib. V. Hiſtoria Thuani.
(2) Adverſus Andream Bolanum.

,, Alcorano, ſive Mahometis legi non adeo eſſe diſſimile. Sanctorum enim, aje-
,, bat, virorum, qui ſunt in cœlis, preces, purgatorium item, & alia (uti vos
,, Mohometani facitis) nos quoque Calviniani negamus. Antiquas Bibliothecas,
,, & Synodorum memoriam, uti vos feciſtis, ipſi etiam ſuſtulimus. Quod dixit
,, Mahometes, ne quis adverſus ſuam legem diſputaret, eam vero jurejurando ob-
,, ſtrictus fateretur, id nos item Genevæ cavemus. Nam vel ex pueris novam
,, fidei noſtræ confeſſionem a nobis tantum editam extorquemus, & hos, quam-
,, vis quod recitant, non intelligant, ad præſtandum tamen jurejurandum cogi-
,, mus. Plures aliquando vos Mahometani, aut Concubinas ducitis: et nos Cal-
,, viniani mulierem ſuperſtite marito poſſe ſejungi, & cum alio viro conjungi
,, (alteram licet hic habeat uxorem) non ita ingens facinus arbitramur. Sa-
,, craria, templaque in Synagogas, ſive Moſcheas mutaſtis, aut deſtruxiſtis.
,, Nos quoque ſacrariis direptis eadem, vel in noſtra conſiſtoria, vel in equorum
,, ſtabula, vel armamentaria convertimus, vel denique ſolo æquavimus. Scripta
,, de Virginitate, deque aliis ejuſmodi Apoſtolicæ Eccleſiæ veſtigiis non agno-
,, ſcitis; nec vero qui virginitatem noverint, habetis. Nos item Calviniani ni-
,, hil unquam pro virginitate, cæteriſque hujuſcemodi rebus in lucem edidimus,
,, quin vero & cœnobia virginum antiquiſſima eraſimus. Conſcientiæ liberta-
,, tem unicuique in veſtris Civitatibus permittitis; hanc nos quoque & a Regi-
,, bus, & a Rebuspublicis vel armata manu exigimus, niſi quod in noſtris locis
,, nemini eandem libertatem concedimus, ac ne catholicum quidem librum re-
,, tineri libenter ſinimus. Ad hæc Turcarum præfectus, quem Baſſam vocant,
,, quin, ait, jam vos Calvinianos, & nos eoſdem brevi futuros video, niſi quod
,, relicto nobis aquæ potu, vos tamen vinum omnino retinere, eoque inebriati
,, voletis. ,, Hæc ego tunc.

De Ferdinando Imp. Caroli V. Fratre, atque ejus Nepotibus. De aliis Regibus, & Principibus viris.

Jam de Ferdinando Cæſare, quod proponis exemplum, ut Religio commodius quam per arma reſtituatur, id videtur fuiſſe addendum, quod ipſe, Filiique ejus, ac Nepotes, quin & alii, ſive Reges, ſive Epiſcopi, Reſpublicæ, ac Reguli eundem imitati facere perrexerunt. Et fatemur Ferdinandum non debuiſſe tunc hæreticos bello perſequi, cum Turcarum Imp. & Jo. Sepuſius in Hungaria ei imminerent: copiæ Catholicæ deeſſent: Imperium diuturnis utrinque fidelium, & Lutheranorum motibus, ac præliis eſſet attritum: Synodus Tridentina pateret, in qua de toto negotio Religionis præſentibus Regum, ac Principum legatis pacate agi fuerat cœptum. Interea tamen cum licet antea devicti Proteſtantes haud manus dediſſent, nec quantalibet publica fide oblata ad Synodum convenirent, ac vero Conſtitutionibus a Carolo Quinto promulgatis, quas Interim vocavit, abuterentur, ecquid faceret catholicus, & pius Imperator? Saluberrimum iniit conſilium, tum ne pars ſincera traheretur, tum ut corda Patrum erga optime inſtitutos filios converterentur, Pragæ in Bohemia, Viennæ in Auſtria, Oeniponti in Tirolenſi Comitatu, Tirnaviæ in Hungaria, Collegia Societatis noſtræ excitavit. Olomucii in Moravia Maximilianus Imp. ejus frater aliud inſtitutum ivit. Græcii in Stiria Carolus alter Ferdinandi fr. aliud erexit cum celebri noſtri ordinis Academia. Sic Catholici Imperii Electores Moguntinus, Trevirenſis in Franconia, Albertus Bavariæ Dux Monachii, Ingolſtadii, Ratisbonæ, Auguſtani Catholici Auguſtæ, & pleræque aliæ Civita-

N n 2 tes

Digitized by Google

tes fecerunt, atque in dies faciunt, quod & Poloniæ Reges, atque Epiſcopi, cum fecerit, univerſum pene Regnum vident priſtinam fidei Catholicæ faciem magnis acceſſionibus recepiſſe.

Sed redeo ad Imperatorem. Nam Rodulphus Ferdinandi Nepos, non ſolum, quæ Avus, & Parens inſtituerat, promovit, ſed cum Tirnavia minus eſſet opportuna Collegio, Turocenſe ſuffecit, & ejecto Vienna Opicio Miniſtro hæretico, tutiorem & Civitatem, & Academiam, atque Collegium noſtrum reddidit, in quo mille, plerique omnes nobiles, Adoleſcentes bonis artibus, ac moribus una cum Religione Catholica imbuuntur. Quin Olomucio Senatores hæretici, uti Aquiſgrano, ſuffectis catholicis, exacti, & noviſſime Caſſoviæ in media Hungaria Miniſtri hæretici ablegati, in quorum locum juſſi noſtri ut ſuccederent. In Tranſylvania item, Varadino, Claudiopoli, Alba Julia, Megeſio, Corona, iidem Miniſtri amandati, & noſtri ibidem firmati, indicant, quinam ſenſus in Rodulpho Imp. hæreat, quive modus hæreſi extinguendæ ſit aptiſſimus. At alia ex parte Ferdinandus Archiducis Caroli f. Parentem, & Abavum Ferdinandum ſecutus, non ſolum Græcenſes ingens jam ædifitio, reditibus, Alumnis, ſtudioſis collegium auxit, ſed & alterum Labaci in Carinthia, hocque ipſo tempore tertium in Carniola peramplum erigit, ut trium ſuarum Provinciarum late patentium unicuique ſit ſuum pro veritate Præſidium. Itaque jam ferme ubique reſtituta eſt Catholica Religio a juvene Principe; quem nec bellum cum Turcis, quo continenter fuit implicitus, neque hæreticorum pervicacia, qua minis, qua vi obſiſtentium a propoſito potuerunt avertere, ſæpe iis, qui nimium ſapere videri volunt, reſpondentem, *Quidni unam ipſe Catholicam Religionem in mea ditione ſartam, tectamque tuear, cum hæretici Principes, quas quiſque ſectatur varias hæreſes, haſce ſuis in ditionibus, ejecto impie catholico cultu, tueantur?* Sane vero dextera Domini facit per eos virtutem, qui Dei dexteram ſinceriſſime quærunt.

Quamobrem provoco ad ſcientiam, conſcientiamque tuam, Vir prudentiſſime, cupiens, ut iſta, quæ non ſunt minima Divinæ Providentiæ indicia, cum aliis jungas exemplis, totque Imperatorum, & Regum, atque cum nobiliſſimis Regulis Primariorum Antiſtitum, corda exiſtimes a Deo dirigi, quo abnuente, ne movetur quidem arboris folium. Quod ſi mavis patrium exemplum, habes (ut taceam de reliquis Regibus, & Regiis, qui ante aliquor annos eandem hanc vitam inſtitere) HENRICI Quarti exemplum, qui tibi, reliquiſque Ordinis veſtri ſapienter dixit (1), ſe quidem in ſuo cerebro cerebra omnium veſtrum habere; at vos omnes nondum fuiſſe aſſecutos, quod ipſe novennium ante, ac quidem cum primum in iſtud Regni ſolium fuit evectus, coquebat in animo. Nimirum, ut quod in univerſo Orbe Chriſtiano, etiam a Regibus ethnicis noverat obviis ulnis Societatis noſtræ Collegia excipi, per quæ nimirum Populi allicerentur ad fidem, Regnaque interiore obedientia communirentur, id ipſum, tamquam gliſcenti hæreſum morbo remedium præſentiſſimum ſine ullo ſanguine adhiberet. Quod cum etiam in Regia domo, in qua natus eſt (2), ſtatuere voluerit, anne iam inſigni exemplo inſignis Hiſtoria tua erit fraudanda? certe ſi calamus ceſſaverit, lapides ipſi clamabunt.

De Pontificibus Maximis.

Poſt Præfationem tuam orſus ego iterum decurrere Hiſtoriam tuam, quam hac illac antea obiter percurreram, incidi in ea, quæ primum de Julio Secundo

(1) Pervigilio die naſcentis Domini anno 1603. in Lupara.

(2) In oppido Flexia in Tractu Andegurenſi.

do Pont. Max. mox de aliis, qui illi ſucceſſerunt, pro re nata diſſeruiſti: animadvertique pro eo zelo, quem prætefers erga publicum Bonum, te eandem ſcribendi rationem ſequi, liberiorem forſan (ſi tu id ipſum reſectis lucubrationibus tuis ita judicaveris) ac minus integram. Tum igitur variæ mentem meam ſubiere cogitationes. Prima. Expedire, ut quædam etiam de Pontificibus Maximis ne taceantur, ut quam Nero metuebat a futura poſteritate nominis jacturam (1), ea reliquos percellat, atque in officio contineat. Secunda. Scriptum eſſe, *Nolite tangere Chriſtos meos*, & illud, *Principi populi tui non maledices*: Quod & Apoſtolus, ut noſti, patienter agnovit. Tertia. Hiſtoricum, ut ab aſſentatione, atque avaritia, ſic ab alio affectu procul eſſe debere. Eas ego leges, uti & alias quaſdam a cordatiſſimis Hiſtoriographis Apparatui ad Hiſtorias meo, de quo dixi, inſerui: quare & facile potui reminiſci. Acceſſit trium præſtantium Virorum de Guicciardinii Hiſtoria judicium, quod ibidem intexui, Juſti Lipſii, qui eum, ut commendat ab affectibus immunem, ſi *tamen* (ſubdit) *ab odio*: *Vitia duo* (inquit) *propria hujus ævi non effugientem: quod & longior ſit, & quod minutiſſima quæque narret parum ex lege, aut dignitate Hiſtoriæ, quæ ut Ammianus ait, diſcurrere per negociorum celſitudines aſſueta, non humilium minutias indagare cauſatum.*

Jo. Baptiſtæ Leonis in eadem Guicciardinii Hiſtoria notantis aſſiduam, &, ut ille Italice loquitur, continuatam eorum Principum depreſſionem, quos Patriæ ſuæ hoſtes fuiſſe teſtatur: quin etiam (addit) apertam, & moroſam, ſive, ut ipſe Leo loquitur, faſtidioſam erga ipſos Chriſti Vicarios irreverentiam, magna cum Apoſtolicæ ſedis indignitate, eo magis, quod cum ignorantiæ argui non poſſet, maluit videri addictiſſimus Patriæ ſuæ Civis, quam probus Hiſtoricus. Mitto reliqua, quæ acre Leonis ejuſdem judicium indicant, & eorum temporum Hiſtoriam juvant.

Thomæ Porcacii (quem tamen Leo reipſa refellit) agnoſcentis in Guicciardinio, quæ bono accidere Plato ſcripſit in Philebo, Pulchritudinem, Menſuram, Veritatem.

Adjeci ego, quæ extant ibidem in meo Apparatu, a me dum perlegerem Guicciardinium, obſervata. Nunquid vero iſtiuſmodi Animadverſio cadere poſſit in Hiſtoriam tuam, tuum eſto judicium. Nam, & tuam (2) ſcribis te conſcientiam ſæpius interrogaſſe, an, dum illam texebas, illius rei acriore ſenſu tangereris, quæ te in opere inſtituto tranſverſum ageret, privatas autem, ſi quæ ſubeſſent, injurias ſic fuiſse oblitum, ut omnium illarum ſenſum publice, privatimque depoſueris.

Certe cum Patriam, & Patrias leges (quæ tamen ſæpe mutatæ ſunt, aut abrogatæ) habere te pro Deo ipſo ſcripſeris; (3) cumque de ſummis Pontificibus, ubi vel ſe offerat, vel a te quæratur occaſio, ita loquaris, ut non immunis ab affectu videare, intelliges non ita multo poſt, ſi quem in lapidem hac in parte impegeris. Omnino autem integriorem in hiſce afferendis ob infirmiorum ingenia, & adeo propter ipſam veritatem, Hiſtoriam nos tuam, uti optamus, ſic de tua ingenuitate ſperamus.

De Julio Tertio Pont. Maximo.

Miſſo igitur Paulo tertio Pont. Max. loquar aliquid de reliquis Pontificibus, quorum Acta cum ipſis oculis vidi, tum interdum ad ea adhibitus fui: quæ

(1) Cornel. Tacit.
(2) In præf.
(3) In præf. ad Regem.

quæ dico ut majorem mihi habeas fidem ; & ecce Deus teſtis eſt , quia non mentior.

Anno ſuperioris ſæculi nono ſupra quadrageſimum, ad urbem a fratre, qui libris, & ſcriptioni affixus apud Ateſtinum Card. vivebat, vocatus, ut & ipſe bonis artibus imbuerer, integro ferme Pontificatui Julii Tertii interfui: quo tempore, etſi laxiorem hominum vitam probare non poteram, ea tamen, quæ bona erant, ſic oculis hauriebam, ut inſculpta memoriæ perpetuo hæſerint, quæ denique fecerunt, ut ea ſæpe memoria repetens paucos poſt annos Mundo, Aulicifmo, et humanæ ſpei valedixerim (1).

Ea fuerunt. Pietas in multis, & Pontificis cura in excitanda in animis Religione ob annum Sæcularem, quem *Jubileum* vocant, incidentem in ejus Pontificatus annum.

Libertas erga pauperes, quæ item ſe extendebat ad externos. Nam & tunc Germanici Seminarii cœpta ſunt jaci fundamenta, quod jam univerſam Germaniam illuſtrat, & juvat. Tridentum Synodo aſſignatum, quæ Civitas (rogante licet Carolo Quinto) nunquam poterat a Paulo Tertio Pontifice Maximo impetrari, ut ei tanto negocio addiceretur.

Societati noſtræ, tum magis ſeſe Romæ exercenti (quippe quæ aliquas ibi ſcholas exiguas inceperat aperire) ſubminiſtrata ab eodem Pont. pars victus, & perampla Diplomata conceſſa, quibus ratio noſtri Inſtituti cum adverſus mundi procellas ſtaret ſecurior, tum in orbe etiam novo, atque in Indiis alacrius ſe ipſam, & ſanguinem effunderet.

Virorum doctiſſimorum frequentia. Nam præter Theologos, Philoſophos, & Juris utriuſque peritos, ſuperſtites erant humaniorum litterarum Principes, Romulus Amaſæus, Ubaldinus Bandinellus, Octavius Pantagathus, quem apud ſe Pont. Max. eſſe voluit, ut Cardinalem Montium (qualis qualis hic fuerit) litteris, & moribus vir religioſus, & vere doctus informaret. Aderant item Onuphrius Panvinius, Jo. Baptiſta frater meus, atque alii. Inter eos autem, quos Julius Tertius Cardinales creavit, duo fuere propinqui, ſive affines, qui vitam egerunt innoxiam. Alter qui Perſuſii Epiſcopus, quique deinceps eodem tenore, ac ſanctitate vitæ ſemper aliis præluxit. Alter autem Adoleſcens, ut cognomento, ſic pietate Nobilis. Caſtiſſimi enim mores, carnis mortificatio perennis, frequens uſus Sacramentorum, cilicium ſub purpura, cubatio ſuper aſſeribus, ſubmotis a ſe ipſo clam, & noctu mollioribus lectis, & ſtragulis, procurata Cardinalatus ceſſio, notiſſima fuere noſtræ Societati, apud quam ſua confiteri ſolebat.

Quæ præter alias veræ fuerunt cauſæ, ut, qui Julii Tertii Pont. Max. vitam conſcripſit, quamvis iſta, quæ attigi, haud omnia expoſuerit, quædam tamen de illius nobilitate, eloquentia, rebuſque ipſius ante Pontificatum, & mox in ipſo Pontificatu geſtis, ſic probe, atque ſine offenſione legentium ſcripſerit, ut neque omiſerit, quæ fuere dicenda, ac vero quæ probe in tua Hiſtoria de aliquibus ad Cardinalatum electis exiſtimaſti eſſe prodenda, illic quidem parcius his verbis deprompſerit. „ Cum Cardinales, quatuor lectionibus „ creaſſet ad viginti, partim gravi delectu, ſi nonnullos excipias, ſed eos ſibi „ velut donatos, cæteros a præclariſſimis virtutum concurſu lectiſſimos facile „ compenſavit (2).

Dr

(1) Anno 1559.
(2) In Appendice ad Platinam Coloniæ excuſa 1562.

Digitized by Google

De Marcello Pont. Max.

Julio Tertio, qui ſucceſſere Marcellus, & Paulus Quartus, horum idem, opinor, qui illius, Vitas Platinæ adjunxit. At de Marcello cum pauca, ſed vera, & eximia ſcripſiſſet, prudentis, ac pii Hiſtorici ſpeciem edidit, ſic loquens.

„ Cæterum, qui tot virtutibus inſignis omnium prædicatione commendabatur, „ avaritiæ tamen notam evadere non potuit, pleriſque eum veluti tenacem, & „ illiberalem accuſantibus, qui Pontificatum vix adeptus, de triennali ſubſidio „ colligendo cogitarat; ſportulas autem a ſuperioribus Pontificibus dari ſolitas „ ipſis ſtatim initiis fere dimidiaſſet. Sed neſciunt imperiti homines, plerumque probra Principibus affingere ſoliti, vacuo ærario, & oppignoratis (ut tum „ erant) Provinciarum vectigalibus, atque portoriis, ſtultum eſſe, ac præpoſterum liberalitatis famam quærere, quæ demum graviori ſubditum detrimento „ ad rapacitatem cogat, id quod tum evenire eſt neceſſarium, cum profuſe, „ temereque donando variis ſumptibus paratos ad publicas neceſſitates theſauros Principes temere exhauſerunt. „ Sic ille.

Quam vero vellem ipſum Marcellum cognoviſſes, ejuſque intimos ſenſus ad Eccleſiam guſtaſſes. Profecto non ita tenui de eo ſcriptione tuam ornaſſes Hiſtoriam.

At omiſſo Paulo Quarto, cujus ibidem vita extat, ad Pium quartum, de cujus neſcio quibus caritatibus libens loqui videris, eo libentius venio, quod ſecundus Hiſtoriæ tuæ Tomus, qui nondum apparuit, plura de illo continebit, de quo haud mentiar, ſi dixero plura me non tam audiviſſe, atque vidiſſe, quam radicitus, ut ita dicam, noviſſe. Nam & quæ ab eo mandata ſunt, & Caroli Borromæi S. Praxedis Cardinalis ejus ſororis F. facta; quæ item ex relatu Cardinalis Comenſis excepi, qui Pontificatui Pii Quarti, atque Gregorii XIII. continenter affuit, ejuſmodi ſunt, ut fortaſſe non fuiſſent incommodaturæ Hiſtoriæ tuæ, ſi ſe dediſſet occaſio, ut etiam de nobis audiviſſes.

Neque vero hic iterabo, quæ ſupra de cura ipſius in ſubalpinis Italiæ, & Calabria ab hæreſi purgandis. Neque dicam de Synodo Tridentina conſtanter ad effectum perducta, quicquid oblatrent hæretici, & quam, cum Stephanus Batoreus Poloniæ Rex perlegiſſet. *Et quid aliud volumus?* dixit. *Jam veritas dogmatum emicuit. Jam leges de Moribus latæ ſunt: credamus illa, ſervemus iſtas, concident hæreſes.*

Dicam, quæ in Comitatum Venaxini collata ſunt ab eo beneficia, qui cum inde Apoſtolicæ ſedes nihil in ærarium inferat, contulit tamen ad eum propugnandum, hæreticoſque arcendos ingentem auri ſummam, quanta exercitui, præſidiiſque tutandis neceſſaria fuit, dum bellum in eo tractu peracerbum vigeret: quod & viguit toto illius tempore Pontificatus. Fabricius autem Sorbellonius ejus ſororis filius ſummo cum Imperio, at & ſumma cum pietate, qui plus Deo, quam armis præerat militiæ: ſed & Prolegatus reliquæ adminiſtrationi præerat. Aderam & ipſe Collegio noſtro firmando, cæteriſque pro ratione Inſtituti noſtri juvandis. Quod Collegium e minimis tamquam ſeminibus ita crevit, ut mille quingenti e Comitatu, ex Provincia proxima, ex Oſcitanis, ex Delphinatu bonis artibus, ac pietate excolantur, trecentique ſtudioſi Theologiæ præter cæteras diſciplinas dent operam.

Ergo hæc maxima beneficia fuere collata non ſubditis modo Pontificis Maximi, cujus ope ſine labe ſervati ſunt cives quatuor Civitatum, & octoginta oppidorum, ſed & Galliæ univerſæ, in quam derivatum eſt commodum ingens. Regibus autem ipſius miſſa ſubſidia, procurata pax, quæ & in ſtudia ſtetit, & promota fides in Indiis, adjuta Collegia, relictus Cardinalis Borromæus vir ſanctus,

ctus, qui unus fuit Pontificatus illius fructus uberrimus, ac quem Gregorius XIII. ſolitus eſt *lucernam lucentem*, *& ardentem* appellare. Præter inſignes alios, quos in Ordinem Cardinalium cooptavit, inter eos Gregorius XIII., qui tredecim annos rexit Eccleſiam.

Quæ autem aſperius viſa eſſent e Pauli IIII. Pontificatu manaſſe Decreta, ea ut recognoſcerentur ad rectam communis, & uſurpati Juris rationem, idque ſenſim, vigili prudentia procuravit.

Sed hæc & alia tum non dubito quin ſis enarraturus, ut ſi quid humanitus illi acciderit, ea quæ Divinitus per eundem facta ſunt, non obſcurentur, ſed compenſatum fuiſſe monſtretur.

Cæterum non deſunt, qui minus æquo animo ferant, quod tu Pontificem hunc *Medicinum* voces, contra quam Diplomata, & ejus acta habent, ejuſque familiam minorem, quam revera fuerit, oſtendas. Quod etſi non eſt tanti, ut id magnopere ſit curandum: facit tamen aliquid, quo neſcio quæ pronitas in ſuſpicionem vocetur obtrectationis, & ſatyræ. Id certum eſt, familiam ipſius vel ante Pontificatum cum Borromæis, cum Altæmpſiis in Germania, cum aliis nobiliſſimis Proceribus fuiſſe affinitatibus junctam. Cum autem Mediolani ipſo Paſchatis die illum mater Sorbellonia fuiſſet enixa, id in Vico accidiſſe, qui olim Medicæorum, deinde Moronorum eſt dictus.

De Pio V. Pontifice Maximo.

Extat vero Pii Quinti Pont. Max. Vita, quæ nemini ignota eſt. Ei quod ad Societatem noſtram, meique nomen pertinet, quiddam deeſt, quod Carolus Borbonius, qui Legatus erat Avenione, exiſtimavit ad Divinum honorem pertinere, ut Pariſiis ederetur in lucem.

Demortuo enim Pio Quarto, & Quinto in ejus locum ſuffecto, Romam fui a Franciſco Borgia tum noſtræ Societatis Generali Præpoſito accerſitus, ut quatuor Votorum profeſſionem, quæ de more noſtro non niſi poſt aliquot annos habetur, emitterem, rediturus mox in Galliam cum novo Viſitatore Everardo Mercuriano, qui deinceps Borgiæ ſucceſſit.

Ea occaſione Armeniacus Cardinalis, qui Collegati in Comitatu Venaxini munus obibat, ipſique primarii Cives Avenionenſes ſua mihi commendarunt, ut quod præſtiterat Pius Quartus, præſtaret etiam Pius Quintus, ut Venaxini Comitatus ſervaretur incolumis: ivi, geſſi omni fide, qua mandaverant. Interea vero, qui partes hæreticorum foverant, cum Collegii noſtri incrementa ferre non poſſent (nam & paulo ante capti tres nobiles ex Oſcitanis Civitatem hæreticis prodere volebant) ſpargunt in vulgus, me iter ad Pium Quintum ſuſcepiſſe, de Inquiſitione ex Hiſpanico more in Comitatum inſinuanda, de Sodalitatibus Diſciplinantium (ut vocant) abolendis, de quibuſdam inter eos hæreticis indicandis. Diſſeminata in populo alioquin pio res eo eſt adducta, ut tormentis, armiſque Collegium noſtrum adorirentur, meque ipſum ad necem exquirerent. Sed ægre ſedatus per Armeniacum tumultus, nec tamen ita deferbuit, ut ſubminiſtrantibus faces, qui calidiſſime calumnias illas commenti fuerant, prorſus ſopiretur. Et vero ipſe neque in Galliam perveneram, nec Romæ jam eram, ſed Auguſtæ Taurinorum, cum rumor ille ad me fuit perlatus. Tum ego minime anxius, qui ea, quæ mihi objecta fuerant, ne per ſomnium quidem unquam cogitaveram, una cum uno comite perrexi inermis, ſed munitus a conſcientia, iter facere. Ubi venimus Camberium, tum liquidius tota res e noſtris cognita eſt. Itaque viſitationi ejus Provinciæ vacantes negotium Avenionenſe Deo, qui non dormitat, commiſimus. Cum ecce Pius Quintus ſuorum litteris admonitus, effrontemque hæreticorum impudentiam agnoſcens, qui in eorum inſi-

Inſidias vitam pene totam ex Inquiſitionis officio inſumpſerat, mandat litteras a Thoma Aldobrandino, qui Clementis VIII. Pont. Max. frater fuit, ſcribi (eæ, ut ſcis, dicuntur *Brevia*) ad Archiepiſcopum Aracis ſuum in Gallia Nuncium, ad Cardinalem Armeniacum, ad Archiepiſcopum, & Civitatem Avenionenſem; quibus & me nil quicquam de iis ſcientem liberet ab omni calumnia, & de noxiis ſupplicium ſumatur. Sed Deus ipſe poſt paucos menſes ſumpſit. Quippe Auctores de medio ſubſtulit, & quidem primarium, qui dum ſe ad ſcriptionem quarumdam litterarum componeret, illico expiravit, & elatus eſt. Hic autem duorum aliorum fuerat frater, qui & Deo Pont. Max. & Patriæ, & adeo ſuæ ſaluti rebelles dum eſſent in caſtris hæreticorum, quo tempore de turribus, crepidineque montium catholici præcipitabantur, ſuas ipſi manus ſanguine catholicorum civium eluebant. Carolus interim Nonus Galliæ Rex, Borboniuſque Cardinalis indigniſſime ferentes, quod is rumor in Galliam pervaderet, juſſere, ut Pontificium Breve ad Nuncium, litteræque Cardinalium, & civium Avenionenſium, qui veritatem teſtantes culpam illam deprecabantur, Pariſiis cum regio privilegio excuderentur. Quod factum eſt Pariſiis anno ſuperioris ſæculi ſeptuageſimo, die vigeſima Septembris, apud Gabrielem Bonum. Et Breve quidem Pontificium ita habuit.

„ Pius P. V.

„ Venerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Quidam per-
„ verſitatis filii ſuggerente Diabolo Chriſtiani nominis hoſte ſuperioribus diebus
„ improbiſſimum rumorem Avenione ſuſe diſſipaverunt, Antonium Poſſevinum
„ Jeſuitam in ſermonibus, quos dum hic eſſet, variis de rebus ad Religionem
„ pertinentibus nobiſcum habuiſſet, duo nobis perſuadere conatum fuiſſe, pri-
„ mum ut in Avenionenſi civitate nova Inquiſitionis hæreticæ pravitatis ratio
„ ad Hiſpaniæ modum introduceretur; alterum ut ſodalitates illius Civitatis,
„ quas vocant *diſciplinantium*, abolerentur: tertium adjecerunt, eundem nobis
„ multos de hæreſi ſuſpectos indicaſſe. Quæ omnia falſa, & ad pernicioſiſſi-
„ mam omnium libidinem ad excitandos tumultus conficta, non ſatis habuerunt
„ Avenione in vulgus proferre; ſed & tandem per totam fere Galliam, et Au-
„ lam quoque Regiam, ut accepimus, ſparſerunt, hominemque pium, nec mi-
„ nus vitæ ſanctitate, quam doctrina præſtantem eo redegerunt, ut aliquibus
„ illius Regni civitatibus ſatis tuto ſe committere non poſſit: quo quidem nos
„ & hominis incommodo, & rei indignitate permoti, non ſolum ut, quantum
„ in nobis eſt, ab hujuſmodi illum infamia liberaremus: ſed etiam ut verita-
„ ti teſtimonium pro noſtro Paſtorali officio perhiberemus; has ad res noſtras
„ litteras dandas exiſtimavimus, quibus fraternitati tuæ ſignificaremus tantum
„ abeſſe, ut prædictus Antonius Poſſevinus, quidquid earum rerum, quæ ſibi
„ ad hominibus vel hæreticis, vel invidioſis, vel ſeditioſis improbis certe obji-
„ ciuntur, nobis perſuadere conatus ſit, ut pro certo habeamus, illum de his
„ rebus ne cogitaſſe quidem, nedum nobiſcum aliquid egiſſe. Quod non ſolum
„ ad dilectum filium noſtrum Georgium Cardinalem Armeniacum, Cardinalis
„ Borboni in Legatione Avenionenſi collegam, ſcripſimus; ſed etiam ad ipſos
„ Avenionenſes Conſules, cum eorum litteris eadem de re ad nos ſcriptis reſ-
„ ponderemus, eoſque, & ipſum Cardinalem ad inquirendos ejuſdem falſi ru-
„ moris Auctores, puniendoſque hortati ſumus. Hæc ad te ſcribere voluimus,
„ ut cum a nobis id, quod verum eſt, didiciſſes, calumniatorum falſitatem tu-
„ tius redarguere, hominemque pium, & in vinea Domini diligenter pro ſua
„ parte laborantem, ab invidia falſi criminis vindicare noſtrarum litterarum te-
„ ſtimonio poſſis. Quod te, quantum in te eſt, facere volumus.

„ Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI. Sep. MDLXIX.

„ T. Aldobrandinus.

Caroli vero Cardinalis Borbonii eidem Pontificio Brevi præfixa teſtificatio

hæc fuit, Gallice quidem ſcripta, ſed hic latine ad verbum ſimpliciſſime reddita.

„ Carolus Cardinalis Borbonius, Archiepiſcopus Rothomagenſis, Primas
„ Normanniæ, Legatus Avenionenſis, omnibus tam præſentibus,
„ quam futuris præſentes noſtras litteras
„ inſpecturis ſalutem.

„ Cum nihil magis ad eos pertineant, qui populos regunt, quam cultus Di-
„ vini conſervatio, innocentiæ autem, & integritatis eorum, quibus injuſtæ ca-
„ lumniæ inuruntur, protectio, roboratio item, atque propagatio earum o-
„ mnium rerum, quæ ad Divinum ipſum cultum ſpectant, nimirum juventutis
„ inſtitutio, & ſincera catholica prædicatio: ideo muneris noſtri ratio nos hor-
„ tatur, ut, Deo juvante, quidquid in hiſce reſtituendis, ſartis tectis habendis,
„ propagandis efficere poſſumus, id ad Dei gloriam enixe præſtemus. Cum igi-
„ tur ad nos pervenerit quidquid calumniarum, & mendaciorum vere menda-
„ cium aſperſum eſt nomini Antonii Poſſevini Societatis JESU, quod apud
„ Pontificem Inquiſitionem ad Hiſpaniæ modum Avenionem inducere procura-
„ verit, aliaque iniquitatis plena tam adverſus illum, quam contra pios alios
„ viros ſparſerint: ut hac ratione populos, & nobiles erga labores, & concio-
„ nes ejuſdem Patris Poſſevini minus affecti, quam ſemper fuerant, efficerentur.
„ Cumque tantum abſit, ut memorati calumniatores, poſtquam ex ipſis Ponti-
„ ficis Max. et aliorum virorum eminentium litteris innocentiam ipſius Patris
„ liquido noverunt, famam ei reſtituerint, aut reſipuerint, quem inter Dei,
„ & noſtri ſervos habere debent, ut etiam malum malo addentes, quo tempo-
„ re, rogante nos P. Poſſevino, iis noxam omnem condonaveramus, memoriam-
„ que illarum calumniarum in altiſſimam terram defoderamus; iidem calumnia-
„ tores tum hic in Caſtris apud Regem, tum alibi per Regnum calumnias eaſ-
„ dem effuderint, ſuas ipſorum impoſturas falſo tegentes nomine civitatis Ave-
„ nionenſis, quo eiſdem calumniis major fides haberetur, metum autem probis,
„ ac plebi incuterent. Noluimus pati, ut veritas amplius ſupprimeretur, cum
„ præſertim tam manifeſta improbitas diſſimulata honori Divino, & ipſius ci-
„ vitatis Avenionenſis exiſtimationi nimis eſſet obfutura.

„ Quare nos, qui dudum P. Poſſevinum novimus, quoſque fructus tam in
„ noſtro Rothomagenſi Archiepiſcopatu, quam in noſtra Legatione Avenio-
„ nenſi, atque adeo in pleriſque aliis hujus Regni primariis civitatibus tulerit,
„ exploratum habemus, ſcientes item a Summo Pontifice eidem civitati Ave-
„ nionenſi, quæ pro illa fideliter apud ſe geſſerit, per alias litteras ad Cardina-
„ lem Armeniacum, ad Archiepiſcopum quoque Avenionis, & Conſules ſigni-
„ ficaſſe: præterea litteras Cardinalis Armeniaci ad P. Poſſevinum hoc anno,
„ menſis autem Julii quintadecima datas; alias quoque litteras Conſulum Ave-
„ nionenſium huc miſſas ad eorum Oratorem S. Sixti, decima nona die Augu-
„ ſti: alias Crillonis Equitis Ordinis, alteram ad P. Poſſevinum, alteram ad
„ ipſum civitatis Oratorem quintadecima, & trigeſima Auguſti ſcriptas inno-
„ centiam Patris, & optima quæ apud ſummum Pontificem officia præſtitit,
„ quemadmodum & hic nobis pro eadem civitate apud Regem, Reginam ma-
„ trem, & Concilium, & nos egit, teſtantes.

„ Propterea perpetuum, quanta poſſumus auctoritate, ſilentium imponimus
„ omnibus, quicumque directe, vel indirecte per litteras, & alias impoſturas
„ curarunt, aut curarent bonum ipſius Patris nomen obſcurare. Volumus au-
„ tem quocumque ſe ſe noſtra extendit auctoritas, ut puniantur ex legibus, ſi-
„ ve ipſi per ſe, ſive alios ſubornantes, ut iſta diſſeminarent. Ac quod attinet
„ ad perſonas ipſius Patris, una cum omnibus ejuſdem Societatis JESU Sociis,
„ manifeſtum eſſe volumus a nobis ſub noſtra protectione, & fide poſthac in
„ perpetuum ſuſcipere, & ſuſcepiſſe. Nominatim autem, & in primis ipſum P.

„ Poſ-

Digitized by Google

„ Poſſevinum, declarantes quicumque auſi erunt eundem Patrem, ſive Collegium, cui præeſt, injuria, damnove afficere, idipſum contra nos factum exiſtimaturos.

„ Quin immo annuam (*ſic*) ipſi Collegio, et quidem perpetuam ex noſtra Legatione Avenionenſi ſub beneplacito ſummi Pontificis, alioſque reditus attribuimus, quemadmodum conſtat ex noſtris patentibus litteris, quas eidem Patri Poſſevino noviſſime conceſſimus: quæ omnia, quatenus eſſet opus, ex noſtra plena poteſtate, & auctoritate Legati confirmamus, approbamus, confirmavimus, approbavimus cum univerſa dote, penſionibus, & reditibus, bonis mobilibus, & reliquis; ita ut ſint legitime unita, applicata, & dono irrevocabiliter data eidem Societati, & Collegio ad eorum inſtitutum exercendum, juxta conditiones, quæ in publicis formulis tam cum eadem civitate, quam cum aliis publica auctoritate ſunt ſcriptæ.

„ Ac tamen, quatenus opus eſſet, ex eadem noſtra auctoritate, ac plena poteſtate revocamus; abolemus, antiquamus, revocavimus, abolevimus, & antiquavimus quidquid aliud attentatum, aut factum fuiſſet contra Collegium dictum, & ipſius perſonas. Mandamus, jubemus, & injungimus officialibus noſtris tam præſentibus, quam futuris, ut plenum, & integrum effectum, quotieſcumque opus fuerit, ſortiatur, quicquid ex noſtra voluntate, atque expreſſo mandato in his litteris continetur, ſine dilatione, appellatione, impedimento qualicumque.

„ Accipimus, & tamquam erga nos ipſos collatum exiſtimamus, quidquid ad veritatem, & protectionem ejuſdem Collegii fecerint, faciunt, & facient Dominus Cardinalis Armeniacus, Conſules, & alii Nobiles, & Cives ejuſdem civitatis, nec non Comitatus Venaxini, quorum pleroſque ſcimus magno noſtro cum gaudio nec mediocri cum eorum merito ſtuduiſſe protectioni honoris, probæ vitæ, & ſanæ doctrinæ ejuſdem Patris Poſſevini, ac dicti Collegii.

„ Mandavimus, & mandamus, ut præſentes litteræ publicentur, et ubique evulgentur, ubicumque noſtra ſe ſe extendit auctoritas: potiſſimum vero ubi calumniatores ſuas impoſturas diſſeminare ſunt conati; idque nequi amplius ſeduci ſe ſinant, aut charitatem, & obſervantiam imminuant, quas debent Dei ſervis, & eidem Collegio, & Societati, quam Deus Op. Max. his miſerandis temporibus ob Chriſtianæ Reipublicæ bonum mirabiliter excitavit. „ Quoniam vero hæ litteræ noſtræ, ac teſtificatio noſtræ voluntatis expediet, ut pluribus in locis legantur, & conſerventur, volumus, ut (quod ſolemus in Gallia dicere) ad earum, Vidimus, noſtro ſigno obſignatum, ſive a dilectis Fidelibus noſtris Secretariis ſubſcriptum integra, quemadmodum huic primo exemplari, fides habeatur, cui noſtra manu ſubſcripſimus.

„ In Agro Landæ prope S. Joannem Angely VI. die Novembris Anno „ MDLXIX.

„ Subſcriptum.

„ Carolus Borbonius.

„ Inferius autem.

„ Mandato Illuſtriſ. & Reverendiſs. D. Cardinalis Legati „ Signatum, & obſignatum rubra cera.

„ Vyart.

De Gregorio XIII. Pont. Max.

Quamvis autem pro certo habeo te, cum de Gregorio XIII. Pontifice Maximo aut ſcripſiſti, aut ſcripturus es, nihil eorum prætermiſſurum eſſe, quod ad tanti Pontificis liberalitatem, atque pietatem attinet; te tamen obſecro, ut pa-

tiare tum quæ dicam, perlegere, tum ſi quid ex iſtis ad rem faciet, in bonam partem accipere.

Undecim ipſe annos egi cum eo Pontifice Maximo, ſive de iis, quæ ad Societatem noſtram pertinebant (eram enim tunc a ſecretis Præpoſiti Generalis noſtri, quare ad eum ſæpe mihi erat eundum) ſive item miſſus ab eo de Religione, & pace inter Reges componenda; quare neceſſe fuit, bonam Europæ partem non ſemel oſtennii ſpatio obirem.

Quibus in itineribus factum eſt, ut cujuslibet Regni, vel Provinciæ commentarium conſcriberem, quo ſingulo quatuor capita rerum continentur. Primum, qua ratione Chriſtiana Religio fuerit in eas Regiones invecta. Secundum, quomodo fuerit labefactata, ſive exploſa. Tertium, quonam modo reſtituta: quantum, quibus modis, niſi prorſus reſtituta fuiſſet, reſtitui, aut ſi jam reſtitui cœpta eſſet, poſſet propagari.

Hæc igitur apud me omnia extant partim excuſa, quemadmodum fortaſſe vidiſti ſæpe editum Commentarium *de Moſcovia* meum: partim manuſcripta, quales ſunt Commentarii *de rebus Sueticis*, & *Gotthicis*, *de Livonia*, *de Tranſilvania*. Patuere enim mihi Regum Archivia, reſque ipſæ, de quibus agebam, varia monumenta exigebant, e quibus & pax componi, et Religio Catholica reſtitui poſſet.

Ergo tunc primum in Suetia Joannes Tertius Rex cum ad Gregorium XIII. miſiſſet Nobilem Aquitanum, cui deinceps nuptui tradidit filiam notham, obtinuit, ut ad eum Regem de Religione proficiſcerer. Qui denique poſt quinque menſes, quibus fui apud ipſum, vitæ ſuæ acta univerſa mihi confeſſus, ejurata primum hæreſi Catholicæ Romanæ Eccleſiæ nomen dedit. Quæ vero conſecuta ſunt, cum iterum adirem ad illum, annumque integrum apud ipſum permanſiſſem, longum eſſet, ſi velim, exponere. Illud certiſſimum eſt, mihi plures ejus ſubditos traditos fuiſſe, ſeminariaque Pontificis ejuſdem ſumptibus Brunſbergæ in Pruſſia, Olomucii in Moravia fuiſſe in primis propter eos inſtituta. Reginam vero illius uxorem non ſolum Catholice deſceſſiſſe, verum etiam Catholico Ritu a Catholicis Sacerdotibus, qui erant e noſtris, fuiſſe in funere (comitantibus omnibus eorum Regnorum proceribus) elatam; filium item Sigiſmundum, qui Poloniæ Rex eſt, reliquiſſe Catholicum; plura quoque paraſſe, quibus ſi diutius ſuperſtes fuiſſet, Regna illa Catholicæ Eccleſiæ reſtitui poſſent.

Cetera, quæ Gregorius XIII. Pontifex Maximus egit, nos ſummatim, ſed veriſſime, in Apparatu noſtro ſacro attigimus in Verbo, Gregorius XIII. quæ fortaſſe tuæ non incommodabunt Hiſtoriæ.

At cum eodem tempore quinquies miſſus fuiſſem ad Rodulphum Imperatorem, atque ad Stephanum Batoreum Poloniæ Regem: mihi vero poſt Tranſylvanicam profectionem, comitiaque Poſonienſia, Caſſoviæ in Hungaria fuiſſet commorandum, dum res inter Cæſarem, & Regem componerentur (quemadmodum Deo juvante factum eſt), quidquid hæreſum, quæ plurimæ erant, fuerat in Hungaria ſparſum: quidquid item a Carolo Quinto imperante, conſilii initum a Schuvendio Hungariam adminiſtrante, quidquid etiam a Roberto, qui erat Calvinianus, ſed ſuperiorem Hungariam adminiſtrabat, mihi prolatum, ut inter Catholicos, & hæreticos concordia iniretur, præbuit mihi occaſionem, ut quam diligentiſſime potui, collatis hinc inde tum hac de re colloquiis omnibus, tum optimorum, & doctiſſimorum libris, ſynodiſque omnibus legitimis eo de negotio perlectis, id denique collegerim, quod Patavii cum ſcripſiſſem adverſus Philippum Nuam, cujus libri Genevæ cuſi Gallice circumferebantur, poſtea Innocentio IX. Pont. Maximo mihi mandante, Romæ primum, mox Lugduni in Gallia, deinde Cracoviæ in Polonia emiſſum fuit in lucem. Capita vero hæc ſunt inter alia.

Utrum

Digitized by Google

Utrum expediat ad Gallicas res componendas univerſale, liberum, ſive nationale Concilium Eccleſiæ Gallicanæ indicere, aut certe colloquium alterum de Religione inſtituere?

An cum fieri non poſſit, ut eo modo, quo vellent hæretici, univerſale Concilium liberum cogatur; ſaltem nationale Eccleſiæ Gallicanæ indicendum ſit ad dirimendas lites, quæ de Religione exiſtunt?

An, quod Neutrales quidam, & Politici proponunt, ut pars utraque de ſuo jure non nihil decedat, optima ſit ad ſarciendam concordiam ratio?

An aliquis alius denique modus ab antiquis, ſive catholicis, ſive hæreticis adhibitus ſit pacantibus tumultibus, qui item iſtis, qui de Religione in Gallia exorti ſunt, poſſit utiliter adhiberi?

Sed et de illis tum Auguſtæ Vindelicorum, tum Dreſdæ in Miſnia cum ipſo Auguſto Duce, qui me a Pont. Max. & a Stephano Batoreo Poloniæ Rege miſſum excepit humaniſſime, ſic egi, ut verum fuiſſe agnoſcerem, quod decennio antea Albertus Bavariæ Dux mihi Monachii, dum adhuc viveret, dixerat, nimirum ab eodem Auguſto Saxoniæ Duce in Ratisbonenſibus comitiis, ſuperſtite Maximiliano Imperatore, ſibi reſponſum fuiſſe, *dolere ſe*, *quod* (ut eſt apud Germanos in Proverbio) *nimis ultra protruſus fuiſſet currus*, innuente ſe quidem de Catholica Religione profitenda fuiſſe deliberaturum, niſi tot humanis difficultatibus, Principumque proteſtantium, qui abs ſe penderent, ſtudiis detineretur. Addidit (eodem Alberto Bavaro mihi referente) cupere ſe, vel unius brachii amputatione, ut Monaſteria, quæ Lutherani uſurpaverant, priſtino cultui reſtituerentur.

Quin & mihi idem Auguſtus, cum ex Moſcovia una cum Legatis Moſci ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum redirem, litteras, quas vocant patentes, ad univerſum Germaniæ Septemviratum Auguſtæ Vindelicorum dedit: quibus per univerſam Germaniam libere, ac tuto agere poſſem, hæque litteræ apud me adhuc extant ejus Chirographo, & ſigno obſignatæ.

Breve autem Pontificium a me perbenigne accepit, eaque reſpondit, quæ non erant aliena a cordato Principe, cum etiam me juviſſet in componendis rebus inter Rodulphum Imperatorem, & Stephanum Regem. Sed & deinceps quos ex Saxonia Alumnos ad Seminaria Pontificia miſi excolendos, numquam ille improbavit, aut inde mihi negocium faceſſivit.

Quæ pauca indicaſſe volui, ut intelligeres, me, ſi quid de Auguſtana Confeſſione ſcripſi (nam extat mecum de illa judicium non ſemel excuſum) hauſiſſe ex ipſis exemplaribus, & Archivis, quæ mihi, ut dixi, patuerunt in iis legationibus. Inde autem, præter illa, quæ legeram, tam multa certe mihi innotuerunt, ut quidquid hæretici de Confeſſione Auguſtana ſpargunt, eam non fuiſſe *in eſſentialibus*, ut ajunt, variatam, egregie, ut quibus nulla eſt frons, etiam in hoc mentiantur.

Atqui poſtquam huc adductus ſum, quo antea non putaram, non tacebo, quæ tum de Societate noſtra, tum de ſede Apoſtolica in procuranda hominum ſalute ipſis oculis quinquaginta pene annorum ſpatio conſpexi. Nam ut poſtea ſcripta calumniis referta prodeant ab iis, qui neque a Deo vocati, neque unquam hujuſmodi negociis rite præfuerunt, nihil ſane faciendum eſt, ſed tantummodo Deus orandus, ut velamen ab oculis auferat illorum, & reſipiſcant.

Scio igitur (qui ſi inſipiens videar, ut hæc commemorem, dicam cum Apoſtolo, *Vos me coegiſtis*) ſcio, inquam, ante triginta annos mihi concreditam fuiſſe curam ſcribendi ad omnes Societatis noſtræ Provincias, idque circiter quinquennium cum pleriſque Amanuenſibus fuiſse dies, noctesque præſtandum. Quo tempore ſimul erant omnia evolvenda, & diſponenda, quæ ab ineunte Societate noſtra per annos quadraginta cum Chriſtianis, cum Indis, in Synodis, cumque Regibus, ac Pontificibus Maximis fuerant procurata.

In

In his igitur omnibus nil vidi, quod cædes, ſanguinem, avaritiam, commoda, dignitates ſæculi, carnem ſaperet. Nam quicumque nomen Societati dederant, iidem relictis omnibus, ad illam adhibiti, ſanguinem ipſimet pro Chriſti nomine in Indiis, in Oceano, et in Anglia libenter profuderunt. De dignitatibus, quod dixi, duo ad Cardinalatum nolentes promoti, ſed Viri doctiſſimi, quique Henricum Quartum, & ipſius Regnum enixe juverunt. Cum mihi a Clemente VIII. mandatum fuiſſet, ut Romam adducerem Nivernium Ducem, deinde iterum in Gallias redirem, novit ipſe Rex, quid in iis negociis Deo miſerante præſtitimus. Et iſtic Petrum Cotonum Societatis noſtræ a Rege ipſo evocatum h ' ... præ oculis, qui cum Regi concionetur, Arelatenſem Archiepiſcopatum .... a Rege oblatum recuſavit, cum deinceps Evangelica illa Calviniana charitas eidem mortem intentavit, ei tranſadigens collum: ſed, Deo melius providente, cum pene miraculo convaleſceret, pro ſonte, qui conquirebatur, Regem rogavit, ut noxa omnis ei condonaretur.

Ad ſedem Apoſtolicam quod attinet, plauſtra diplomatum de Religione propaganda poſſem afferre. Sed neque tu illa ignoras, & ex Annalibus Card. Baronii liquido plerique jam omnes agnoſcunt. Id autem, quod mihi ipſi inter alia hujus generis mandatum fuit, intelliges e Diplomate ſequenti, ut qui verbis non crederent, credant factis, ni prorſus ſint reprobi. Nam cum poſt meam pirimam profectionem in Suetiam, ſeptentrionalis tractus haud ſemel mihi fuiſſet obeundus, Romæ vero de iis rebus quinque primarii Cardinales fuiſſent a Pont. Max. delecti, qui cum duobus inſignibus Theologis, Franciſco Toleto, & P. Montalcino de iis, de quibus mittebar, inter ſe ſe agentes ad Summum Pontificem referrent, Pontifex ipſe per idem Diploma, vide quibus me facultatibus munivit, ne cui vel relapſo (ſed reſipiſcenti) veniam denegarem. Qui vero Sacerdotia uſurpaſſent, reſque ſacras in proprios uſus vendicaſſent, quanam ratione, hoc eſt ſumma charitate, ad ſe ipſos primum mox ad illa vel retinenda, vel reſtituenda eſſent invitandi. Nemo ſumptibus, ne unius quidem oboli, gravaretur. Paſſim ſeminaria iiſdem ſedis Apoſtolicæ ſumptibus excitarem. In Livonia Epiſcopatum (1) & Collegia, ſicuti factum eſt, introducerem. Cæſari ad Turcam in Hungaria profligandum, ſive arcendum, pecunia ſuppeditaretur. At lege diploma, ſi placet.

„ Gregorius PP. XIII.

„ Antonio Poſſevino.

„ Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum te, qui ob exi-
„ miam fidem, probitatem, doctrinam, & catholicæ Religionis zelum nobis
„ maxime probatus es, pro gravibus hujus ſanctæ ſedis negotiis in Suetiam uſ-
„ que, & alias ſeptentrionales partes mittamus; conſentaneum, & opportunum
„ eſſe putavimus, te nonnullis facultatibus proſequi, ut tu in hac functione
„ benignitatem hujus ſanctæ ſedis erga ejus fideles, & devotos, cum venerit
„ uſus, poſſis liberaliter impertire. Itaque, ut tu perſonis Suetiæ, ac finitimo-
„ rum quorumcumque regnorum, & provinciarum Daniæ, & etiam Inſularum
„ ſeptentrionalium, atque Moſcoviæ, Livoniæ, Hungariæ, Pomeraniæ, Sa-
„ xoniæ, ubi nulli ſunt Catholici Epiſcopi, hæreſiſque jam diu graſſatur, op-
„ portune conſulere, teque erga illos utilem, et benignum exhibere poſſis, Ti-
„ bi ad noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum quaſcumque perſonas regno-
„ rum, provinciarum, & locorum prædictorum a te id humiliter petentes ab
„ omnibus caſibus, exceſſibus, & delictis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſervatis, &
„ in litteris Die Cœnæ Domini legi ſolitis, contentis, injuncta eis pro modo
„ culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, abſolven-
„ di, & omnes pœnas propterea incurſas eis condonandi, ac cum ipſis ſuper

qua-

(1) Epiſcopatus Venbenſis.

„ quacumque irregularitate per eos (non tamen occaſione homicidii , et biga-
„ miæ) quomodolibet contracta , etiamſi in ipſis cenſuris hujuſmodi ſic ligati
„ Miſſas , & alia divina officia , non tamen in contemptum clavium celebrave-
„ rint , vel aliis Divinis ſe ſe immiſcuerint , ita quod nondum promoti omnes
„ etiam ſacros , & Presbyteratus Ordines ſuſcipere , & tam ipſi , quam alii iis
„ jam ſuſceptis , etiam in altaris miniſterio miniſtrare , ac qualiacumque bene-
„ ficia recipere , & obtenta retinere valeant : & cum patientibus defectum Na-
„ talium , ſi conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis , quæ circa idoneita-
„ tem perſonarum fuerint attendendæ , ſi paternæ non ſint incontinentiæ imita-
„ tores , ſed bonæ converſationis , & vitæ , & alia eis merita ſuffragentur , ad
„ diſpenſationis gratiam obtinendam : ac cum corpore vitiatis , dummodo in his
„ non ſit tanta deformitas , quæ ſcandalum in populo poſſit generare , ut pari-
„ ter ad omnes etiam ſacros , & presbyteratus ordines promoveri , vel jam pro-
„ moti in illis miniſtrare , ac beneficium Eccleſiaſticum cum cura , vel ſine cu-
„ ra , ſi eis canonice conferatur , ſimiliter recipere , & retinere libere , & licite
„ valeant , diſpenſandi : nec non quoſcumque , qui matrimonia in quibuſvis gra-
„ dibus prohibitis contraxerunt , ſi citra ſcandalum , & aliquam inconvenientiam
„ ſeparari nequeant , quoad occulta , in omnibus in foro conſcientiæ , quoad ma-
„ nifeſta vero impedimenta in tertio , & quarto , dumtaxat conſanguinitatis ,
„ ſive affinitatis gradibus ab inceſtu , reatu , et exceſſibus hujuſmodi , ac cenſu-
„ ris Eccleſiaſticis injuncta eis pœnitentia ſalutari , & aliis , quæ de jure tibi
„ videbantur injungenda , in utroque foro abſolvendi , & cum eis , ſimulve in
„ matrimoniis prædictis remanere poſſint , diſpenſandi proleſque inde ſuſceptas ,
„ & ſuſcipiendas legitimas nunciandi , nec non in locis prædictis , ubi nulli ſunt
„ Epiſcopi Catholici , denunciationes matrimoniorum publice faciendas ad tem-
„ pus , ſi tibi viſum , remittendi , & ſuper hoc diſpenſandi , ac iis conjugibus ,
„ qui ab erroribus , aut hæreſi reſipuerint , qui quidem inter ſe contraxerint ,
„ aut alter eorum fuerit hæreticus , quando contraxit , ſive clam , ſive palam
„ contraxerit , benedictionem impendendi : inſuper conjugibus iis , qui licet am-
„ bo ſint vidui , vel alter eorum tantum , numquam tamen benedictionem ſacer-
„ dotalem a catholico ſuſceperunt , illam ſolemnem tribuendi ; ac ut oleis ſu-
„ perioris anni conſecratis pro catechumenis , Chriſmate , & infirmis illorum
„ miniſtri , niſi præſentis anni haberi poſſit , pro quo tamen habendo fiat diligen-
„ tia , uti poſſint , nec non militiæ clericali ſe adſcribi volentibus illarum diœ-
„ ceſum , & locorum , ubi Catholici non adſint Epiſcopi , ut poſſint a Catholi-
„ cis Antiſtitibus gratiam , & communionem Sedis Apoſtolicæ habentibus cle-
„ ricali charactere inſigniri , & ad omnes etiam ſacros , & Presbyteratus Ordi-
„ nes , etiam extra tempora a jure ſtatuta , & abſque titulo , ſi ita pro Eccle-
„ ſiarum neceſſitatibus , ſeu commoditate judicaveris expedire , promoveri poſſint ,
„ dummodo ad id sint idonei , licentiam concedendi . Præterea cujuſvis generis
„ ornamenta ſacerdotalia , corporalia , & alia quæcumque ad divinum cultum ,
„ & uſum miniſterii Altaris pertinentia , & dedicata benedicendi , ubi Catholi-
„ ci non adsint Epiſcopi , & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta (Confirmatione ,
„ & Ordinibus exceptis) quibuſcumque perſonis prædictis eorumdem capacibus ,
„ omiſſis pro neceſſitate , & opportunitate , cæremoniis ſolitis , ac requiſitis mi-
„ niſtrandi , eaſdemque cæremonias , quando tibi videbitur expedire , ſupplendi .
„ Apoſtatis utriuſque ſexus , ut per aliquod tempus certum eis ſtatuendum , vel
„ ſi expedierit , etiam ſæpius prorogandum extra religionem , & ſine habitu ma-
„ nere poſſint , intra quod tempus teneantur ad religionem redire , vel a nobis ,
„ ſeu ſucceſſore noſtro Romano Pontifice licentiam ubi neceſſariam impetrare ,
„ permittendi . Ac cum quibuſvis hæreticis , vel ſchiſmaticis una cum ſociis ſuis
„ verſandi eorum reductionis cauſa ad fidem catholicam , & unitatem Eccleſiæ ,
„ eorumque libros legendi , quo facilius abs te , ſeu illis refelli poſſint : ipſoſque
hære-

Digitized by Google

„ hæreticos, & ſchiſmaticos etiam relapſos, etiam hæretiarchas reſipiſcentes; „ ſi hæreſes, & errores ſuos publice, aut privatim, prout tibi videbitur, abju- „ raverint, ſive damnaverint, vel deteſtati fuerint, & hoc humiliter petierint, „ a quibuſvis hæreſis, & apoſtaſiæ crimine, & pœnis, atque cenſuris, in quas „ incurrerint, injuncta eis pro arbitrio tuo ſalutari pœnitentia, in utroque foro „ abſolvendi, & unitati fidelium, & participatione Sacramentorum Eccleſiæ re- „ ſtituendi. Denique iis, qui Eccleſiaſtica beneficia diutius indebite obtinuerunt, „ ſive uſurparunt, eadem beneficia, & fructus perceptos, dummodo parœciis „ proviſum ſit, aut provideatur de ſufficienti ſuſtentatione, atque interim diſ- „ ponantur ad reddendum, quæ Dei ſunt, Deo, ad collocandas Virgines, pau- „ peres alendos, & alia hujuſmodi, & promovendam Religionem Catholicam, „ ut aliqua ratione ſatisfieri poſſit Deo, cujus illa bona ſunt, arbitrio tuo, prout „ expedire videbitur, ſive quid (*ſic*) judicaveris, eos aliqua remuneratione di- „ gnos fuiſſe, quia fidem Catholicam promoverint, aut promoturi ſint, condo- „ nandi: ac vices tuas in præmiſſis in toto, vel in parte uni, vel pluribus per- „ ſonis probis, et idoneis arbitrio tuo ſubdelegandi, & eoſdem, quando, & „ quoties tibi viſum fuerit, revocandi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium „ plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Non „ obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæ- „ teriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo „ Piſcatoris. Die primo Decembris MDLXXVIII. Pontificatus noſtri anno ſe- „ ptimo.

„ Cæſar Glorierius.

Alia Gregorii XIII. Pont. Max. Juſſa ad idem ſpectantia eidem Antonio Poſſevino.

Gregorius PP. XIII.

„ Dilecte fili, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cupientes pro noſtro „ Paſtorali officio providere, ne occurrente Abbatiſſarum Monaſteriorum Mo- „ nialium quorumvis ordinum in quibuſcumque Regnis, Provinciis, & Domi- „ niis, ad quæ pro adimplendis mandatis noſtris in aliis litteris explicatis te „ declinare contigerit, exiſtentium, vacatione novarum Abbatiſſarum, canoni- „ ce, & juxta ipſorum Monaſteriorum ſtatuta factæ electionis confirmatio pro- „ pter defectum ibidem Catholici Epiſcopi, ad quem confirmatio ſpectet.... „ canonice electas Abbatiſſas, emiſſa prius ab eis in manibus tuis profeſſione „ fidei, juxta articulos pridem a Sede Apoſtolica propoſitos, & juxta formam „ ſolitam præſtito juramento, auctoritate noſtra confirmare libere, & licite va- „ leas, tenore præſentium facultatem tribuimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, „ & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Monaſteriorum, & illorum Ordi- „ num ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum „ Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die XV. Martii. MDLXXXI. „ Pontificatus noſtri Anno nono.

„ Cæſar Glorierius.

„ Nos Ptolomæus Gallius tituli Sanctæ Agathæ S. R. E. Pr. Cardinalis Co- „ menſis, Seminariorum a SS. D. N. Gregorio XIII. Pont. Maximo in Ger- „ mania, Polonia, & reliquis Regionibus conſtitutus Protector.

„ Cum ejus Beatitudini nihil antiquius ſit, quam ut animæ omnium Chriſtiano- „ rum, ac præcipue ſeptentrionalium, tamquam ſibi cariſſimorum filiorum cum Deo „ Domino uniantur, ut eandem quoque unionem ipſi ceterorum alacriter divina „ cum gratia procurent. Tibi R. Antonio Poſſevino profeſſo Societatis JESU, „ cujus nobis in multis rebus ſpectata eſt fides, & zelus animarum: quique „ adeo mandante ejus ſanctitate, varia ejuſmodi ſeminaria, & pauperum ſtu- „ dioſorum domos inſtituiſti, ac nunc quoque mitteris, ut alia inſtituantur, ple- „ nam poteſtatem auctoritate Sanctiſſimi D. N. concedimus, ut nomine, & au-

„ ctori-

„ ctoritate noſtra uti poſſis ad alumnos eorumdem ſeminariorum, et domorum
„ pauperum mutandos de loco ad locum, dimittendos, admittendos, procurandumque, ut ſecundum pietatis leges, quam uberrimum in ſe ipſis, et in aliis
„ fructum ferant, rationes item expenſi exigendum, ut ordinate omnia fiant,
„ penſioneſque, & Eleemoſynæ Summi Pontificis non tantum fideliter (quod
„ quidem credimus) verum etiam prudenter, & circumſpecte ad divini nominis gloriam in eoſdem, & non in alios alumnos impendantur. Quod ſi ad
„ commune bonum pertinere judicaveris, ut pars aliqua eiſdem ſeminariis per
„ te Pontificis juſſu inſtitutis, aut addita, aut attributa convertatur in pauperum ſtudioſorum ſuſtentationem, ut hac ratione major numerus eorum ali
„ poſſit, & per paupertatem ad ſolidiora humilitatis fundamenta jacienda dirigatur, id totum fidei, ac diligentiæ tuæ committimus, & integrum relinquimus. Quod ſi propter alia tibi ab ejus ſanctitate injuncta negocia, non poſſes eadem omnia ſeminaria, & pauperum domos aliquando inviſere, aut
„ obire: damus tibi facultatem, quantum in nobis eſt, ut per alios ſocios tuos
„ id, quandocumque expediet, efficias: catalogos autem omnium, & fructum
„ ſpiritualem, & profectum in litteris, ac quibus officiis deſtinabuntur, ut ſaltem ſingulis annis mitti ad ejus beatitudinem, & ad nos cures. Ac Deum
„ omnium bonorum Auctorem precamur, ut tibi, cæteriſque tuis, & ipſis omnibus alumnis pleniſſimam donorum cœleſtium copiam impertiat. Datum
„ Romæ die XV. Octobris MDLXXXII.

„ P. Cardinalis Comenſis manu propria.
„ Chriſtophorus Turrettinus Secretarius.

Ex his omnibus, Vir ornatiſſime, haud dubito te conjecturum plurima a Pontificibus Maximis fieri, quæ ſi involvuntur ſilentio a malevolis, a te tamen viro ingenuo, quod in Angliæ converſione ad catholicam fidem, Regina Maria ad illud Regnum evecta feciſti, haud eſſe reticendum.

Addo, ab eodem Gregorio XIII. Pontifice Maximo mihi redeunti verſus Regna ſeptemtrionalia, ac dicenti, plurima accidere, quæ præſente remedio egeant, reſponſum fuiſſe his ipſis verbis. *Fac illis, quicquid ad eorum ſalutem neceſſarium eſt*. Videlicet nolebat quemquam ex præſidio deſtitutum, quod per Chriſti Domini ſanguinem ei, cui claves cœlorum in terris commiſit, fuit concreditum.

De Sixto V. Pont. Max.

Succeſſit Gregorio XIII. quod optime noſti, Sixtus Quintus: de cujus Pontificatu minus mihi dicendum eſt, quo minus ab eo ad functiones illas a Gregorio XIII. mihi injungi ſolitas adhibitus fui. Ac tamen accitus e Polonia ab eodem Sixto V. & adducendo Archiepiſcopo Neapolitano, quem ad illud Regnum mittebat Nuncium, nec non in Moſcoviam tertio deſtinatus, ut novennii induciarum tunc elabentium prorogationem inter Moſcum, & Stephanum Regem curarem, ſimul item quædam de ſeminariis Pontificiis ex itinere eadem opera ſtatuerem, in ea incidi, quæ ſparſa in vulgus fortaſſe jam in tuos commentarios redacta ſunt: ſed cum hinc vere, ac planius noveris, ſpero tuæ Hiſtoriæ futura non incommoda.

Et primo cum Oeniponti a Gulielmo Bavariæ Duce ex itinere accepiſſem Stephanum Regem, ad quem allegabar, ex hac vita migraſſe, neceſſe non fuit, ut in Moſcoviam redirem. Totaque illa induciarum prorogationis procuratio converſa eſt in perpetuam ſancitam pacem poſt Sigiſmundum tertium Poloniæ Regem renunciatum. Reliqua igitur de Seminariis, deque adducendo in Poloniam Nuncio curata ſunt. Sed antea tranſeunti Praga, & a Maxi-

 milia-

miliano Archiduce Auſtriæ, dum curſum intenderem, evocato is juſſit mihi, ut quoniam ipſe deligi Poloniæ Rex cuperet, cauſam ipſius in eo Regno agerem. Reſpondi, noſtræ quidem Societatis homines ejus Auguſtæ Familiæ debere plurimum: ſed ad me, qui Sacerdos, & aliis negociis pro ratione Inſtituti noſtri, eſſem addictus, rem tantam non ſpectare.

Proinde duo ipſe præſtaret. Alterum ut totam rem Deo rite commendaret. Alterum, ſi quos e ſuis in Poloniam ad id procurandum mitteret, neminem deligeret hæreticum, quo Senatus maxima pars, ac pene tota Catholica offendi poſſet. De me ſiquid peteretur, nihil eſſe me reſponſurum, quod ejus celſitudini poſſet obeſſe. Noſce enim, quo animo ſemper Catholicam Religionem propugnaſſet, reliqua eſſe teſtatiſſima.

Ubi diſceſſi, Cracoviamque, & Varſaviam propere ſum prætergreſſus, non tamen evaſi, quin Brunsbergam in Pruſſia aliquot præſtantium Nobilium ad me litteræ pervenirent, quibus quærebant, quid ſentirem ſive de Principe Suetiæ, ſive de Moſco, ſive de Tranſylvaniæ Principe, ad quos aliis de rebus antea fueram miſſus. Reſpondi omnibus, nihil ad me iſta pertinere. Ac Deus teſtis eſt, quia non mentior.

Interea Germanis ſuſpicio mota, me tum Moſco, ut hoc beneficio ſchiſmaticum Imperium ad Catholicam Eccleſiam allicerem, tum Suetiæ Principi, apud quem diu fueram, tum Principi Tranſylvaniæ, in gratiam Batoreorum, Regni Poloniæ coronam curare.

Cum ergo percrebreſcerent rumores, noſtri autem Patres, qui Pragæ erant, identidem de iiſdem me urgerent, ut me cum Cæſare, ac Principibus Auſtriacis purgarem, id feci. Quare, quod poſtea fere divinitus diſpulſa calumniarum nube contigit, ex adjuncto litterarum exemplo cognoſces.

„ Sereniſs. Principi Maximiliano Archiduci Auſtriæ D. in Chriſto Clementiſſimo
„ Antonius Poſſevinus.

„ Cum primum in Poloniam veni, relicto prope Cracoviam Illuſtriſſimo Ar-
„ chiepiſcopo Neapolitano, contendi magnis itineribus huc recta, & ſicut ali-
„ cubi in Italia, & Germania feceram, paternum Summi Pontificis Breve, quod
„ erit his litteris adjunctum, promulgarem his quatuor ſeminariis, quæ in hac
„ una Pruſſiæ civitate Brunsbergæ Collegium noſtræ Societatis adminiſtrat. Hoc
„ dum curo, afferuntur ad me Pragenſes Nuncii, rumores apud Serenitatem Ve-
„ ſtram ſpargi, operam dare me, & Epiſtolas adeo meas circumferri, quibus
„ Sereniſſimus Princeps Suetiæ coronam hujus Regni conſequatur. Qui rumores
„ licet innocenti animo moleſtiam nullam aſperſerunt, dolui tamen, & eorum
„ vicem, qui iſta comminiſcerentur, & aſtum Satanæ eo uſque progredi, ut qui-
„ bus Societas noſtra omnia obſequia, & ſervitia cupit, ac debet, ab eadem pro-
„ ficiſci (quæ falſiſſima ſunt) adverſus ſerenitatem veſtram, ſive item adver-
„ ſus Sereniſſimum Archiducem Herneſtum ſuadere potuerit. Neque enim lit-
„ teras illi hujuſmodi unquam oſtendere poterunt, niſi ipſimet aliquas confinxe-
„ runt, nec nobilem ego ullum, ne ipſam quidem Sereniſſimam Reginam pro-
„ pere Varſaviæ pertranſiens ſalutavi, ut me in iſta negocia, nec a ſummo Pon-
„ tifice cuiquam injuncta, nec ad vocationis meæ inſtitutum ſpectantia immi-
„ ſcerem. Quæ ſi etiam pertinerent, fateor ita me ab hoc negotio abhorrere,
„ ut etiam ſiqua mihi ejus procuratio demandaretur, quærerem omnes vias,
„ quibus illud declinarem. Primum quod Deo ipſi, per quem Reges regnant,
„ tantum negocium relinquendum credo; tum quod qui alia ratione humana ſe
„ ſe putarunt aliquid effecturos, vix unquam felicem ad Dei ipſius gloriam, quæ
„ una in his rebus ſpectanda eſt, exitum ſortiti ſunt; tum quod, ſi de Sereniſ-
„ ſimo Principe Suetiæ loquamur, dubitem, ſi e Paterno Regno diſceſſerit,
„ fore, ut quod hoc elapſo decennio ſummis conatibus, & ſeminariorum, atque
„ itinerum ſumptibus laboratum eſt in Catholica Religione reſtituenda, id prorſus

Digitized by Google

,, ſus concidat. Præterea quod neſcio quam conſtanti pectore is, cui defere-
,, tur Corona hujus Regni, recuſaturus ſit jusjurandum, quod ei proponetur (ſi
,, voluerit eſſe Rex) de confœderatione illa, quam aliquot ante annos a Lu-
,, theranis, Anabaptiſtis, Calvinianis, Arianis, Picardis, Samoſatenis, & Ebio-
,, nitis inter ſe initam iimet Sereniſſimo Henrico Galliarum Regi obtruſerunt
,, juramento: cui impietati cum is noluiſſet aſſentiri, Sereniſſimum deinde Ste-
,, phanum piæ memoriæ variis artibus adigere conati ſunt, ut aſſenſum præbe-
,, ret. Ego vero ut auctor ſim alicui, ut ſe iſti periculo exponat, de meque a
,, Deo tandem ratio poſcatur temeritatis meæ, equidem Sereniſſime Princeps,
,, neque pro ſexcentis Mundis (ut Chriſtiana viri Religioſi libertate loquar)
,, attentarem. Accedunt & alia, quæ his litteris non ſunt committenda, ſtatuſ-
,, que hujus Polonicæ Reipublicæ præſens, cui utinam ne plures reges decer-
,, nantur, dum contraria horum ſtudia eo uſque invaluere, ut hoc maxime ſit
,, pertimeſcendum. Quamvis, ut Deus Opt. Max. ſolet viſcera ſuæ Misericor-
,, diæ pluſquam noſtra reſpicere peccata, fortaſſe omnem ſedabit tempeſtatem,
,, & eum deliget, in cujus pectore altiora pietatis ſemina videat. Quæ fuit cau-
,, ſa, cur V. Serenitati ſua Clementia de hoc negotio mecum agenti propone-
,, rem, ut hanc promotionem putaret eo facilius proceſſuram, ſi ſe totum Di-
,, vinæ bonitati concrederet, ac quod Fuldæ feciſſe ſe mihi dixit (cum propte-
,, rea Sacramentis ſe communiiſſet) id ipſum facere pergeret. Plus enim cer-
,, tiſſime Deus hac ratione efficiet, in quo theſauri ſunt ſapientiæ multiformis,
,, quæ item prudentes hujus mundi comprehendit in eorum aſtutia, quam qui-
,, buſcumque aliis rationibus, nempe pecuniæ, dignitatum, ac aliarum rerum
,, pollicitatione. His enim ſi Regni Coronam hanc fuerit conſecutus, non ſtabit
,, ædificium, quod caducis fundamentis nitatur. At ſi deſiderio ſinceriſſimo pec-
,, catorum exterminandorum, juſtitiæque colendæ, & unius Catholicæ Religionis
,, propagandæ veriſſimo ſtudio ſive Sereniſſimus Archidux Erneſtus, ſive V. Se-
,, renitas ferentur, potens eſt Deus, ut tot Reverendiſſimos Epiſcopos, ac ple-
,, roſque alios Regni hujus Proceres Catholiciſſimos permoveat, ut alterutrum
,, illorum ſibi conſtituant caput. Jamvero ut adhuc liquidius noſcat, eundem
,, etiam, ſuperſtite Sereniſſimo Rege, fuiſſe meum ſenſum; mitto V. Sereni-
,, tati libellum, in quo de iis ipſis negociis, ac de confœderatione, de qua di-
,, xi, reſponſio mea eſt ſcripta data ei Regi, cum ſententiam a me quandam
,, quæſiviſſet: & is libellus antequam ille mereretur, in lucem editus certio-
,, rem meæ ſinceritatis fidem faciet. Confido autem, ſi Sereniſſimus Archidux
,, Erneſtus, vel Serenitas veſtra eam ſaltem partem perlegerit, quam charta in-
,, terpoſita ſignavi, fore, ut acutius harum omnium rerum veritatem conſpi-
,, ciat, quæ ſuo tempore futura ſit adminiſtrandis Provinciis non incommoda.
,, Cæterum Sereniſſime Princeps, per eum candorem, quem ſemper in ejus pe-
,, ctore & ſocietas noſtra, & ipſe cognovi, obteſtor, ne cujuſquam hominis
,, dicto facile adverſus nos moveatur. Quæ autem præſens V. Serenitati teſta-
,, tus ſum, in iis perſto conſtans; quæ vero dici a nobis poſſunt, ac debent,
,, ea nunquam ſiluimus, neque ſilebimus. Ac teſtis eſt mihi Deus, vel cum ad-
,, huc in vivis ageret Stephanus Rex, me libere, quæcumque in reſtituenda Ca-
,, tholica Religione fiebant in Auſtria, ſumma cura in hoc, & aliis Regnis ſpar-
,, ſiſſe; ut idem ſtimulus eum Regem ageret ad idem promovendum tum in
,, Polonia, et Lituania, tum in Tranſylvania. Neque puto eadem ad concilian-
,, dos meliorum erga veſtras ſerenitates animos minimi fuiſſe momenti. Ac
,, præter alia, quæ vel ex Moſcovia, vel aliunde ad ſacram Cæſaream Majeſta-
,, tem miſſus retuli, Deus item eſt mihi teſtis, Stephano Regi me ſemper
,, ſuaſiſſe, nullum ut in terris exiſtimaret firmius Illuſtriſſimis Batoreis præſi-
,, dium ſe poſſe relinquere, quam ſi ſinceriſſima rerum compoſitione ſacram Cæ-
,, ſaream Majeſtatem demereretur, quæ patrocinium illorum ſuſciperet.

Pp 2 Hoc

Digitized by Google

„ Hoc animo, ut fui, ſic ero, dum vivam, nihil humanæ remunerationis, „ aut terreni ſtudii, ſed Dei unius gloriam reſpectans, a quo fauſtiſſima omnia „ veſtræ Serenitati precor ex animo.

„ Brunsbergæ. Idibus Aprilis. Anno 1587.

Abbatis Spinulæ, qui Sereniſſimi Archiducis Erneſti erat intimus, ad Antonium Poſſevinum Societatis JESU Epiſtola.

„ Cum primum P. V. litteras accepi, quibus exemplum erat adjunctum earum, quas Sereniſſimo Archiduci Maximiliano ſcripſerat, egi quæ de me P. „ V. cupiebat. Ac meus Sereniſſimus Princeps Erneſtus, poſtquam ſæpe idem „ litterarum exemplum relegi, mirifice lætatus eſt, ac de V. P. optime ſentit. „ Hoc volui ad P. V. ſolatium eidem iterum ſcribere, quandoquidem dubito, „ ut priores litteræ meæ ad ipſam, cujus reditum in Italiam cognovi, pervenerint. Modo ſcribendi finem faciens, meaque ipſi officia offerens, ejuſque ma- „ nus deoſculans, me ejus orationibus commendo, rogans, ut mihi interdum „ ubinam fuerit ſignificet.

„ Viennæ n. Idus Julii 1587.

„ P. V.

„ Servitor addictiſſimus
„ Abbas Spinula.

Andreæ Erſtembergeri a ſecretis ſacri Imperii Cæſareæ Majeſtatis Epiſtola ad Antonium Poſſevinum Societatis JESU.

„ Proculdubio, Pater Reverende, ſingulari Dei miſeratione, piorumque ho- „ minum precibus factum eſt, ut D. Viheuſerus Procancellarius noſter, ante- „ quam ex hoc ſeculo migraret, tandem errores ſuos agnoſcens, & ad cor rediens, „ omnique depoſito faſtu, veniam ab iis, quos offendit hactenus, petiverit, id- „ que non modo in confeſſione, ſed etiam coram aliis ſtantibus.

„ At cum Paternitas Veſtra inter abſentes numeretur, nec ipſi amplius facul- „ tas ſcribendi ſuppeteret, rogavit me ſummopere, ut P. V. ſuo nomine ſcri- „ berem, eamque propter Deum (nam his utebatur verbis) obſecrarem, & obte- „ ſtarer, ut quæcunque adverſus ipſam & verbo, & facto admiſiſſet, Pater- „ nitas V. ei benigne condonaret, ſimul ac pro ſalute animæ ſuæ Deum „ precaretur. Quod quidem officii ego tanto libentius in me recepi, quanto ma- „ jorem ejus contritionem, & humilitatem cernerem, nec non & de benignita- „ te P. V. minus dubitarem. Deceſſit is, poſtquam jam confeſſus Viaticum San- „ ctiſſimi Corporis Domini noſtri ſumpſiſſet, Oleoque extremæ Unctionis ad- „ verſus hoſtem munitus eſſet, 28. die Aprilis, hora ſeptima meridiana, cujus „ anima requieſcat in ſancta pace. Amen. Porro de libris P. V. mihi aliquo- „ ties miſſis, ingentes P. V. ago gratias, optoque ex animo, ut benignus Deus „ P. V. quam diutiſſime Eccleſiæ ſuæ conſervet incolumem; cujus preces ma- „ gnopere flagito. Datæ 25. Aprilis. 1587.

„ P. V. addictiſſimus
„ Andreas Erſtembergerus.

„ P. S. D. Curtius noſter propter Legationem abeſt modo inter paucos dies „ reverſurus; qui mea quidem ſententia ipſi ſucceſſurus eſt. Ego accepi in man- „ datis a Defuncto, ut advenientem pro condonatione pariter rogarem. Quod „ lubens facio.

De Innocentio Nono Pont. Maximo.

Eram Patavii, ubi quadriennium ſubſtiti texendæ meæ Bibliothecæ ſelectæ, quam ante triginta annos eram exorſus, cum Sixto Quinto Urbanus, huic Gregorius

gorius XIV. Pontifices Maximi ſucceſſere, de quorum Pontificatibus nihil mihi dicendum. Vix enim uterque paulo plus decem menſibus eo munere perfuncti ex hac vita migrarunt, neque ab iis ad aliqua adhibitus fui. At ſub ejuſdem Gregorii mortem Romam vocatus incidi in id tempus, quo mox Innocentius Nonus renuntiatus eſt Pontifex. In quo licet duos ipſos menſes vixerit, non eſt tamen reticendum,

Primum, quod in eo Viro Juriſprudentia, rerum uſus, & acre judicium fuerat: quam ob rem Apoſtolicæ ſedi fidam pluribus in rebus operam præſtiterat. Deinde quod cum eos, qui Nicolai Macchiavelli aſtum, & artes ſectabantur, ferre non poterat, plura collegerat, quibus peſtem illam oppugnare decreverat: Academias vero, in quibus Hæretici mixtim cum Catholicis vivere permittebantur, officinas tandem evadere impietatis ſolidiſſimo ſcripto, quod exiat apud me, Viris Principibus tradiderat. Adeo ex eodem ore efflari amarum, & dulce non poſſe ſciebat. Denique ingens deſiderium, ut Romæ primum, deinceps alibi Diſciplina Eccleſiaſtica, quoad ejus fieri poſſit, inſtauraretur, moreſque componerentur. Mihi igitur accerſito per Cæſarem Baronium, qui nondum S. R. E. erat Cardinalis, juſſit, ut quæ ſcripſeram adverſus Macchiavellum, & alios quoſdam, ea ſtatim latine, atque Italice in lucem ederem. Mox congregatione quinque Cardinalium, & trium Conſultorum inſtituta, mandavit, ut accurate quæcumque in Urbem irrepiſſent emendanda, hæc expenderentur, & ad ipſum relata, quacumque poſſet ratione, in priſtinum ſtatum redigerentur. Cardinales fuere ætate, ſcientiaque probati Palæottus, Mediceus, qui Florentiæ Archiepiſcopus, Valerius, qui Veronæ Epiſcopus, Cuſanus, Borromæus Borromæi Senioris Patruelis. Conſultores, Claudius Aquaviva Præpoſitus Generalis Socieratis noſtræ, Sylvius Antonianus, qui poſtea Cardinalis, & Ego. Tum præter illa, quæ incurrebant in oculos, quæſitum de Confeſſariis Romanis, qui plus ætatis in eo munere impendiſſent, quive Theologi eſſent inſigniores, ut quæcumque quadraginta annorum ſpatio ex relatu pœnitentium obſervaſſe potuerant, ita per capita colligerent, ut neque pœnitentium aliquis indicaretur, & tamen ipſæ res, quæ egerent præſente remedio, noſcerentur. Mihi & harum colligendarum, & quæ agerentur in Congregatione, ut ſcriberem, quæ ſubinde Pontifici Max. oſtenderentur, mandatum eſt. Tum igitur plura mihi innotuerunt, quæ quamvis ob breve illius Pontificatus ſpatium in rem conferri omnia non potuere; tradita tamen a me (ut debebam) Clementi VIII. Pont. Max. fuerunt. Quæ ſi tu legeres, quam ſperarem te ipſum iſtis, qui nimium ſapere velint, perſuaſurum, ut primum domui ſuæ præeſſe diſcerent, deinde ſi legitime vocarentur ad concilium, tum reverenter, non audacter, moderate non temere, ac ſine præjudicio accederent. In quos certe quadrat illud, quod uni ex veſtro Ordine, te præſente, reſpondit Rex Henricus Quartus ſapienter. *Tuam ipſe domum, & familiam, qui duas duxiſti uxores, filiumque perire permiſiſti, regere non potuiſti, & ecce tibi ſumis me, meamque regere?*

Ad rem ut redeam, in iis Collationibus experti ſumus, multa quidem irrepiſſe, quæ digna (quod ad mores attinet) erant emendatione: ſed et remedia impediri ab iis, qui potentiores, & Regum, atque aliorum gratia valentes ut pleroſque etiam e ſuis familiaribus in Sacerdotia non ſincero relatu, aut minore Divini obſequii cura intruſerant, eoſdem in iiſdem Sacerdotiis retineri mordicus curarent: Penſiones item e Sacerdotiis exortas cum jactura divini cultus, & pauperum ſuſtentationis, ſive ſacrarum ædium inſtaurationis, idque ſpecie præſtitorum ſibi in propriis Aulis officiorum, & alia id genus.

Atqui ut quiſque pronus eſt ad filios, affines, amicos juvandos, dilabi, quæ ſeverius in officio continenda ſunt, nec carnem, neque ſanguinem eſſe ſpectandum. Ut ergo veniebatur ad remedium, vidimus haud omnem culpam eſſe conjiciendam in Pontifices Maximos. Et vero inde maximum obicem poni, quod

quæ

Digitized by Google

quæ in ſacra Tridentina Synodo fuiſſent decreta, ii, qui plenis buccis Concilium inclamaverant, jam non ſolum haud admitterent, ſed ſpernerent, ſed quod putidiſſimum eſt, auderent damnatæ memoriæ leguleii carpere, ac tamquam peripſema projicere. Et noſti ex eo hominum genere prodiiſſe, quæ in Monte peſſulano non ita multo antea ſine adſcripto auctoris nomine contra eandem Synodum fuere evulgata. Noſti Vindicias, quæ Turonius (*ſic*), & alias id genus quiſquilias. Noſti, qui cum Sacerdotiis diu fuerint uſi, ut inde reditus corraderent, denique una, & altera uxore, ſiquidem eadem Sacerdotia familiaribus, ac domeſticis ſuis tamquam per manus tradiderunt, ſibi tamen majorem redituum partem adhuc ſubtrahunt. Qui quidem neque Romæ ſunt, & cum iſthic inter nos vivant, neque ablata ab Eccleſia reſtituunt, & vero dentem acuunt adverſus medicos ipſi & ægroti, atque phrenetici: interea ubi magnopere deceret, ibidem de hujuſmodi abuſibus altum eſſe ſilentium.

Ut finem faciam de Innocentio loqui, animadverſum eſt ab una ipſa Apoſtolica ſede in univerſum Orbem mitti continenter, qui Principes officii ſui admoneant, qui hæreſes arceant, qui gentes, & ethnicos ad fidem Chriſtianam alliciant, qui adverſus Turcas, & perfidos Chriſtianas copias ingentibus ſumptibus, nec ſine ipſo ſanguine juvent. Sed cum qui hæreſibus arcendis, moribus emendandis, & gentibus convertendis adhibentur, hi ejuſmodi eſſe debeant, quales Chriſtus Dominus ſuæ fundandæ Eccleſiæ delegit operarios, nempe ut expediti, nec ſecularibus negociis impliciti id muneris obeant, ex iis collationibus intellectum eſt, ſummam Ordinum Religioſorum curam habendam eſſe, tum ut laxata in quibuſdam diſciplina corrigeretur, tum ut quæ laboribus piorum Virorum obſtarent, ſubmoverentur.

Et certe, Vir magne, non tam putidum, quam etiam cæcum, & impium eſt, cernere Divinam ſapientiam ab ipſo Apoſtolorum tempore nunquam in propaganda religione Catholica, niſi ſacerdotibus, & Monachis, qui mundo valedixiſſent, uſam fuiſſe, ac tantæ ſapientiæ, & luci oculos claudere, ſibi ut ſumant divites hujus mundi, & congerendis opibus ſemper inhiantes, de aliorum avaritia decernere, quique nunquam pedem e domibus extulerunt, ut relictis propriis rebus animas conquirerent, eoſdem de iis, qui per ſaxa, per ignes ad Indias uſque procurrunt intrepidi, velle ferre judicium. Quin ſi avaros Sacerdotes mordent (quod non eſſet improbandum, ſi id facerent, qua charitate Gregorius Magnus, & plerique alii Pontifices, & ipſe D. Bernardus ad Eugenium ſcribens, fecerunt) ipſi tamen & hæreticos fovent, & ſchiſmata in veſte Chriſti inconſutili ſtatuunt, ut quæ Dei ſunt hominibus tribuant, quæ autem ſunt hominum, hæc Deo præponant.

De Clemente VIII. Pont. Max.

Innocentii Noni brevem Pontificatum excepit Clemens Octavus Pont. Maximus, qui jam tertium, & decimum annum in Cathedra Petri ſedet, cui multi anni, vireſque integræ ad Dei gloriam. Quod vero Innocentius conceperat, conceperat & Clemens, atque hic eo altius, quod majoribus (ac diutius) muneribus, atque legationibus foris, domique functus, & morbos noverat, & remedia præcogitaverat. Cumque negocium Ordinum Religioſorum, quos oſſa, & medullas Chriſtianiſmi vocavit, primarium eſſe intelligeret, in quod vigilantiam impenderet, in hoc in primis incubuit. Accitis enim ad ſe eorundem Ordinum Generalibus, efficacem, ac ſolidam iis hortationem habuit, cujus ſi exemplum volueris, mittam. Tum cœnobia Romæ is ipſe inviſit, mox viſitatores per Italiam, & alias Provincias diſtribuit, qui collapſa reſtituerent, bene currentes animarent. Qui autem jus in urbe dicerent, eos accerſitos tanto acrius ad-

Digitized by Google

admonuit, quanto peritius, atque integrius in ea ſe palæſtra ſemper exercuerat. Delectum Epiſcoporum, examine coram ſummis Viris habito, qualis raro antea fuerit, ſic habuit, ut certe doctiſſimos, atque probatiſſimos in eum Ordinem cooptaverit. Quod is, cui ſollicitudo eſt omnium Eccleſiarum, cum Regnis, Regibuſque item ethnicis egerit, atque agat, longa egeret oratione. Quid pro noſtro Chriſtianiſſimo Rege, Regnoque Galliarum optaverit, atque procuraverit, vos ipſi teſtes eſtis: ſecuta vero pax, & aucta dictio indicant. Quam vitam agat, quive Chriſtianæ Eccleſiæ ſtatus, ac fidei Catholicæ hoc Pontifice quænam ſit propagatio, non dubito, quin tuo cum gaudio cognoveris, ſed & aliquid fortaſſis amplius intelliges ex ubere mea ad Indiæ noſtrum Viſitatorem Epiſtola, quæ huic Commentario in tui gratiam erit adjuncta: quam quidem anno Jubilæi poſtremi vocatus ab ipſo Pontifice ad urbem ſcripſi, cum eodem tempore à quatuor ventis, ut ita dicam, ſecundæ res, atque Gentium, & hæreticorum converſiones ad Præpoſitum noſtrum Generalem perveniſſent.

At quoniam ab hoc ipſo Clemente Octavo miſſus ſum ad Nivernenſem Ducem, dum a Rege ad urbem mitteretur, cumque item ſequenti anno mihi redeundum fuerit in Galliam, paucis dicam, quæ tacenda non ſunt. Romæ eram, cum Innocentii mortem excepit Clementis electio in ſummum Pontificem. Marchio autem Piſanus, & Cardinalis Gondius nomine Regis ad ipſum venire ſategerant. Tentata ſemper res, irrita ſemper fuit, nunquam eatenus benedicto Rege. Nivernius Dux denique miſſus, qui idem attentaret. Cum Italiæ appropinquaret, accerſito mihi Pontifex Max. jubet, ut ei quam primum occurram cum mandatis iis, quæ ad rem pertinebant. Ac, etſi qua potui demiſſione iter hoc detrectabam, obſtrepentibus æmulis ſocietatis noſtræ, qui capturi eſſent occaſionem dictitandi, nos rebus immiſceri politicis, perſtitit tamen Pontifex in eo, quod de me deliberaverat non ſine duarum Congregationum ſententia, quæ Gallicis, & Comitatus Venaxini rebus explicandis erant inſtitutæ (quatuordecim ii numero e primariis Cardinalibus erant), dicens res haſce non humanas Politicas eſſe, ſed Divinas, quæ cum ad Religionem pertineant, ad Religioſos maxime ſpectant. Morem itaque geſſi, & in Rhetis obviam factus Nivernio, datis Pontificis litteris, ipſe Gallicarum rerum, a quibus viginti annos abfueram, ſtatum omnem mihi aperuit: quo cognito, ac per Tabellarium Pontifice admonito, nos in viam dedimus; Romam vero profecti, quid actum ſit, non eſt opus hic attexere. Id ſatis, quod ſtudium Societatis noſtræ Chriſtianiſſimus Rex, atque orbis Chriſtianus agnovit: cum tamen in me: quaſi ſacrilegium commiſiſſem, plauſtris calumniarum conjectis, ab iis, qui de Rege minus ſperabant, ſive ſperari nolebant, perrupta denique fuerit glacies illa, quæ deinceps evaſit in benedictionem, de qua & ego in Gallias remiſſus poſt annum ad colligendos noſtros, qui a veſtro Senatu Pariſiis fuerant ejecti, ſic egi, ut Perronium (qui poſtea Ebroicenſis Epiſcopus, nunc autem Cardinalis) Rex allegaret ad Urbem, qui optatam benedictionem ab optimo, & rectiſſime ſentiente Pontifice obtinuit.

Dices, undenam tibi iſta mens, quam quidem & ex relatu Nivernii, qui eandem ſcripto conſignatam rediens in Galliam typis excudi curavit, accepimus, & Regi noſtro ſignificatam diffiteri non poſſumus? Addes, cum tui ordinis alicui obiectum fuerit, eum a fœderatis ſtare, queve extra Galliam collegia habetis, ea ne periclitarentur, te debuiſſent avertere a noſtra cauſa defendenda: cur tamen ita conſtanter pro Rege, Regnoque noſtro te geſſiſti? Dicam ergo eo libentius, & verius tibi, quo harum rerum maximam tuæ hiſtoriæ liquidius inferere poteris.

De

De Henrico Quarto Rege Chriſtianiſſimo:

Pariſiis poſt initum Caroli Noni Regnum agitata a pluribus adverſus noſtros in veſtro Senatu cauſa, ab uno autem Verſorio egregie, ac Chriſtiane defenſa, egebat adhuc Regis manifeſtiore patrocinio. Aemuli enim, ac potiſſimum latentes hæretici omnem movebant lapidem, ut Lutetia primum, deinde ex univerſo Regno ejiceremur. Incubabant nimirum operi, quia ſi juventus pergeret in noſtris ſcholis edoceri, difficiliorem fore videbant & Religionis Catholicæ, ac ſuorum conſiliorum everſionem. Cum vero ipſe graſſante peſtilentia Lugduni concionarer, Rexque Carolus eo veniſſet, ubi tum mihi cum Vireto publice fuit diſputandum, juſſus ſum, ut Regem diſcedentem ſequerer Avenionem. Qua in civitate Collegii noſtri fundamenta cum jacerentur, hæc mihi fuit cura concredita. Abiit Rex Bajonam verſus, ut ſororem Hiſpaniæ Reginam viſeret. Tum Roma mihi mandatum, ut Bajonam proficiſcerer, ubi juſſionem a Rege ad Senatum veſtrum de noſtris rebus procurarem. Ea prima fuit occaſio noſcendi Henrici, qui nunc regnat, ingenii, quin et agendi cum Hoſpitalio, & perſpiciendi hæreticorum aſtus, de quibus poſtea, quando huc mea pervenit oratio.

Bajonæ igitur cum aliquando eſſem in cubiculo Regis (& aderat Regina cum Carolo Nono, Henrico, & Margarita filiis, cumque hoc Henrico altero, quem Regem Navarræ vocabant) aſpiciens hunc adoleſcentulum regia, & perſpicaci indole, neſcio quo præſagio meo me interrogante animo, *Quis putas iſte erit?* ac reſpondenti aliis deceſſuris ſuperſtitem, ac denique Regem Galliæ futurum, cœpi obſervare, ecqua eſſet in ætate illa tenera propenſio ad Catholicam Religionem: ſciebam vero ſub cura ejus eſſe matris, quæ in Calviniſmo illum educabat. Perendie ejus diei Anna Memorantis Comeſtabilis uxor lectiſſima fœmina mihi gratulabunda dixit: *Scito Regem Navarræ Henricum ſigna Catholicæ Religionis exercere. Quid ita, inquam? Acceſſit, ait, heri ad me, ac preces horarias Beatiſſimæ Virginis, quas gero de iſta catenula pendentes, evolvens, & explicans, incidens item in ea verba Pſalmi,* (1) Qui ordinant teſtamentum ſuper ſacrificia, *reſpondi, quod a doctis audieram, iis deſignari futurum ſacrificium Miſſæ, in quo ex veteri, novoque Teſtamento myſteria Redemptoris panduntur. Tum adoleſcentulus* (ſubdit uxor Comeſtabilis) *admirans, & eidem ſenſui inhærens, Catholicam Eccleſiam optime agere, quæ ſacrificium Miſſæ quotidie offerret, indicavit.* Poſt aliquot vero annos Pariſiis dum eſſem, nuptiæque Henrici Regis Navarræ cum Margarita Caroli Noni ſorore pararentur, illa autem procurante Carolo Patruo Cardinali, ut a Joanne Maldonato Theologo noſtro inſigni Catholica veritate imbueretur, id privatim ei ſemotis arbitris ſpecimen Catholicæ Religionis edidit, ut non tam didiciſſe, quam poſſe adverſus hæreticos eam tueri oſtenderet. Sed cum a factioſis ad eorum partes ſuſtentandas abreptum iidem ſibi præfeciſſent, factum eſt, ut quamquam eorum Miniſtros audiret, non dubia tamen ſigna Catholicæ Religionis ederet, ſive cum iis ſuſcepta Catholicorum parte diſceptans, ſive in ora eorum, quorum prædicationes audiebat, & contemnebat, ceraſorum oſſa diſploſa per digitos projiciens.

Atqui cum hic, Henrico tertio e vivis ſublato, Carnutum cœpiſſet, putarent autem hæretici milites, ſe ſe gratum Regi facturos, ſi Sacerdotem e noſtris, qui tum in ea civitate concionabatur, ſiſterent ejus majeſtati, quæ de eo ſupplicium ſumeret; Rex perbenigne acceptum juſſit tuto dimitti, præfatus eidem hæc verba; *Credite, me vobis Jeſuitis aliquando oſtenſurum, quo ſtudio erga vos feror: proinde diligite me, & orate pro me.*

Cum

(1) Pſal. 49.

Cum vero jam deliberaſſet, fidem Catholicam aperte profiteri, quærenti, ubi nam Joannes Maldonatus eſſet? ac reſpondentibus noſtris, eum Romæ ex hac vita migraſſe, ægre id admodum tulit.

Sed & dum, Pariſienſi civitate obtenta, plerique omnes adverſarii agerent, ut ex ea ejiceremur, vidiſtis, quantopere falſis calumniis obſurduit, donec Satanæ æſtu, & ex infelicis illius adoleſcentis facto capta occaſione, cito judicio in exilium acti noſtri; ceteris tamen in univerſo Regno, quos reliqui omnes Senatus fidiſſimos Regi, Regnoque ſemper fuerant experti, conceſſit, ut libere, quæ ſolebant, agerent.

Quin, & cum videretur (certe haberetur) ordini noſtro infenſus, ſinebat Biterris, & Lemovicis, ubi jam ſunt duo Sholaſticorum millia, collegia Societatis inſtitui, atque ſuccreſcere.

Commendata interim Magiſtratibus Catholica Religio, ejuſque colendæ facultas in ipſis hæreticiſſimis civitatibus tradita, anne interioris animi liquidiora potuere eſſe argumenta?

Secuta eſt poſtea tamquam in nobiliſſimo Tribunali, cui vos alii non tam interfuiſtis, quam præfuiſtis, concertatio Ebroicenſis cum Pleſſæo apud Fontem Ballæum, ubi ſe Rex Catholiciſſimum prodidit. Sed & denique, quod ne hoſtes quidem poſſunt inficiari, noviſſime in reſtituenda, & defendenda noſtra Societate, qualem ſe exhibuerit, & nos gratiſſima memoria recolimus, & omnis audiet poſteritas, atque ipſi jam Reges alii admirantes dexteræ Dei virtutem in Rege ſuſpiciunt. Neque vero attigi, quod Joanni Delphino (jam S. R. E. Cardinali) tum Venetæ Reipublicæ Oratori dixit. Cum enim hic gratulatum Regi miſſus eſſet in Galliam, quod novam Regni Coronam eſſet adeptus, poſtea vero idem Orator Romanæ legationi deſtinatus proficiſci deberet ad urbem: Rex eum rogavit enixe, ut ſummo Pontifici teſtaretur, ſe quidem ſummopere ab ejus Sanctitate Benedictionem expetere, verumtamen niſi conceſſiſſet, ſe nunquam deſtiturum, quin ei omnia tamquam Chriſti Vicario redderet obſequia.

Quin & mihi in Galliam (quod ſupra innui) remiſſo, ut noſtros colligerem, qui ad certas ſedes erant deſtinandi, Rex ipſe ad Burgundiæ Ducatus civitates capiendas proficiſcens mandavit, ut ſe Lugduni expectarem, quo tempore ibidem Memorantius Comeſtabilis, & Bellicuræus, qui nunc Regni Cancellarius, unuſque a ſecretis Regis a Fraxinis mecum agerent: tumque ego, ad quem Bellicuræus ad Inſulam Beatiſſimæ Virginis prope Lugdunum venit, ſimul quatuor horarum colloquio, plurima de ſtatu Regni, Regiſque animo cognovi, quæ ab ipſo Rege ſenſim effici videbam, unde in mea de illo ſententia confirmabar. Nam tum quantiſcumque machinis a veſtro Senatu, ſive potius a paucis quibuſdam admotis, ut ex Turonico Collegio ejiceremur, nil tamen obtinuerunt, mihique Rex, quod antea per Nivernium ſignificaverat, etiam per Cardinalis Gondii litteras teſtatus eſt, nunquam ſe obliturum ejus officii, quod fide integerrima erga ſuam Majeſtatem præſtiteram. Quid quod dum hæc ſcribo (1), ecce mihi pars Epiſtolæ Regiæ quarta hujus Auguſti menſis data ad Virum Illuſtriſſimum Philippum a Fraxinis Oratorem ſuum, quæ inter alia hæc ipſa verba de noſtris continet? *Dieu vrai ſcrutateur de nos cœurs, & plus ſecretes penſees ſcait auſſi, que je n'ay eſtè meu a favoriſer, & reſtablir les Peres Jeſuites en mon Royaume, que pour advancer ſa gloire. A quoy d'autant qu'ils ſe rendront utiles, ils m'augmenteront auſſi le deſir, & affection de les mieux traicter.*

Dicam latine, ut aliquando etiam exteris, ſi fuerit opus, innoteſcant. Deus (inquit Rex) verus ſcrutator noſtrorum cordium, ac noſtrarum ſecretiorum cogitationum ſcit, me non adductum ad Patres Jeſuitas protegendos, atque reſtituendos in meo Regno, niſi ut Divina ejus gloria promoveretur: cui rei, quam

Qq ſe

(1) 1604.

Digitized by Google

ſe præbebunt utiles, tam mihi deſiderium, & amorem augebunt, quo majoribus illos beneficiis devinciam.

De Hoſpitalio.

De Hoſpitalio hæc pauca habeto. Bajonæ cœpi cum illo, & in Regio Conſilio, quod tunc erat ibi ſplendidiſſimum, ac privatim ſæpe agere. Eo enim, ut dixi, miſſus eram, ut exponerem, ac tuerer Collegii Pariſienſis noſtri cauſam. Et Hoſpitalium quidem reperi, qualem tu delineas, gravem, & acri judicio virum. Sed equidem, ut ſubinde ſenſa animi ſui cœpit mihi promere, agnovi non abeſſe a vero, quæ paſſim in Regno, ne dicam item foris, de illo jactabantur. Quamobrem & hic integriorem de illo Hiſtoriam tuam cupio. Et probe noſti, Divinam Hiſtoriam, quæ norma eſt verarum ſcriptionum, ſi quem vel Regem, vel inſignem laudet virum, vitia tamen haud ſilentio præterire: ſic illud obvium de quibuſdam: *Verumtamen non abſtulit excelſa*, ut & de Hoſpitalio dicendum: *Verumtamen non abſtulit hæreſim*. Quem enim integrum Catholicum dixeris, qui ſciens ac volens filiam hæretico locaverit? qui uxorem hæreticam perpetuo demulceret? Qui domi nimio pluſquam expediat, non ſolum aleret hæreticos, ſed foveret? Qui miſerrimis prætextibus erubeſcens homines, Chriſtum non erubeſceret? Quem autem Regni unitatem, & pacem ſerio procurare putaveris, qui unico Sacellano ad ſpeciem domi retento, familiam hæreticam, & ſchiſmaticam haberet univerſam? Qui ſedem Apoſtolicam ſoleret illo elogio cohoneſtare, *Porcam*, & *Scropham* appellans? Qui ſervos Dei, omnibus relictis egregie in Domini vinea laborantes, ſcommatis proſcinderet? Atqui, ut ex camino fumus, ſic ex iis, quos domi retinemus, prodit ſuam quiſque vel conſcientiam, vel animi elationem. Deus autem interim non irridetur, qui juſtitias talium judicabit, & jam illas Hoſpitalii judicavit.

De aliis quæ Bajonæ contigerunt.

Sed et Bajonæ, quæ facere poſſunt ad Hiſtoriam tuam, hæc ſunt. Henricus Caroli Noni frater, tum Dux Andegavenſis, in Cantabros ad Reginam ſororem excipiendam proficiſcens, me ſecum adduxit, cui item antequam Pyrenæum illum tractum pertranſiret, rite expiato Euchariſtiam in itinere porrexeram, & concionatus fueram. Eodem autem die, atque hora, quo Bajonam omnes, & Regina Hiſpaniæ cum nobiliſſimo Ducum, & Epiſcoporum comitatu ingreſſi ſumus, per adverſam portam Turcicus Internuncius, quem *Chiauſſum* vocant, advenit, fœdum, ac Chriſtianorum Regum congreſſu indigniſſimum ſpectaculum. Id videlicet Hæretici, & ſapientes Catones, num conſuluerint, tu ipſe cogita. In foro autem publice expoſitæ menſæ permittebantur venalium librorum, quos Calviniani Geneva tamquam ad nundinas, ne ſuo deeſſent officio, importaverant. Inter eos libros erant, quos per biennium adverſus me ſcripſerat Petrus Viretus, & Spifama Lucenſis, qui etſi poſtea malis artibus Epiſcopatum Nivernenſem obtinuerat, hunc tamen poſthabuit Concubinæ, quam inde ſecum Genevam adduxit, ubi & denique animam demiſit ad Inferos.

Præterea & quos Nicolaus Balbanus ſcripſerat, qui ex eadem Geneva emiſſus, ut mihi Lugduni concionanti tamquam antagoniſta opponeretur, paulo poſt ad lacum Lemanum abjecta omni ſpe propere rediit; ac denique Anonymus Quartus.

Tum itaque & ipſe Toloſæ quot fuere apud bibliopolas Catholici ſcriptores, eos coemi ab Cardinali Armeniaco, qui ibi tum vivebat Archiepiſcopus, & Bajonam

jonam advehi operam dedi, qui etiam illico pet Principum Aulas, perque Viciniam illam ſparſi ſunt, & quod mihi ſilentium imperaveram, ne ſcilicet oblatrantibus reſponderem, mutavi conſilium rogatus, ut infirmis conſulerem. Scripſi enim adverſus eoſdem hæreticos, *Reſponſum ad quatuor hæreticos* excuſum Avenione a Petro Rubeo. Quare & poſtea tacuerunt. Ceterum peſſime habuerat iſtos, primum quod ante captum ab hæreticis Lugdunum, ibidem dum populo Evangelium interpretaretur, præſentem Calvini Inſtitutionem interdum expendebam, quibus in locis miſer ille Apoſtata falſiſſime Patres citaverat, quos tamen aboleri interea curaverat: deinde quod breviſſimum de Miſſæ Sanctiſs. Sacrificio Tractatum emiſeram, quem non ſolum Galli, atque Itali, verum & Angli Catholici ſic fuerant amplexi, ut eum Anglice redditum, & prælis datum in ſua quoque Inſula diſſeminaverint.

Quod item primus Catechiſmi Gallici uſum e ſuggeſtu, Nobilium, & civium filiis invicem ſe ſe interrogantibus, & reſpondentibus, Lugdunum invexeram, quo cum ſuæ jugulum hæreſeos peti animadvertiſſent, Catechiſmum Calvini, mutata Auctoris inſcriptione, ac meo nomine editum, addito loco, ubi illum docebam, per vicos, & plateas venalem circumferebant, clamantes Gallice *le Catechiſme de Confort*; & vero ipſe concionabar in æde Dominicanorum, quæ appellatur *Noſtre Dame de Confort*. Sed & hæc impoſtura in caput illorum recidit, quorum fraudes in dies liquidius noſcebantur.

Præterea mortis, quam mihi cogitaverant, irrita comminatio, cum civitate ab iiſdem capta, duobuſque meis ſociis ad Tribunalia hæreticorum vocatis, Miniſtri Calviniani armati ad me, qui apud Lugdunenſem Proregem ſpecie Catholicum, re hæreticum in cuſtodia detinebar, veniſſent. Primum enim quæſiverunt, cur Sacrificium Miſſæ ex ſuggeſtu defendiſſem? deinde injuriis onerato edixerunt, ut ſanguine tantum facinus eluerem, quo tempore convicti ſuæ ipſorum perfidiæ, & inſcitiæ, ſed non converſi abierunt. Interea civitatis Conſulibus, qui tum erant duodecim, procurantibus, ut poſt paucos dies a Prorege liber evaderem (ipſi enim Lugduni me retinuerant, ut concionarer) tranſmigravi ad Itali Mercatoris domum, atque inde ad alterum poſtridie ejus diei ad Rhodanum mœnia alluentem diverti, donec navicula e Sabaudia deſcendiſſet, quam præfectus Arcis Montisluelli me neſciente procuraverat. Hic vero dum ſubſiſterem, Vaſconettus hæreticorum Centurio noctu ad Mercatoris primi domum veniens, ubi me non reperit, egit ut ad omnes urbis portas excubiæ, quæ me comprehenderent, evigilarent, ſed demiſſus per civitatis mœnia, & in navicula exceptus, quamvis adverſo flumine admodum rapido cymba propelleretur, tormentis autem e propugnaculis tantum non peteremur, quæ contra nos exonerabant, evaſimus hæreticorum manus in nomine Domini. Paucis tamen illis diebus, quibus in cuſtodia fueramus, nihil non impium conſpeximus: videlicet fuere ſacra omnia loca direpta, fugatæ Virgines, & Sacerdotes, ac Monachi omnes, combuſtæ formulæ, & Archiva, ne qua ſupereſſet memoria ſive Regiarum, ſive aliarum piarum fundationum; projecta in Ararim S. Prenæi, & aliorum Martyrum, ac D. Bonaventuræ (excepto Cranio, quod fuerat a viro religioſo occultatum) oſſa; ſacrarum veſtium inverſus uſus in mulierum hæreticarum, ac militum uſus; Calicum, quos Optatus Milevitanus *portatores Chriſti* vocat, abuſus ad ebrietatem: Bibliothecarum antiquiſſimarum dilaceratio: Ingentis arcæ, & plenæ thecarum aurearum, & argentearum, quæ me vidente a canonicis (qui & comites dicuntur D. Joannis) concreditæ depoſitum in manus Proregis, qui demum totam impie ſuffuratus ſacram illam ſupellectilem pœnas cum fratre dedit, cum uterque in prœlio prope Pariſios interfectus eſt a Catholicis; earumdem thecarum aliis ex Eccleſiis (abjectis S. Reliquiis) corraſio, quarum pretium erat multarum decadum millium aureorum; Mercatorum domus expilatæ; murorum dejectio, ut ſi quid eſſet abditum, reperirent; abra-

ſæ imagines ſacræ; Templorum demolitio, ædes Catholicorum per agros, & eorumdem e turribus dejectiones; ceſſatio divinarum laudum, & ſacrificiorum, nihil non dirum, & efferum noſtris oculis objecerunt. Hæc nova Evangelii ratio, ut qui tantis fœditatibus quærat integumentum, indignus ſit, qui cœlo tegatur.

Porro ubi Lugduno evaſi, me ſecutus eſt Ord. Carmelitarum concionator; qui cum Genevæ vixiſſet hæreticus, Calvinianorum fraudibus agnitis ad Eccleſiam, Ordinemque ſuum ejuratis hæreſibus rediit, & magnos edidit fructus, in Subalpinis eaſdem fraudes detegens.

De Petro Vireto.

Acceſſit Petri Vireti ingeminatum adverſus me odium. Nam qui primo Emundi Augerii, & meas conciones ferre non poterat, quippe Lugduni alternis diebus ſinguli concionabamur, ubi etiam alia via non ſucceſſit, homo vafer, qui olim anteſignanus hæreticorum, & Apoſtata neminem ſibi præferri volebat, ſimulat ſe Apoſtolico Nuncio Arelatenſi Archiepiſcopo (qui poſtea Card. S. Crucis) reverentiam velle exhibere. Patefacto facile aditu, fingit nihil ſibi optatius eſſe, quam ut cum aliquo inſigni viro catholico de rebus ſacris coram ipſomet Nuncio conſerat: fore ut Deus ſive ſuo, ſive illius cordi illuceſcat, nec ſemper in ancipiti verſemur Catholici, & *qui vocamur* (ait) *Evangelici*. Annuere ſe oſtendit Nuncius, ne Catholici detrectare certamen præſentibus Rege, Regina, & nobiliſſimis quibuſcumque Regni Proceribus viderentur. Emundus Augerius cum Nuncio collocutus id mihi certamen indicat. Præmoneo Nuncium, ut a Vireto exquirat, cujuſnam judicio ſtare velit, dum ego ſecus ſentirem, aut ille a me diſſentiret. Reſpondit ſubdole, ſe quatuor primis Conciliis, ac totidem celebribus Eccleſiæ Doctoribus ſtaturum. Præmitto & Concilia, & Patres ad Nuncii domum, ne quid eſſet imparatum. Perendie ad condictam Nuncii domum hora pomeridiana convenimus ego, & Viretus, qui & adduxit eum, qui antea Aquenſis Archiepiſcopus, demum abjecto Archiepiſcopatu non ſolum uxorem, ſive concubinam duxerat, verum & militem collegerat ad vaſtandam Galliam; Catholici aliqui Proceres, & Chaumontii frater. Quatuor horas in id colloquium impendimus, ſed dum promiſſum poſcerem, nempe e Conciliis, & Patribus ut cerneremus a quonam veritas ſtaret, ille eludens, *Ecquid* (ait) *opus eſt iſtis?* Cum vero Verbi Divini, Synodorum, ac Patrum auctoritate premeretur, Aquenſis autem etiam gladium mihi intentaſſet, colloquio ſed non pertinaciæ ipſorum eſt finis impoſitus. Mox ego Viretum ab aliis ſemotum ſevocans, *Uſquequo tandem, Virete,* (inquam) *perges non habere ſenectæ, nominis, conſcientiæ tuæ rationem? Tibi integrum eſt una hora ex ſuggeſtu veritatem Catholicam promere, deque iis, quos hactenus ſeduxiſtis, triumphum canere, ac denique Deo miſerante conſequi veniam*. Ille vero qui baculo nitebatur, ſubridens, & digitis apicem baculi tangens, iis diſploſis reſpondit Gallice, *c'eſt tout un*, quaſi diceret, *credamus, nec ne, nil intereſt*. Itaque cohorrui, & quem putabam dumtaxat hæreticum, deprehendi Atheum.

De BB. Martino, & Ambroſio, qui a cæde Priſcilliani hæretici abhorruerunt.

Quoniam vero non ſolum in Præfatione, verum etiam in reliqua Hiſtoria hoc tamquam Axioma ſtatuis: *Neminem ad credendum, ſive ad Catholicam Religio-*

Digitized by Google

ligionem amplectendam eſſe cogendum; idque præter exempla, de quibus egimus, probaſſe tu exiſtimas, non puto te virum Juris peritiſſimum, & aliis diſciplinis divitem hoc cogitaſſe de omnibus eſſe dicendum, cum leges Divinæ, Canonicæ, Civiles reclament. Quin potius eidem Axiomati contrarium hoc alterum eſſe ſtatuendum: *Nemini unquam poſt fidem Eccleſiæ datam licuiſſe ab ea recedere, legibus vero ſubjici, quibus ſe propria voluntate ſubdidiſſet*. Et ſane, ſi de iis loquamur, qui nunquam Eccleſiæ Catholicæ nomen dederunt, mitius cum hiſce agendum, nec dubitamus, nec ipſa unquam dubitavit Eccleſia. Quæ tamen vel iis, qui Chriſti Domini fidem nunquam admiſerunt, jubere poteſt interdum, ut Divinum a legitimis, & probatis Doctoribus audiant Verbum, quo ad æternam ſalutem procurandam ſenſim efficiantur idonei.

Et quatuor quidem Eccleſiæ lumina affers Martinum, Ambroſium, Optatum, Auguſtinum, ut aſtruas, quod dixeris. Addis Balduini Viri J. C. idem fuiſſe cum ſuis Belgis conſilium, qui relictis Calvinianis ad Eccleſiam Catholicam rediit.

Dum igitur a Maximo Imperatore Priſcillianus hæreticus gladio cæſus eſt, ab ea cæde D. Martinum, ac D. Ambroſium abhorruiſſe cum ſcribis (1), nil dicis, quod non ſit verum. At clarius, & integrius addi poterat ex Severo, unde iſta præcipue peti ſolent. Sic enim ipſe habet. „ Certe Ithacium nihil pen-
„ ſi, nihil ſancti habuiſſe definio, fuit enim audax, loquax, impudens, ſum-
„ ptuoſus, ventri, & gulæ plurimum impertiens. Hic ſtultitiæ eo uſque proceſ-
„ ſerat, ut omnes etiam ſanctos viros, quibus aut ſtudium inerat lectionis, aut
„ propoſitum erat certare jejuniis, tamquam Priſcilliani ſocios, aut diſcipulos
„ in crimen everteret. Auſus etiam miſer eſt ea tempeſtate, Martino Epiſco-
„ po Viro plane Apoſtolis conferendo palam objectare hæreſis infamiam. Nam-
„ que tum Martinus apud Treviros conſtitutus non deſinebat increpare Ithacium,
„ ut ab accuſatione deſiſteret: Maximum orare, ut ſanguine infelicium abſti-
„ neret; ſatis ſuperque ſufficere, ut Epiſcopali judicio hæretici judicati Eccle-
„ ſiis pellerentur: novum eſſe, & inauditum nefas, ut cauſas Eccleſiæ Judex
„ ſæculi judicaret. „ Hæc Severus.

Sed & legenda digna (2) Baronii Cardinalis collatio Maximi cum Theodoſio Imp. qui dato reſcripto commonuit Præfectos ſuos ab Eccleſiaſticis judiciis penitus abſtinere, quæ ad Epiſcopos Eccleſiaſticarum rerum, ac perſonarum legitimos judices deferri mandavit. Ita ſe habuere (inquit integer Relator veritatis, & oculatus obſervator Baronius) in eadem ferme cauſa diſſimilia, & prorſus inter ſe duorum Imperatorum judicia. Quodnam autem horum juſtius fuerit, non ſolum ſynodali fuit poſtea ſententia definitum, ſed divini Judicis æqua lance libratum, & alterius jactura vitæ, atque Imperii declaratum. Cum alioqui Maximus exerens, ut alter Phinees, gladium in turpiſſimorum hominum necem, ſanctificaſſe manus ſuas Domino, ob idque Phinees perennitatem Imperii commeruiſſe videri potuiſſet: quem tamen non cædes ſontium culpabilem reddidit, ſed arrogatum ſibi ſacerdotale judicium quantumlibet Epiſcoporum illorum conſenſione delatum, ut intelligant omnes, quam gravius delinquant, qui illud contradicentibus Sacerdotibus ſibi vendicant, & extorquent.

De Franciſco Balduino.

Venio ad Franciſcum Balduinum, nam mox de Optato agam, ad quem ſcholia ſcripſit.

Eram

(1) Lib. 2.
(2) Anno Chriſti 385.

Eram ego Pariſiis, cum non ita multo antea Geneva rediit ad Catholicam Eccleſiam. Cauſas, quibus adductus id fecerat, mihi fidenter aperuit. Quarum altera fuit mira, quam reperit in Calvino, & Beza, atque aliis hujuſmodi hominibus, inſcitia conjuncta cum faſtu. Altera eorumdem diritas, agitarique ſolitæ Catholicorum cædes. Nam cum occidendi cauſa Duces militum fuiſſet a Calvino ad conſilium advocatus, ſic horruit, ut ſpeluncam illam vere tetram deſerere deliberaverit. Propterea ubi fuit Pariſiis, Calvinuſque, & Beza pro ſua illa tam Evangelica modeſtia ſcripſiſſent contra Balduinum, quem & *Ecebolium* vocabant, reſpondit, qua ſolebat elegantia, & ſolidis rationibus. Extant ipſius Apologiæ a Pariſienſibus prælis emiſſæ, in quarum una oſtendit initio, ſe cum mane ſurgeret, ſolitum fuiſſe divinum Codicem in manus ſumere, incidiſſe autem in illam ſententiam; *Væ qui ædificant Sion in ſanguinibus*: ac ſtatim recogitaſſe, quæ viderat Genevæ, ubi in ſanguinibus ædificabant, quam falſo nomine vocabant, *Eccleſiam*. Retulit item mihi Balduinus, Præfecto militum inter alios, quod hic cædi alicujus a Calvino propoſitæ nec manum, nec animum applicare voluiſſet, Calvinum ipſa die naſcenti Chriſto ſacra caput in Genevenſi foro ſuper ara ædis ſacræ curaſſe amputari. Ita novum litandi genus videre Genevenſes, & anniverſarii illius diei ſublata eſt celebratio, quo ineuntis noſtræ ſalutis commemoratio ſemper eſt habita. Sed ego alia, quæ in Gallia primis, ſecundis, & tertiis tumultibus & audieram, & tantum non videram commiſſa contra Catholicos, ſcripſi poſt aliquot annos Stephano Batoreo Poloniæ Regi his verbis.

„ Quot Sereniſſime Rex (quarum ego rerum haud exiguam partem toto illo „ tempore in Galliis vidi) quot, inquam, virgines, quibus ab hæreticis vis eſt „ illata, mammillis deinde intra arcarum ſeras compreſſis, quod catholicam fidem nollent ejurare, miſerrima, lentaque morte perierunt. Quot innoxii religioſarum familiarum viri, & Sacerdotes, quoniam Evangelium Chriſti ſequuti rebus ſe ſe mundi omnibus exuerunt, alii vivi in terram defoſſi, alii „ abſtracta cute, claviſque crania transfixi, alii ſibimet humum ad ſepulturam „ effodere coacti, diritatem Calvinianorum experti ſunt! quoties ex Sacerdotum „ adhuc ſpirantium ventribus diſciſſis, atque inter ipſa gementium piorum viſcera injecto hordeo equis ipſis inſolens pabulum horreſcentibus cibus eſt propoſitus: cum etiam ex aliorum Sacerdotum naribus, & auribus abſciſſis frœna ſibi equites hæretici ornaſſent; aliis autem ingeſtus in ora tormentarius „ pulvis, atque ignis admotus, ut capita in minutiſſima fruſta diſcerperentur, „ & in aerem evolarent. Plures, & nobiles quidem multi amice ab hæreticis „ convivio excepti de turribus, & montibus poſt ipſa fercula ſtatim præcipites „ acti, mulierum adhuc prægnantium, & viventium uteri ſecti, earumque ob „ oculos palpitantium Embryonum membra ſaxis illiſa, pueri vagientes in ignem „ injecti; alii verubus appliciti, atque alligati, & ad ignem toſti cum ſacris „ præfationibus Catholicorum paginis contortis, tamquam ſuillo abdomine, infarti fuiſſent, furentem iſtam, & famelicam hæreſeos rabiem exſaturarunt. „ Extant horum, multoque plurium facinorum, quæ non ſine lacrimis memoria repeti poſſunt, hiſtoriæ (1) veritatem poſteritati conteſtaturæ, atque ipſi „ adhuc parietes cruore fidelium hominum, & innoxiarum Virginum cernuntur aſperſi. Quæ autem erant olim omnis pietatis ſcholæ, xenodochia, cœnobia, ſepta ſive ſacrarum Virginum Monaſteria, ægrotis, & pauperibus alendis perfugia, ea ne uni quidem hæretico miniſtro cum ſua filiorum, & mu- „ lierum

(1) Lib. vitarum novem Carolorum Regum Franciæ. Lib. de direptionibus templorum ſcrip. a Claudio de Sainctes. Alter lib. Gallice adverſus Hugonottos Domini de Saconax. Surius, & alii. Vide item Sander de viſibili Monarchia, ubi de Martyribus Angliæ ſub Henrico VIII. & aliis.

„ ſierum turba capiendo, vel alendo ſufficiunt. Ipſi vero ſi loqui poſſent lapides, & aræ ſacræ ad propitiandum Deum, ab ipſo pene Apoſtolorum tempore erectæ horruiſſe dicerent, cum vel Calvinianorum ſtercore, flagitiiſque conſpurcatæ, vel antea Calvini juſſu ad ſternendum ſupplicii locum deportaræ innoxiorum corpora ad necem exceperunt.

Redeo ad Balduinum, quem cum ſcribis conſilium dediſſe, ut Belgis autonomia, libertaſque conſcienriæ concederetur, certe nec vidrat, quæ conſecuta ſunt, neque Vir alioquin perſpicax intelligebat, ut ubi ſola catholica Religio vigeret, ibidem libertas (ſi libertas dicenda ſit) permitteretur. At cum poſtea ea uſi impoſtura hæretici curaſſent, militem Catholicum externum amandari, univerſum pene Belgium culto Catholico reſtituta fuiſſet. Qua in Regione ſi jacent adhuc ſub jugo hæreticorum Hollandia, Zelandia, Phriſia, exemptæ tamen e manibus Hæreticorum, atque hactenus defenſæ fuerunt quotuordecim Provinciæ, quæ ſtant in Fide Catholica, quamvis & plura Carholicorum millia extent in Hollandia, Zelandia, viginti enim millia ſcio eſſe Catholicorum Amſterdami, quibus, qui Catholico ritu miniſtrent ſacramenta, & Divinum verbum recte exponatur, perverſiſſime denegatur. Sapienter autem Balduinus Optatum Milevitanum cum ſuis ad eum notis propoſuit hæreticis, ut cernerent, quanam ratione ad Eccleſiæ redirent Unitatem. Quamobrem & tu, obſecro, perlege adhuc iterum, quæ tibi ex eodem Patre, quem Auguſtinus æquat Cypriano, monſtrat, quænam ſanandis hæreticis medicina ſit adhibenda.

De Optato Afro.

Jam de Optato Afro. Verum eſt ab ipſo quæſitam fuiſſe occaſionem, qua Parmenianus alliceretur ad veritatem Catholicam intelligendam. *Cum cæteri* (ait) *acceſſum prohibent, & aditus intercludunt, & conceſſum vitant, & colloquium denegant*. Sed & verum eſt, eum Donatiſtas valde reprehendere, quos nominat ſchiſmaticos, & traditores: præterea ſanctiſſime docere, quænam ſit Catholica Eccleſia. Ubi quoque narrat perſecutionem hæreticorum contra Cæcilianum legitimum Epiſcopum. Quare Conſtantium item Imperatorem in hæreticis damnandis oſtendit judicium Apoſtolicæ ſedis fuiſſe ſecutum, nec ipſum Imperatorem auſum de cauſa Epiſcopi judicare; ſed omne judicium Melchiadi Papæ detuliſſe. Quin cum ſchiſmatici poſtea ab Epiſcopis ad Imperatorem provocaſſent, eoſdem denique deteſtatus eſt; quemadmodum & ipſe Auguſtinus cum Optato conſentiens diſerte exponit *lib. de Peccato Originali cap. 17. Epiſt. 166.* & antea *Epiſt. 162. ad Epiſcopos Donatiſtas*.

Secundo libro proprias Eccleſiæ Catholicæ notas proponit, ut intelligatur ad quod Tribunal accedendum ſit in fidei rebus. Primum quidem „ in urbe Roma „ (ait) Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus eſt; in qua una „ Cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne ceteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent; ut jam ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedra unica eſt, quæ eſt prima de „ dotibus. Sedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus &c. „ Hæc ad verbum Optatus.

Addit, ab hæreticis oſtendi non poſſe Cathedram aliquam niſi peſtilentiæ. „ Peſtilentia enim (ait) morbis extinctos homines ad Inferos mittit. Qui Inferi portas ſuas habere noſcuntur, contra quas portas claves ſalutares acce„ piſſe legimus Petrum Principem ſcilicet noſtrum, cui a Chriſto dictum eſt. „ *Tibi dabo Claves Regni Cælorum, & portæ Inferi non vincent eas*. Unde eſt ergo, quod Claves Regni vobis uſurpare contenditis? Qui contra Cathedram „ Petri veſtris præſumptionibus, & audaciis ſacrilegio militatis.

Agit

Digitized by Google

Agit deinceps de Eccleſiæ variis membris, deque Conſtantio Imperatore, quam vocat *Apoſtatam*, quoniam a Catholica fide defecerat, deque Donatiſtarum facinoribus, qui Epiſcopos violarant, & juſſerant Euchariſtiam canibus fundi, & ampullam Chriſmatis per feneſtras, ut frangerent, jactaverant, & caſtimoniales fecerant mulieres, & alia pleraque omnia, quæ hæretici ſemper, Calvinianique hac ætate, quia repreſſi non fuere, impie perpetrarunt.

Tertio libro ſchiſmaticorum indicat errores, deinde quæ fuerit cauſa, cur unitas fieret, ac miles adverſus ſchiſmaticos mitteretur armatus. Nempe quod ſic ait, „ Jam vides frater Parmeniane ad vos redundare omnia, a quorum Prin-„ cipibus horum omnium ſeminata eſt cauſa. „ Enumeratis autem malis, quæ hæretici, ac dividentes unitatem intulerant, ſubdit. „ Unde conſtat, Dona-„ tum omnium malarum fontem cauſarum. „ Ac non ita multo poſt. „ Quere-„ lam per ordinem deponitis ſub Leontio, ſub Urſatio injuriatos eſſe quamplu-„ rimos; ſub Paulo, & Macario, aliquos necatos eſſe; a ſequentibus eorum, „ neſcio quos ad tempus eſſe proſcriptos. Quid hoc ad nos? Quid ad Eccleſiam „ Catholicam pertinet? Quidquid objeciſtis, vos feciſtis. A Deo commendatam „ noluiſtis recipere libenter unitatem, chariorem exiſtimantes hæreditatem ſchiſ-„ matis, quam præcepta propoſita Salvatoris. Arguiſtis operarios unitatis; ipſam „ unitatem improbate, ſi poteſtis. Nam æſtimo vos non negare, Unitatem ſum-„ mum bonum eſſe. Quid noſtra, quales fuerint operarii, dummodo quod ope-„ ratum eſt, bonum eſſe conſtet? Nam & vinum a peccatoribus operariis & cal-„ catur, & premitur: at ſic inde Deo ſacrificium offertur. Oleum quoque a „ ſordidis, & nonnullis male viventibus, & immunda loquentibus conficitur: „ & tamen in ſapore, in lumine, etiam in ſancto Chriſmate ſimpliciter eroga-„ tur. Operarios unitatis malos fuiſſe dicitis: forte cum voluntate Dei, cui non-„ nunquam placet etiam, quod ab ipſo potuit prohiberi. Nam quædam mala „ male fiunt, quædam mala bene fiunt. Malum male latro facit. Malum bene „ Judex facit, dum vindicat, quod latro peccavit. Nam hæc Dei vox eſt: *Non* „ *occides*: & ipſius vox eſt: *Si inventus fuerit homo dormiens cum muliere haben-* „ *te Maritum, occidetis utroſque*. Unus Deus, & duæ diverſæ voces. Denique „ cum Phinees filius ſacerdotis adulterum cum adultera inveniret, levavit cum „ gladio manum, & inter duas voces Dei dubius ſtetit. Hinc ad illum ſonabat „ *Non occides*. Inde ſonabat *Occidetis utroſque*. Si feriret, peccaret: ſi non fe-„ riret, delinqueret. Elegit melius peccatum, ut percuteret; & forte non de-„ fuerant, qui hujus rei vindicem quaſi homicidam damnare voluiſſent. Sed ut „ oſtenderet, Deus, aliqua mala bene fieri, locutus eſt dicens: *Phinees mitiga-* „ *vit iram meam*, & placuit Deo homicidium, quia vindicatum eſt adulterium. „ Quid ſi & modo Deo placuit, quod paſſos vos eſſe dicitis, qui unitatem tum „ toto Orbe terrarum, & cum memoriis Apoſtolorum, quæ Deo placita eſt, „ habere noluiſtis?

Pergit deinde Optatus pulcherrima loqui de pace Catholica, ſic tamen, ut contra ſchiſmaticos ſtrenue agat, oſtendatque neque vera apud eos fuiſſe martyria, quorum fundamenta ſunt in tota Eccleſia Catholica; ac ſiquid paſſi ſunt a Magiſtratibus, & a Catholicis, id neceſſarium fuiſſe. „ Nam (inquit) & ar-„ tifex, aut operarius dum vult veſtem in antiquam faciem revocare, vicina fi-„ la compungit. Diſplicet tibi ſartor, qui ſciſſuram dum ſanat, vulnerat? Ille „ tibi magis diſpliceat, qui fecit, ut ſartor peccare potuiſſet. Et quæ in vos ab „ operariis veritatis dicitis eſſe commiſſa, aut ad parentes veſtros pertinent, „ quorum cauſa facta ſunt; aut ex voluntate Dei deſcendunt. Nos tamen inde „ alieni ſumus. Quid ſi quamvis aſpera, tamen (ut dixi) cum voluntate „ Dei videatur eſſe commiſſa? Legimus enim in Ezechiele Propheta (1) Pa-rie-

1) Ezech. 23.

„ rietem dealbatum, cui Deus comminatus eſt tempeſtatem, pluviam, & lapides petrobolos, et accuſationes. *Erunt* (inquit) *falſi vates, qui ædificent ruinoſum parietem, dicentes: Pax, Pax: & ubi Pax?* Recordamini quomodo a vobis jamdudum Matris Eccleſiæ membra ad invicem diſtracta ſunt. Non enim unamquamque domum ſemel ſeducere potuiſtis, ſed aut ivit uxor & reſedit maritus, aut parentes ſeducti ſunt, & filii ſequi noluerunt: aut ſtetit frater ſorore migrante; perſuaſionibus veſtris diviſa ſunt corpora, & nomina pietatis, & non potuiſtis prætermittere, quod legitimum eſt. Utique dixiſtis; *Pax vobiſcum*; cum contra Deus: *Pax, & ubi Pax?* hoc eſt dicere. *Quid ſalutas, de quo non habes? Quid nominas quod exterminaſti? Salutas de pace qui non amas. Hi* (inquit) *ædificant ruinoſum parietem.*

Hæc Optatus. Quibus an poterat magis ad vivum exprimi hæreticorum hujus ævi mores, & eorum qui *neutrales* a D. Auguſtino apellati volunt ſe facere mediatores, foventes ſciſſuram, & nunquam ſarcientes unitatem? Demum concludit, quod contra prudentes hujus ſæculi appoſite quadrat. „ Quare vides, „ te ſine cauſa feciſſe convitium, et fingens pro arbitrio tuo, quod voluiſti, ut „ Taurinum, & Macarium (hoc eſt Catholicos Epiſcopos) lacerares. Perdidiſti quod ſapiens videris, dum ſenſus tuos invidia depravavit, & intelligendi tibi aditus clauſit.

Quarto libro cum probet non contra Catholicos, ſed contra ſchiſmaticos, atque hæreticos dictum eſſe illud de Oleo, & ſacrificio peccatoris, oſtendit, quorſum Apoſtolus ea dixerit verba: *Cum his nec cibum capere. Ave illi ne dixeritis: ſerpit enim eorum ſermo, velut cancer.* „ Dixit enim (ait) hoc de hæreticis, „ quorum cœperat illis temporibus vitioſa eſſe doctrina. „ Ac paulo poſt. „ Potuit hoc & de vobis dici: quia ſermo veſter animis, & auribus aliquorum non „ levem intulit cancrum.

Quinto accurate refellit Anabaptiſmum, hoc eſt iteratum baptiſmum, quodque in Divinis Sacramentis nefarie fecerant Donatiſtæ, hodieque hæretici quidam faciunt,

Sexto autem libro indicat, quæ crudeliter, ac ſtulte in iiſdem perpetrarunt. „ Quid enim (inquit) eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos „ aliquando obtuliſtis, frangere, radere, removere? in quibus vota populi, „ & membra Chriſti portata ſunt; quo Deus Omnipotens invocatus ſit; quo poſtulatus deſcenderit Spiritus Sanctus: unde a multis pignus ſalutis æternæ, „ & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. „ Ac paulo poſt. „ Quid vos „ offenderat Chriſtus, cujus illic per certa momenta corpus, & ſanguis habitabat. „ Deinde mox rurſus. „ Hoc modo Judæos eſtis imitati. Illi injecerunt „ manus Chriſto in Cruce; a vobis percuſſus eſt in Altari. „ Et iterum. „ Cur „ vota, & deſideria hominum cum ipſis Altaribus evertiſtis? Illac ad aures Dei „ aſcendere populi ſolebat oratio; cur concidiſtis precibus viam? Et ne ad „ Deum ſupplicatio de more ſolito aſcenſum haberet, impia manu quodammodo ſcalas abducere laboraſtis? „ Præterea item. „ Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices Chriſti ſanguinis portatores: „ quorum ſpecies revocaſtis in maſſas, mercem nefariis nundinis procurantes, „ ad quam nec emptores eligere voluiſti, ſacrilegi, dum inconſiderate vendidiſtis. Paſſi eſtis etiam comburi manus veſtras, quibus ante nos eoſdem calices „ tractabatis. Eam rem tamen paſſim vendi juſſiſtis. Emerunt forſitan in uſus „ ſuos ſordidæ mulieres. Emerunt Pagani facturi vaſa, in quibus incenderent „ Idolis ſuis. O ſcelus nefarium, o facinus inauditum! Auferre Deo, quod Idolis præſtes; ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio? „ At poſtea quoque.

„ In hoc genere tanta feciſtis Deo damna, quanta lucra Diabolo procuraſtis. Conflaſtis impie Calices, crudeliter fregiſtis, & inconſulte raſiſtis altaria. Cumque alia Donatiſtarum damna expoſuiſſet, mores abeuntium ad eos deſcribit,

cribit, inquiens. „ Jam & de veſtris ſilere quis poſſet, de illis ſcilicet, quos „ aut factione, aut ſubtilitate, ut veſtros faceretis, ſeducere potuiſtis? non ſo- „ lum maſculi, ſed etiam fœminæ: ex ovibus ſubito facti ſunt vulpes: ex fide- „ libus perfidi: ex patientibus rabidi: ex pacificis litigantes: ex ſimplicibus ſe- „ ductores: ex verecundis impudentes: feroces ex mitibus: ex innocentibus ma- „ litiæ artifices. „ An ne vero magis graphice ponat ob oculos quiſquam mores hæreticorum omnium temporum? Quorum artes aucupibus ſimiles mirifice deinde uſque ad finem libri perſequitur.

Septimo libro occaſionem ſedare capit alliciendi ſchiſmaticos ad Eccleſiæ Unitatem: cum & eorum objectiones confutat, & nunquam gremium iis clauſiſſe Eccleſiam oſtendit, qui admitti ad ipſam voluerint. Huc enim ſpectant excuſatio neceſſitatis, exempla Moyſis fractas legis tabulas inſtaurantis; Hieremiæ, & Baruch iterum ſcribentium ſermones, qui fuerant ſcripti in libro, quem combuſſit Joachim Rex, Teſtamenti promiſſi, quod in cordibus eorum erat ſcribendum; Ezechielis dicentis (1) *Anima Patris mea eſt, & anima filii mea eſt. Anima quæ peccat ſola punietur*; Bibliothecarum, quæ cum refertæ ſunt libris, & lectoribus, nihil deeſſet populis doceri cupientibus; Domini, qui non vult de tritico zizania ſeparari, ne quis ſibi uſurpet extremi Judicii poteſtatem: tunc enim a granis paleæ ſecernentur, & hæ tradentur igni incombuſtibili.

Quæ omnia ab Optato allata ſunt, ut nemo deſperet ſe recipiendum ab Eccleſia: non autem ut Eccleſiæ Judicium, ac leges aboleat, vel eiſdem non ſubjiciatur. Alioquin nec humana Tribunalia conſiſterent, quamobrem ſubdit. „ Profeſſio denique „ noſtra eſt non ſolum vos non repellere, ſed etiam parentes veſtros, ſi eorum tem- „ poribus contingeret, & unitas fieret, bonum pacis non repellere. „ Neque aliter multo poſt. „ Quod ſi de recipiendis vobis Catholica Eccleſia dubitaret, non- „ ne vos debuiſtis noſtram ſequi formam? Sed exempla in Evangelio lecta pro- „ ponere noluiſtis, ut eſt lectio de perſona Beatiſſimi Petri. Ex qua forma uni- „ tatis retinendæ, vel faciendæ deſcripta recitatur.

Vides Optatum, quæ initio hujus ſeptimi libri propoſuerat, explicuiſſe alium prorſus ad finem, quam ad Axioma illud defendendum, quod videris tibi, Clariſſime Vir, propoſuiſſe probandum. Videlicet dixerat. „ Jam reſponſorum, di- „ ctorumque noſtrorum finis eſſe debuerat: ſed quoniam poſt invidiæ ſylvam ſe- „ curibus veritatis abſciſſam video adhuc veſtras provocationes pullulare poſſe, „ quibus poteſtis dicere, vos ad unam Communionem non oportuiſſe quæri, cum „ filios traditorum vos eſſe conſtiterit. Ad ea pauca reſpondebo. Revera ſuf- „ ficiebat ſibi Eccleſia Catholica habens innumerabiles populos in Provinciis uni- „ verſis. Sufficiebat & in Africa, licet in paucis. Sed Deo veſtra ſeparatio non „ placebat, quoniam divulſa fuerant unius corporis membra, & contra volun- „ tatem Dei fratres a fratribus errabatis. Quamvis domeſticum Judicium in pa- „ rentibus veſtris operatum ſit, ut ultro recederent, qui pro admiſſa Traditio- „ ne abjici debuerant: nullum judicium celebratum eſt, ſed ſententiæ eſt ope- „ ratus effectus. Pellendi fuerant poſt traditionem, de qua ſibi in Concilio Nu- „ midiæ confeſſi ſunt, ſed ne invidiæ eſſent, accuſata eſt judicandi ſeveritas: „ dum majores veſtri ultro invenerunt de reatu conſilium, ut cooperto crimine „ ſuo, quaſi ſuperbi diſcederent, quibus & dolere, & erubeſcere debebatur. Hæc Optatus. Videamus modo de iſto tuo axiomate Auguſtinum, quem non integre citas. Sic vero ille pluribus in locis. „ Mea primitus (inquit) (2) „ ſententia erat, neminem ad unitatem Chriſti eſſe cogendum, Verbo eſſe „ agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Ca- „ tholicos haberemus, quos apertos hæreticos noveramus. Sed hæc opi- „ nio

(1) Ezech. 19.
(2) Epiſtola 48. ad Vincentium.

„ nio mea non contradicentium verbis ſed demonſtrantium ſuperabatur exem-
„ plis. Nam primo mihi opponebatur civitas mea, quæ cum tota eſſet in par-
„ te Donati ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium converſa eſt,
„ quam nunc videmus ita hujus veſtræ animoſitatis perniciem deteſtari, ut in ea
„ nunquam fuiſſe credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemora-
„ bantur, ut ipſis rebus agnoſcerem etiam in hac cauſa recte intelligi poſſe,
„ quod ſcriptum eſt. *Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit.* „ Hæc cum di-
xiſſet Auguſtinus, quinque enumerat cauſas, quæ in hæreſi detinerent homines.
Sunt autem timor offenſionis ſuorum, obdurata conſuetudo, torpor quærendæ
Catholicæ veritatis, maledicorum lingua, falſa perſuaſio, quod nihil interſit,
in qua quiſque parte ſit Chriſtianus. Quibus quinque cauſis addi poſſunt, metus
reſtituendæ rei alienæ, ſive ſint Eccleſiæ, ſive Principum, & aliorum bona;
amor liberæ vitæ; turpis verecundia; quæſtus, & exiſtimationis amiſſio; igno-
rantia pravæ diſpoſitionis. Eas igitur priores cauſas explicans Auguſtinus ſub-
dit. „ Quam multi enim (quod certo ſcimus) jam volebant eſſe Catholici, ma-
„ nifeſtiſſima veritate commoti, & offenſionem ſuorum reverendo quotidie dif-
„ ferebant! Quam multos non veritas (in qua nunquam præſumpſiſtis) ſed ob-
„ duratæ conſuetudinis grave vinculum colligabat, ut in eis compleretur Divi-
„ na illa ſententia: *Verbis non emendabitur ſervus durus, ſi enim ut intellexerit*
„ *non obediet.* Quam multi propterea putabant veram Eccleſiam eſſe partem
„ Donati, quia eos ad cognoſcendam Catholicam veritatem ſecuritas torpidos,
„ faſtidioſos, pigroſque faciebat! Quam multis aditum intrandi obſerabant ru-
„ mores maledicorum, qui neſcio quid aliud nos in Altare Dei ponere jactita-
„ bant! Quam multi nihil intereſſe credentes, in qua quiſque parte Chriſtia-
„ nus ſit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde
„ diſcedere, atque ad Catholicam nemo tranſire cogebat. His omnibus harum
„ legum terror, quibus promulgandis Reges ſerviunt Domino in timore, ita
„ profuit, ut nunc alii dicant: *Jam hoc volebamus; ſed Deo gratias, qui nobis oc-*
„ *caſionem præbuit, jamque faciendi, & dilationum morulas amputavit.* Alii di-
„ cant: *Hoc eſſe verum, jam ſciebamus, ſed neſcio, qua conſuetudine tenebamur:*
„ *Gratias Domino, qui vincula noſtra diſrupit, & nos ad pacis vinculum tranſtu-*
„ *lit.* Alii dicant: *Neſciebamus hic eſſe veritatem, nec eam diſcere volebamus,*
„ *ſed nos ad eam cognoſcendam metus fecit attentos, quo timuimus, ne forte ſine*
„ *ullis rerum æternarum lucris damno rerum temporalium feriremur. Gratias Do-*
„ *mino, qui negligentiam noſtram ſtimulo terroris excuſſit, ut ſaltem ſolliciti quæ-*
„ *reremus, quod ſecuri nunquam noſſe curavimus.* Alii dicant: *Nos falſis rumoribus*
„ *terrebamur intrare, quos falſos eſſe neſciremus, niſi intraremus, nec intraremus,*
„ *niſi cogeremur. Gratias Domino, qui trepidationem noſtram flagello abſtulit, ex-*
„ *pertos docuit, quam vana, & inania de Eccleſia ſua mendax fama jactave-*
„ *vit. Hinc jam credimus, & illa falſa eſſe, quæ auctores hujus hæreſis criminati*
„ *ſunt, quando poſteri eorum tam falſa, & pejora finxerunt.* Alii dicant: *Putaba-*
„ *mus quidem nihil intereſſe, ubi fidem Chriſti teneremus. Sed gratias Domino,*
„ *qui nos a diviſione collegit, & hoc uni Deo congruere, ut in Unitate colatur, o-*
„ *ſtendit.* „ Et paulo poſt „ Serviant Reges Terræ Chriſto etiam in leges fe-
„ rendo pro Chriſto. „ Hactenus ille.

Neque vero hæc ſemel aſſeruit Auguſtinus, ſed ſæpe alibi; & quidem aliis argumentis, ſive cum epiſtola prima ad Bonifacium ſcribit, multis ſalutare fuiſſe, ut vel nolentes a nefaria hæreticorum ſocietate abſtraherentur, ingentiaque populorum agmina contra hæreticos pœnis ad Eccleſiam rediiſse; ſive cum epiſtola quadrageſima octava ad Vincentium Rogatiſtam, pleroſque, ait, niſi legum vinculis tanquam phrænetici ligentur, non poſſe ſanari: contra vero Creſconium Grammaticum *lib. tertio cap.* 2. docet non debere Magiſtratus liberam relinquere Religionem. Quod quidem aureis ſequentibus Verbis aſtruit.

R r 2 „ Re-

„ Reges, cum in errore ſunt, pro ipſo errore leges contra veritatem ferunt. Cum „ in veritate ſunt, ſimiliter contra errorem pro ipſa veritate decernunt: ita et „ legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendantur mali. Rex Nabu- „ chodonoſor perverſus legem ſævam dedit, ut ſimulacrum adoreretur; idem „ correptus veram, ne verus Deus blaſphemaretur. In hoc enim Reges, ſicut „ eis Divinitus præcipitur, Deo ſerviunt in quantum Reges ſunt, ſi in ſuo Re- „ gno bona jubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam „ ſocietatem, verum etiam, quæ pertinent ad Divinam Religionem. Fruſtra „ dicis, *relinquas libero arbitrio*. Cur enim non in homicidiis, & in ſtupris, „ & in quibuſcumque aliis facinoribus, & flagitiis libero arbitrio dimittendum „ eſſe proclamas? Quæ tamen omnia juſtis legibus comprimi utiliſſimum, ac „ ſaluberrimum eſt. Dedit quidem Deus homini liberam Voluntatem, nec bo- „ nam infructuoſam, nec malam eſſe voluit impunitam. „ Atqui ne longior ſim in recitandis omnibus, quæ huc ſpectantia afferuntur ab Auguſtino, legat V. C. Thuanus, quæ & Poſſidonius (1) in Vita Auguſtini *capite decimo ſeptimo* habet, cum oſtendit Imperatores in hæreticis damnandis Apoſtolicæ Sedis judicium eſſe ſecutos, id quod Epiſtola centeſima ſexageſima ſexta circa medium monſtrat. Quid quod Regibus, & Imperatoribus Eccleſiam Divinitus datam in tutelam contra hæreticorum inſultus oſtendit, *Epiſt. prima ad Bonifacium quadrageſima octava ad Vincentium*, *Epiſtola quinquageſima ad Bonifacium*, cui præter alia ſignificat exemplo Pauli Eccleſiam contra hæreticos Imperatorum auxilia implorare.

„ Hinc ergo factum eſt (inquit) ut Imperator Theodoſius, religioſus, & pius „ perlatis in notitiam ſuam talibus cauſis, de Donatiſtarum hæretica inſolentia, „ mallet piiſſimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, & eos, „ qui contra Chriſtum Chriſti ſigna portarent ad Unitatem Catholicam terren- „ do & coercendo redigere, quam ſæviendi tantummodo auferre licentiam, & er- „ randi, ac pereundi relinquere.

Sed & legendum eſt, quod idem Auguſtinus hac de re contra duas Gaudentii epiſtolas adjecit *lib.* 2. *cap.* 4. ubi inter alia inquit. „ Tu autem Doctor hæ- „ retica præſumptione invidioſiſſime clamas: *fecit Deus hominem*, & *dimiſit eum* „ *in manu arbitrii ſui* (2) Quid mihi nunc humano Imperio eripitur, quod lar- „ gitus eſt Deus? Hoc videlicet flagitans, ut ad faciendas injurias Deo, qui „ cum libero arbitrio fecit hominem, liberum arbitrium ſibi relinquatur ab ho- „ mine. „ Neque vero aliter multo poſt. „ Datum eſt ergo homini quando „ creatus eſt liberum arbitrium, ſed ut ſi eſſet male patiens, fieret patiens. De- „ nique illi primi homines cum peccaſſent, morte damnati ſunt, & priuſquam „ mors eis extrema etiam corporis inferretur, in exilium de Paradiſo miſſi ſunt. „ Mitiora in vos conſtituit Imperator, propter manſuetudinem Chriſtianam, „ exilium vobis voluit inferre non mortem. Sed vos homines docti conſiderantes „ quid debeatur merito, & quid minus ſit in ſupplicio, non de judicio il- „ lius, ſed de veſtro additis mortem.

At & legendum quod *lib. primo contra Epiſtolam Parmeniani cap.* 7. *circa medium*, & quod *Epiſtola* 174. *ad Emeritum Donatiſtam* ſcripſit; nimirum non minus contra hæreticos quam contra veneficos a ſeculari poteſtate gladium portari, quod poſtea proſequitur *contra litteras Petiliani lib.* 2. *cap.* 83. Ubi cum dicat, etſi ad fidem nullum eſſe cogendum invitum; perfidiam tamen ſeveris tribulationum flagellis (& quidem per miſericordiam Dei) eſſe caſtigandam oſtendit. Quin & in Evangelium Joannis *tract.* 11. loquens de hæreticis, ait. „ Ta- „ lia facere volunt, & talia pati nolunt. Nam video qualia faciunt, & qua- „ lia

(1) Poſſidius.
(2) Eccleſ. 15.

Digitized by Google

„ lia patiuntur; occidunt animas, & affliguntur in corpore. Sempiternas mor-
„ tes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur.

Ceterum eſto terminus plurium aliarum ejuſdem Patris auctoritatum ea, quam his verbis *Epiſt. quinquageſima ad Bonifacium Comitem* ſcripſit. „ Proponunt „ nobis quidam ſententiam cujuſdam ſecularis auctoris, qui dixit, *Pudore, & „ libertate liberos retinere, ſatius eſſe credo quam metu*. Hoc quidem verum eſt, „ ſed ſicut meliores ſunt, quos dirigit amor, ita plures ſunt, quos corrigit ti- „ mor. Nam ut de ipſo auctore iſtis reſpondeatur, apud illum etiam legunt. „ *Tu niſi malo coactus recte facere neſcis*. Porro autem Scriptura Divina & propter „ illos meliores dixit (1), *Timor non eſt in Charitate, ſed perfecta Charitas fo- „ ras mittit timorem*: & propter hos inferiores, qui plures ſunt, ait (2), *Verbis „ non emendabitur ſervus durus, ſi enim & intellexerit, non obediet*. Cum dixit, „ Verbis eum non emendari, non enim juſſit deſeri, ſed tacite admonuit, un- „ de debeat emendari, alioquin non diceret, *Verbis non emendabitur*, ſed tantum- „ modo diceret: *Non emendabitur*. Alio quoque loco dicit (3), *Non ſolum ſervum, „ ſed etiam filium indiſciplinatum plagis eſſe coercendum, & magno fructu. Nam „ tu quidem* (inquit) *percutis eum virga, animam vero ejus liberabis a morte*: & „ alibi (4) dicit, *Qui parcit baculo, odit filium ſuum*.

De Andrea Erſtembergero, qui ſcripſit de Autonomia, ſive de libertate, quam vocant conſcientiæ.

Etſi vero talium Patrum fulgore tenebricoſum iſtud Axioma de Autonomia evanuit, a te tamen flagito per Domini JESU amorem, ut omiſſis modo aliis, qui id ipſum hac noſtra ætate confutarent, non ſolum perlegas, verum etiam integra Hiſtoriographi fide, adjicias eidem Hiſtoriæ tuæ, quæ Andreas Erſtembergerus, & Juſtus Lipſius cordatiſſime de Autonomia ſcripſerunt.

Et Erſtembergerus quidem, cujus ſupra memini, vixit uſque ad mortem a ſecretis Imperii, vir Germanus, rerum Germanicarum ſcientiſſimus, idemque, ſi unquam alius, integerrimus, ac doctus, & pius, librum illum *de Autonomia* tripartitum reliquit, qui Germanice in Bavaria excuſus, deinde latine a ſe ipſo redditus, mihi ab eodem traditus eſt, quem manuſcriptum in Bavarica celeberrima Bibliotheca Monachii ſcito extare, ni jam & latine prodiit.

Porro prima pars ejus Hiſtorica continet, quid hactenus in Imperio, & publicis Conventibus de Autonomia actum ſit. Secunda argumenta urgentium Autonomiam, reſponſaque ad eos firmiſſima continet: nam & quæſtione tertia agitur accurate, an talis pax ſit pia, & permiſſa?

„ De primo Autonomiæ auctore, & quomodo illa inventum ſit diabolicum.
„ Quod Autonomia Voluntati, & Ordinationi Dei adverſetur.
„ Quod Autonomia tam legi Naturæ, quam legi Moſaicæ, nec non etiam „ Evangelii repugnet.
„ Quod Autonomia ſit contra ſubſtantiam, & proprietates fidei, & Chriſtia- „ næ Religionis.
„ Quod Autonomia veritatem, & certitudinem fidei Chriſtianæ tollat.
„ Quod Autonomia certitudinem Eccleſiæ, & verum cultum Divinum tollat.
„ Quod per Autonomiam & auctoritas, & poteſtates Eccleſiæ peſſundentur.
„ Quod

(1) Johan. 4.
(2) Prov. 29.
(3) Prov. 23.
(4) Prov. 13.

Digitized by Google

„ Quod Autonomia omnem obedientiam, & diſciplinam ex Chriſtianiſmo „ profliget.
„ Quod Autonomia Unitatem Eccleſiæ ſcindat, & tollat.
„ Quod Autonomia fores hæreſibus, & Antichriſtianiſmo, & Atheiſmo „ pandat.
„ Quod Autonomia, & permiſſio plurium Religionum expreſſo Dei verbo „ repugnet.
„ Quod Autonomia exemplo Veteris, & Primitivæ Eccleſiæ adverſetur.

Teſtimonia Patrum adverſus Autonomiam.

„ Quod Autonomia nunquam in Eccleſia permiſſa ſit.
„ Quod nec Imperatores Chriſtiani Autonomiam tulerint.
„ Quod Autonomia iram Dei excitet, & omnium tam temporalium, quam „ æternorum malorum cauſa ſit.

Tertia pars confutationem complectitur aliorum argumentorum a libertinis allatorum, ubi cum contra Auguſtanam Confeſſionem diſſeratur efficaciſſime, articuli deinceps iſti adtexuntur.

„ Confutatio alterius ſpeciei libertinorum de Autonomia Eccleſiaſticorum.
„ Quod reſervatio Statutorum Eccleſiaſticorum paci Religionis adjecta non „ adverſetur illi conſtitutioni.
„ Quod reſervatio jam dicta nemini præcludat viam ſalutis, ſed potius ape„ riat.
„ Confutatio tertii, & quarti argumenti Confeſſioniſtarum cum annexa demon„ ſtratione, quod reſervatio Catholicorum non repugnet Charitati, nec opus eſt „ libertinos ejus nomine conſcientias gravare ſuas.
„ Quod Confeſſioniſtæ ſine cauſa dictam reſervationem tamquam injurioſam „ ſigillent.
„ Eccleſiaſticos in conſtituenda pace Religionis Clericis ſuis Autonomiam nun„ quam permiſiſſe, nec permittere potuiſſe.

Confutatio ſeptimi, & octavi Argumenti Libertinorum.

„ Quod Autonomia Clericis, ſalva fundatorum voluntate, concedi non „ poſſit.
„ Autonomiam Clericis conceſſam eſſe extinctionem totius ordinis Eccle„ ſiaſtici.
„ Diſſenſionem libertinorum non facere quominus reſervatio Catholicorum ſit „ valida.
„ Novem rationes enumerantur, cur Confeſſioniſtæ non debuerint petere Cle„ ricorum Autonomiam, nec illam Eccleſiaſticis Statibus concedere licuerit.
„ Confutatio argumentorum a Comitibus, & Baronibus adductorum.
„ Demonſtratur Comitum petitionem nec juſtam, aut piam, nec utilem, nec poſſibilem eſſe.
„ Principes, Comites, Barones, & Nobiles fruſtra conqueri de excluſione a „ beneficiis Eccleſiaſticis, quorum ipſi ſe indignos faciunt.
„ Comitum, Baronumque petita fundationibus Eccleſiæ prorſus adverſa eſſe, „ Eccleſias invertere, nec modo ordines Eccleſiaſticos, ſed conſequenter totius „ Imperii compagem convellere.
„ Probatur Comitum petita Imperio pernicioſa prorſus, pacique Religionis „ adverſa, quæ nec Imperator, nec Status ſalva conſcientia admittere poſſint.
„ Comitum petitis nec Eccleſiaſticum, nec politicum Magiſtratum ſine blaſ„ phemia, & impietate, & ſine everſione utriuſque regiminis poſſe aſſentiri.
„ Confutatio argumentorum pro quarta ſpecie Autonomiæ adductorum, ſubdi„ tos nimirum Eccleſiaſticorum concernentium.
„ Pacem Religionis (ut vocant) inter ſolos Status non etiam ſubditos compo„ ſitam eſſe, nec illos aliter quam ut parcant incernere.

Hæc

Digitized by Google

Hæc quidem Vir ille præſtantiſſimus, ac de Imperio optime meritus, qui plenus dierum, & operum bonorum, dum hæc ſcriberemus, pie, ac ſancte obdormivit in Domino.

Juſti Lipſii ſententia de Autonomia.

Juſtus autem Lipſius aureo libello, quo Atheum notat, quem *Diodorum* ſcite nominavit, hæc habet.

Porro an pœna inferenda ſit, licitave illa coactio? reſpondet idem Lipſius, qui cum dixiſſet Diodoro illi: ,, Valde abhorres ab eo verbo coactionis, ſcio, & hic
,, eſt in ulcere tuo tamquam unguis: ,, ſic pergit. ,, Tamen Tertullianus pene
,, vetuſtiſſimus, & plane eruditiſſimus (utinam & ſtetiſſet in fide) ita ſcripſit.
,, *Ad officium hæreticos compelli, non illico dignum eſt. Duritia vincenda eſt; non*
,, *ſuadenda hæreſis.* Auguſtinus ita in eam ſententiam: *Melius quidem eſſe, quis*
,, *dubitaverit ad Deum colendum homines doctrina duci, quam timore pœnæ, vel*
,, *dolore compelli? Sed non quia iſti meliores ſunt, ideo illi, qui tales non ſunt,*
,, *negligendi ſunt. Multis enim profuit prius timore, vel dolore cogi, ut poſſint po-*
,, *ſtea doceri, aut quod jam verbis didicerant, opere ſectari. Et quod tibi, tuiſque*
,, *aſſidue in ore eſt, ille refutat. Fruſtra dicis, relinquar libero arbitrio. Cur enim*
,, *non in homicidiis, & quibuſcumque aliis facinoribus, & flagitiis libero te arbi-*
,, *trio dimittendum eſſe proclamas? quæ tamen omnia juſtis legibus comprimi utiliſ-*
,, *ſimum eſt. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, ſed nec bonam infru-*
,, *ctuoſam, nec malam eſſe voluit impunitam.*

,, At & de negociis civilibus, ſi quid ſtatuitur, nemo putat eſſe violandum,
,, & præceptum de Religione calcabitur? Quis autem finis, ſi ſemel carceres
,, hos aperis ad innovandum? Nulla in re lubentius, aut periculoſius homines
,, ludimus: ut eſt mens noſtra vaga, & novitate rerum lætiſſima. Aſſidue au-
,, diendus fanaticus aliquis, aut ſimulator pietatis, qui movebit.

,, Atqui apud omnes gentes coerciti, & puniti. Græcos vides? reperies So-
,, cratem, & Protagoram damnatos, Anaxagoram, & Ariſtotelem accuſatos
,, ob novitatem in Religione. Quin Athenienſium talis hic calor fuit (Joſephi
,, verba ſunt) ut eos, qui verbulum modo effarentur præter leges de Diis rece-
,, ptas, ſine ulla venia punirent. Abis ad Romanos? par cura, & ſeveritas.
,, Quoties (inquit Livius) patrum, avorumque ætate negocium Magiſtratibus
,, datum eſt, ut ſacra externa fieri vetarent? Et addit veriſſimam rationem,
,, etſi in Religione vana: *Judicabant enim prudentiſſimi Viri omnis Divini humani-*
,, *que juris, nihil æque diſſolvendæ Religionis eſſe, quam ſi non patrio, ſed exter-*
,, *no ritu ſacrificaretur.* Nec aliter ſecuti Romani fecere, & Principes ipſi.
,, Quid Judæi, quorum Reſpubl. & Religio extra controverſiam erant tam
,, optima? Illi vero hic ita duri, ut nec habitationem admitterent cujuſquam
,, a patria Religione diſſidentis. Quod in Hiſpania decretum olim, legi in Con-
,, cilio ſexto Toletano, ut quiſquis ſuccedentium temporum Regni ſortiretur
,, apicem, non ante conſcenderet Regiam ſedem, quam inter reliqua conditio-
,, num ſacramenta polliceretur, nullum ſe non Catholicum permiſſurum in Re-
,, gno ſuo degere. Si vero poſtquam ad Regni gubernacula acceſſiſſet, hujus ipſe
,, temerator exiſteret promiſſi, eſſet Anathema, Maranatha, in conſpectu ſem-
,, piterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni. Quin apud Sorienſes (ve-
,, tus, & compoſitum valde Regnum) etiam lex eſt; ne qua religio alia admit-
,, tatur ſine ſcito Regis, ejuſque Conſilii; qui aliter, capitale ei ſit. Quæ una
,, res progreſſum, curſumque ibi valde impedit noſtræ Religionis. Quid in Ec-
,, cleſia Chriſtiana veteri? licentia effuſa nunquam fuit, quamprimum Princi-

pes,

Digitized by Google

„ pes, & tutores illa habuit Chriſtianos. Conſtantinus exemplum eſto, cujus le-
„ ges, & ſcita ſunt in Arianos.

Quatuor vero pœnarum genera, ſive gradus in turbatores iſtos agnoſcit ex ipſa omni antiquitate Lipſius. Mulctam, ignominiam, exilium, mortem; omnes utiliter, & aliter, atque aliter adhibendas. Duas primas plerumque in minutis illis turbationibus, quos poſuit in Claſſe ſecunda; duas alteras in majoribus, qui in Claſſe prima. Mulcta quid ſit, ſatis clarum eſt: pecuniarum nempe aliquod damnum, quod incurrant, quoties in hac re peccant. In quos ea utilis? in ſophos illos, aut diſputatores, & quicumque (*ſic*) publici liberi nimis, aut protervi oris. Veteres quoque ſecerunt, & Theodoſii lex fuit, quæ in convictos hæreticos ſtatuit decem librarum auri pœnam. Tu pro tempore, & pro re moderare. Quod ſi contemnant? ratum erit, & apud quoſdam proficies: tamen ſi pertendunt, alterum ſcilicet adhibebis ignominiæ telum. Ea eſt, quæ pudorem publice adfert, & maculam ſuffundit famæ. Multa ſunt in hoc genere, & varie uſurpata priſcis. Vetuſtiſſima in Eccleſia excommunicatio, ideſt, ut a templis arcerent, & communi piorum ſocietate. Synodi Laodicenæ veteris Canon fuit: *De non patiendo, ut templum Dei hæretici ingrediantur, quam diu in hæreſi perſeverant*. Item interdictio cum iis copulæ, aut nuptiarum. Eadem ſynodus: *Non contrahere cum hæreticis nuptias, nec filios, aut filias, etiam ſi promittant Chriſtiani fieri*. Amplius privatio munerum, & honorum, ut Theodoſii, Valentiniani, Arcadii lex fuit, qua omnis denegatur hæreticis facultas militandi, quinimmo extra Urbis mœnia arcentur. Juſtiniani etiam latior: *Gentiles, aut hæreticos non tangere Rempubl. ſed ſolos Chriſtianos orthodoxos*, datque iis ad converſiones tres menſes. Potes ad hanc ignominiæ partem referre, quod remoti ab omni liberalitate, aut ſucceſſione, quolibet titulo venienti. Item inuſtiones frontium, aut ſtigmata, ritu priſco. Reperio in Anglia hæc adhibita ſub Rege Henrico ſecundo, de quo Gulielmus Neubrigenſis. *Tunc Epiſcopi, ne virus hæreticum latius ſerperet, eoſdem publice pronunciatos, corporali diſciplinæ ſubdendos Catholico Principi tradiderunt. Qui præcepit hæreticæ infamiæ characterem frontibus eorum inuri, & ſpectante populo virgis coercitos urbe expelli*. Jam exilium quoque inter pœnas, idque creberrime olim fuit. Conſtantinus Imperator Arium, & Arianos deportari exilio præcepit. Conſtantius Aetium propter confeſſiones diſſimilis ſubſtantiæ mulctavit exilio. Theodoſius minor Neſtorium pulſum ex Oriente relegavit apud Oaſim: & exempla plura, atque obvia. Quarta pœna mors eſt; quæ in hoc genus ſeductores, & pſeudoprophetas a Moyſe decreta, exercitaque fuit. Principum item legibus expreſſa non ſolum ad terrendum, ſed & ad inferendum. At, ſi (inquiunt) fatalis iſta ſcabies, cur punis? nam fato nulla humana vis, aut mens reſiſtit. Pueri in ſcholis reſpondeant: *Fatali ſceleri fatales quoque eſſe pœnas*. Nexa hæc inter ſe, & devincta. Quamquam alia mente hoc a nobis dictum, & abſit, ut ſcelera, aut errores velimus eſſe a fato: contra quod jam diximus ſupra.

De legibus Galliæ, & Decretis Senatus Ampliſſimi Pariſienſis.

At ſi adhuc addidero leges patrias, veſtrique adeo Senatus, quas ſcripſiſti & te habere pro Deo (nam idem iterandum eſt mihi) & ſapientiſſime Galliæ Reges ſanxerunt, eaſque dum ſanctas veſter Senatus habuit, ſartam, tectamque Gallicanam Eccleſiam poſteritas vidit; num corruet adhuc novum iſtud commentum,

ne

Digitized by Google

ne dicam amplius Axioma vere (1) . . . . Fuit ergo, Vir clariſſime, non fuſio ſanguinis, ſed (quod inquit Hieronymus) miniſterium legis, quo ſemper hæreſes Chriſtianiſſimi Reges e Gallia ablegarunt. Quod ſi hoc tempore, quo invaleſcentibus iiſdem hæreſibus contagium iſtud ſic graſſatum eſt, ut corrupta maſſa non ferat antiquiſſimas leges, ſeveritaſque tantiſper remittenda ſit, (cacochimum corpus præſentiora remedia reſpuit) veritas ſaltem a vobis, qui præeſtis, agnoſcatur, non publica Hiſtoria oppugnetur, ac levioribus interea remediis, qualia Rex ſapientiſſime adhibet, ſedulo Animæ proximorum curentur.

An ne vero dum ex omnibus partibus integer Senatus veſter conſtabat, præcipui Senatores Catholicæ Religionis adverſus hoſtes fidei erant Quæſitores, & Vindices? Nonne dum Chriſti amore ardens, quæ vocabatur Camera, lucebat, extinguebantur (ſicunde apparebant) unico momento faces Inferorum, quæ poſtea miſeranda ſpecie commiſerationis permiſſæ, ut depaſcerent omnia, in iſtam flammam, & incendium ita eruperunt, ut jam non Camera, ſed forma ardens univerſum Regnum evaſerit?

Anne inquam pauciſſimorum pluribus ſæculis ſupplicium, & pleriſque ipſorum animis ſalutem peperit, ac vero prohibuit, quin innumeri, ſive in bellis interficerentur, ſive æternum cruciandi ad perpetuos ignes deſcenderint?

Quingenta minimum hominum millia hoc uno ſæculo cæſa, qui modo aut viverent, aut ſi Catholici deceſſiſſent, id quod ſublatis Miniſtrorum ſcintillis effici initio poterat, Galliam, quæ olim talia monſtra non paſſa eſt, florentiſſimam reliquiſſent, atque Catholicam; quæque Catholicam ſemper Eccleſiam tutata eſt, e Germaniæ, Angliæque viſceribus virus iſtud eradicaſſet; ſicque unanimi conſenſu communem Chriſtiani Orbis hoſtem facillime deviciſſent.

Sed ſæpe horrui cum videbam, ſive in Germania, Polonia, Hungaria, Dania, Suetia, Moſcovia (ut & non deſunt), ſive potiſſimum in Galliis, quos Calviniana tabes infecerat, eos innoxiarum animarum rationis adhuc uſu carentium, & quidem infantium, eſſe parricidas. Animæcidas Carthaginenſe Concilium vocabat, qui oblationes, & ſacroſanctum Miſsæ ſacrificium migrantibus ex hac vita denegabant. Quidni Calvinianos Animæcidas dixerimus, qui Infantibus ſæpiſſime baptiſmum tamquam minime neceſſarium dixerunt, ac ſine baptiſmo abeuntes fuerunt auctores, ut Divina viſione frui nunquam poſſint? Apage quæſo abs te, optime Thuane, ſi quibus ejuſmodi hactenus, recta licet mente, faviſti, Conſilium iſtud, non ut ſanguinem fundas, ſed ut in mentem illorum Deo aſpirante Vitam infundas, cauſaſque tot pupillorum veſtro Ordini a patriis, & omnium legibus commendatas ſuſcipite, ne earum ſanguis de veſtra manu requiratur.

Unde ortus Axiomatis iſtius error.

At etſi Optatus, & Auguſtinus præcipuas iſtius Axiomatis cauſas attigerunt, juvat tamen repetere, quæ tum vidi, tum ſæpiſſime ſum expertus.

Primum nunquam e colloquiis, & collationibus inter Catholicos, & hæreticos habitis quidquam ſolidæ pacis extitiſſe, ni utraque pars Eccleſiæ, quæ una Apoſtolica Romana eſt, judicio ſtetiſſet. Illic iter. Deinde quidquid de Principibus, quorum poteſtatem a Deo eſſe & fatemur, & pro hac Veritate ſanguinem fuſuri ſumus, dicatur, ipſos a ſolo Deo pendere, ſolutos eſſe a cunctis legibus, præcipue Galliæ Reges, id non tollit, ſed aſtruit ſummam ſpiritualem poteſtatem, quam ad unitatem ſervandam Chriſtus ipſe Rex Regum in Petro inſtituit, & uſque ad conſummationem ſæculi roboravit.

(1) Aliqua hic deſunt in C. M.

Quod ſi ab ipſo Deo Principes, pendet & ipſe multo magis Pont. Max. cui dictum eſt non a Genevenſibus, & iſtius modi fæcibus, ſed a Filio Dei. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni cœlorum*; & *Paſce non ſolum agnos, verum etiam oves meas*.

Quod ſi (inquam) nemo hiſcere adverſus Principum leges debeat, multo minus adverſus Pontificis Maximi leges, & legitimarum ſynodum Canones ponere obicem debet.

Si item Principibus cura Populorum incumbit, eadem multo magis in iis, quæ ſunt fidei, incumbit Pont. Max.

Addo, ſi in Senatu Diplomata Pontificum expenduntur, licet igitur maximo omnium, & Oecumenico Senatui, qualis fuit Tridentina, & aliæ legitimæ Synodi, veſtra Decreta, & edicta expendere, num rectæ fidei, et adminiſtrationi adverſentur. Neque vero hac ratione vobis veſtra demetur, ſed ſtatuetur auctoritas, quæ cum Eccleſiæ ſpiritu juncta ſummo apud Regem pretio habebitur.

At ſiquis dixerit, hoc uno excepto, hoc eſt viſibili Eccleſiæ capite ſe reliqua credere, & admittere, cogitet, quodnam ſibi ſine ſuo capite corpus eſſet; cadaver utique fœtens. *Tolle*, dixit quidam e Patribus, *fontem*, *rivi exareſcent*.

Sin addideris, demantur abuſus, tum credemus, & nos addimus. *Tolle Eccleſiam militantem, ac tum triumphavimus*. Ceterum dum impleantur tempora, Evangeliumque per univerſum orbem annuncietur, quod jam fit etiam in Indiis, militet Eccleſia neceſſe eſt; hæreſes ſint neceſſe eſt, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant; irrepant abuſus, & ſcandala neceſſe eſt, ut juſtitia adminiſtretur, virtutes exerceantur, juſtificetur ſapientia Dei. Interea vero quæ dixerint, etſi improbi moribus ſederent in Cathedra Petri, facienda ſunt. Nam leges e Tribunali illo non humanitus, ſed Divinitus prodeunt.

Sublato igitur iſto inviſibilis, puriſſimæque, ac ſine ruga, & macula imaginariæ Eccleſiæ magis ſomnio, quam ſpecie, meminerimus ejus Homiliæ, qua D. Baſilius urget, ut nobis ipſis attendamus, & ſalvemus animas noſtras.

De quibuſdam phraſibus, quæ a Chriſtianis Hiſtoriographis videntur eſſe declinandæ.

Poteram huic Commentationi meæ finem imponere, ni tuæ ingenuitati maxime confiderem. Quamobrem hæc pauca adhuc.

In Hiſtoria tua ſæpe illa uſurpas, *fanum Pauli*, *Egidii*, *Maximini*, *Secundi*, & ejuſmodi alia. At obſecro te per charitatem Chriſti, utere nominibus, & vocibus, quibus ſunt uſi Auguſtinus (1), & alii Patres, qui etiam Hiſtorias conſcripſerunt. Falſorum Deorum, & Idolorum *fana* recte dicuntur; Templa vero, & ædes ſacras Cœlitum, ac memorias Martyrum, qui membra ſunt Chriſti, rectius dicimus. Oppida, quæ horum nominibus fuere honeſtata, condecoremus iiſdem & nos. Caſtis, & Catholicis auribus inſonant melius, *Oppidum Sancti Maximini*, quam *Maximini*. Si latinitatem quærimus, neſcio quid latinum non ſit, cum *Oppidum*, quod Oppidum eſt, cum *Sanctum*, qui Sanctus, pronunciamus, aut ſcribimus. Sin extraordinarias iſtas voces quærimus, cavendum eſt ne pro Chriſtianiſmo Ethniciſmus reviviſcat. Idem dixerimus, cum *Statuas* nominas, quas Chriſtiana omnis Antiquitas, Synodique *ſacras* dixerunt *Imagines*. Idem cum *Pontificios* vocas, qui *Catholici* dicendi ſunt. Hæretici enim, ut noſti, hoc nobis nomen impoſuere, qui & Pontificem Antichriſtum dictitant. Atque ut ipſi Catholici non ſunt, nec Catholicam oſtendere apud ſe poſſunt Eccle-

(1) In lib. de Civit. Dei.

Digitized by Google

eſeſiam, quod etiam Auguſtinus ſui temporis hæreticis exprobraverat, (1) mirum non eſt, ſi & hoc nomen e mundo tollere conantur. Et vero Paulum Aemilium, Maſſonum, Marcum Velſerum, Oſorium, Jo: Petrum Mapheum noſtri ævi Hiſtoriographos habemus inſignes, quarum ſemitam interdum terere haud eſſet ineptum.

De Retractanda Hiſtoria.

Quod ſi eorum, qui tuo nomini optime volunt, meique item tibi addictiſſimi (nam ſæpe etiam eſt olitor valde opportuna locutus) conſilium non omnino contempſeris, ſuaſerim, ut quod breviſſimo temporis ſpatio effici poterit, tu ipſe ſubmoto, qui forſan auctor fuit, ut pleraque nolens inſigni alioquin Hiſtoriæ tuæ inſpergeres, eandem retractes; ac niſi aliorum, certe Joſephi Scaligeri exemplum imiteris, quem tu in re litteraria principem ſine controverſia locum tenere, vere eruditorum Phœbum, Divini ingenii cum rara morum probitate conjuncti virum appellas. Is enim cum librum *de emendatione temporum* tibi dicatum primo Pariſiis emiſiſſet, aliquot poſt annos & ipſe ſecundis, ac tertiis cogitationibus eundem (ſed quem pene prorſus fœtum alium prodiiſſe teſtatus eſt) recudi curavit: quamvis quoniam judicium Eccleſiæ aſpernatus, & inter Batavos procul a ſpiritu veritatis delitеſcens, & extra nidum alas extendens (ut Chriſtophorus noſter Clavius de eo ſcripſit) expurgatione egeret, opus illud ita retractatum, proſcriptum denique rurſus fuerit a S. Apoſtolica ſede Romana, donec repurgetur. Sed tu ejuſdem Joſephi Scaligeri Elenchum, & Caſtigationem Calendarii Gregoriani a Chriſtophoro Clavio noſtro caſtigatam, & Romæ editam (2) fortaſſe non legiſti. Quam tibi ideo mitto, ut recognita a te Hiſtoria tua, etiam de illo dici poſſit Hiſtoria, non falſum Encomium.

Ceterum, quos hac in re imiteris, meliores utique, quam ſit Scaliger, fuerint tibi Duces DD. Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Auguſtinus; ſin autem aliquem & noſtri ævi ſolidum velis Auctorem, perlege quæſo hac de re loquentem Cæſarem Card. Baronium. Ac de priſcis cum jam ipſe abhinc plures annos ſcripſiſſem, quod ad novam cauſam condendi Apparatus mei ſacri ſpectabat, hæc, quæ ibidem legere, si lubet, poteris, dixi his verbis.

„ At certe ut huc digrediar, non ſolum mirandum eſt, verum etiam magnis
„ laudibus extollendum, quanta animorum demiſſione, ac conſenſione Patres ipſi
„ iis in rebus, de quibus aliquando diſſenſerant invicem, quaſi perpetuo ſanci-
„ to fœdere, conjungebantur, ubi a prima Sede, vel a legitimis Synodis aliquid
„ ſtatuebatur. Quin & retractandis ſuis ſcriptis ingenue invigilabant, & aliorum
„ operam eiſdem recenſendis peroptabant, quod Gregorium Nazianzenum,
„ Hieronymum, & Auguſtinum feciſſe oſtendimus. Id quod ab hæreticis tam
„ inter ſe ſe ſemper diſſectis nunquam factum vidimus, cum & ſua ipſorum
„ mendacia ſine ulla fronte tueantur, & celeberrima, & antiquiſſima Concilia
„ Lutherus, & alii blaſphemaverint. Quod cum veriſſimum ſit, quanto horrue-
„ re magis hæretici communem omnium Patrum conſenſum, tanto hunc am-
„ plexi ſunt alacrius Eccleſiæ filii, qui communionem ſanctorum credentes ſym-
„ bolum fidei tamquam arrham ſalutis æternæ uſque ad effuſionem ſanguinis in
„ omnibus ſartum tectum ſervarunt.

Cum autem in eodem Apparatu de Doctrina D. Auguſtini, unde, & qualis eſſet, agerem, dixi hæc, quæ ſcriptoribus omnibus præſertim Hiſtoricis utiliſſima fore ſpero te judicaturum.

S s 2 „ De-

(1) Epiſt. cont. Adimantum Manich.

(2) Ann. 1595.

„ Demiſſio animi, atque modeſtia primo cernitur in libris Confeſſionum, *quos* „ *humilitatis ſanctæ memor* (ait Poſſidius) *jam nullum fallens*, *ſed laudem non* „ *ſuam*, *ſed ſui Domini de propria liberatione*, *ac munere quærens*, *noluit*, *ut de* „ *ſe quiſque crederet*, *vel putaret*, *ſupra quam ſe eſſe noverat*. Cernitur item in „ libris Retractationum, quos ut ſcriberet, jam ſeptuaginta duos annos natus rogavit populum, ut ſibi liceret adlegere Eradium (ſicuti fecit) in Epiſcopatu adminiſtrando: futurum enim dixit, ut *hoc otium haberet magnum negocium*, „ relegendis nimirum atque emendandis ſuis ſcriptis, ut purgata poſteritati relinqueret. Sed & quæ tum ad finem libri *de Bono perſeverantiæ*, tum alibi de „ ſe ipſo teſtatus eſt, indicant Spiritum Sanctum ejus Doctrinæ adfuiſſe, qui requieſcit ſuper humilem, & trementem verba ſua, quemadmodum de ejus Præceptore Ambroſio diximus ſupra. Auguſtinus igitur ſic inquit. *Qui legunt* „ *hæc*, *ſi intelligunt*, *agant Deo gratias*. *Qui autem non intelligunt*, *orent*, *ut eorum ille ſit Doctor interior*, *a cujus facie eſt ſcientia*, *& intellectus*. *Qui vero errare me exiſtimant*, *etiam atque etiam ea*, *quæ dicta ſunt*, *conſiderent*, *ne fortaſſis ipſi errent*. *Ego autem cum per eos*, *qui meos labores legunt*, *non ſolum* „ *doctior*, *verum etiam emendatior fio*, *propitium mihi Deum agnoſco*, *& hoc per* „ *Eccleſiæ Doctores magis exſpecto*, *ſi & in ipſorum manus veniunt*, *dignentur noſſe*, *quæ ſcribo*. Quin & idem ipſe ſemel in rebus dubiis ſcripſit, ſe non audere rem determinare, quæ in nullo generali Concilio definita eſſet, *lib. 2.* „ *contra Permenianum c. 13. & lib. 7. de Baptiſ. c. 53.* Accedit ad hæc omnia, „ quod cum primum converſus eſt ad Deum, ita de relinquendo ſeculo cogitavit, ut tranſmittens in Africam vendens omnia, & dans pauperibus, mundo „ valedixerit, paupertatem, caſtitatemque coluerit, monaſterium autem inſtituerit, in quo cum ſociis Evangelicæ perfectioni operam dedit. Quam quidem „ vitæ rationem ſi hæretici iniviſſent, ſive initam haud deſeruiſſent, nunquam „ corruiſſent in tantum barathrum impietatis.

Sed meum hoc Scriptum Cæſaris Card. Baronii prudentiſſima appendice claudam, qua ille Decem Eccleſiaſticorum Annalium Tomos clauſit inquiens.

„ Prima illa cenſeri debet Scriptorum felicitas, ſi a veritate nunquam pedem efferre contingat. Sed iſtud Divinis dumtaxat libris eſſe conceſſum, ut nullum „ penitus in iis ſit reperire mendacium, graviſſimi Eccleſiæ Doctores affirmant; „ quamvis nec cum eis ita feliciter actum ſciamus, quin librariorum injuria, „ vel interpretum imperitia aliquod mendum irrepſerit, quod corrigatur. Secunda vero felicitas illa debet exiſtimari, ſi quæ humana imbecillitate errata naſcantur, eadem cognita emendare: quam nos aſſequi cum exoptemus, ita comparati ſumus ut monitores noſtros tamquam inſignes colamus benefactores: a „ quibus nec etiam ſeparemus eos, qui ſe ipſos adverſariorum loco conſtituunt, „ dum noſtra infenſo animo carpunt, & tamquam Harpyæ, ubi laute ſunt epulati, quæ ſuperſunt, putore detractionis inquinant, & ut muſcæ in corpore „ ſano ſaniem, ſicubi ſit, avide quærunt. At quod a detrahentium dicacitate „ nullus immunis ſit (inquit ſanctus Hieronymus) niſi qui nihil ſcripſit: convertamus in noſtrum lucrum aliena diſpendia, & ſi quid vane objectum, confutemus; si quid oſtendatur erratum, corrigamus; ſiquid obſcurum, elucidemus; inſuper & ſiquid ſuperaddendum devenerit in manus, pariter adjiciamus. Nihil cum oritur, ſtatim perfectum eſt, neque in longa, ac prædifficili via illæſo ſemper incedere pede conceditur. Atque ubi multæ vigiliæ, „ non levem ſaltem irrepere ſomnum haud patitur humana conditio. Boni conſule, pie lector, & pro nobis Deum precare. „ Hæc ille.

Laus tibi Domine JESU.

OPU-

OPUSCULUM IX.

Defenſio Fratris Johannis Pratenſis, *& Libellus ejuſdem contra* Guarinum *de non legendis impudicis Auctoribus*,

Ex *Mutinenſis* Collegii Codice Manuſcripto.

EDITORIS ADMONITIO.

J*Obannis Pratenſis*, cujus heic profero *Defenſionem*, nullam apud *Joh. Albertum Fabricium* in Bibliotheca *mediæ & infimæ latinitatis* mentionem injici, mirum non eſt, quum in eo opere plures, atque Italos præſertim, desiderari Scriptores compertum paullo eruditioribus sit. Mirandus magis, quod litteris ad me Florentia datis XIV. Kal. Septembres a. 1755. monuit me *Laurentius Mebus* litterariæ hiſtoriæ Hetruſcæ ſcientiſſimus, ejus ſcilicet non meminiſſe *Johannem Dominicanum Florentinum Johanni* noſtro æqualem temporum in anecdoto libro, quem *Pratenſis laudatio* prænotavit. Nec tamen ille proletarius homo fuit, ſed multis nominibus commemorandus. Inter editas *Poggii* litteras, quæ XVI. eſt, *Johanni* noſtro inſcribitur, docetque, illum tunc temporis *Piſani* Pontificis fuiſſe *Vicarium*. Sed & aliæ plures ſunt nondum editæ ejuſdem *Poggii* ad *Johannem Pratenſem* epiſtolæ, ut, inquit idem *Mebuſius*, T. II. Lib. II. ep. IX., cujus initium: *Hoc ita poſui*, XV. *Tu quidem feciſti*, XVII. *Dictum eſt mihi*. *Franciſcanæ* deinde Familiæ nomen dedit, in qua *Alberti Sartianenſis*, & *Bernardini Senenſis* diſcipulus quum fuiſſet, inter ſuæ ætatis concionatores celeberrimos habitus fuit. Quamobrem concionatoribus, quos anno 1450. Pontifex ipſe urbibus, & proceribus deprecantibus in Quadragesima designavit, *Johannem Pratenſem a Vvadingo in Annalibus Minorum* ad eum annum n. VIII. adſcriptum videmus. *Ferrariam* igitur a. 1450. contendit *Johannes* concionum habendarum cauſſa. Illic autem inter concionandum in impudicorum poetarum lectionem vehementer exarsit. Quamobrem *Guarinus Veronenſis*, qui eo tempore *Ferrariæ* docebat, VII. Aprilis epiſtolam, ſeu potius libellum *Johanni* inſcripsit *de lectione poetarum*, ubi ſententiam ſuam ea de re promit ab *Johannis* doctrina admodum diſcrepantem. CLL. PP. *Benedictini Edmundus Martene*, atque *Urſinus Durand* T. III. *Ampliſs. Collect. col. 857. ſeqq. Guarini* epiſtolam ex MS. Codice *Reginæ Sueciæ* a *Mabillonio* erutam ediderunt. Huic *Guarini* epiſtolæ reſpondit *Johannes* tribus libellis, quorum priorem, quem unum invenire licuit, divulgamus. Ceterum *Johannes* ſuperiore anno 1449. generalibus *Tuſciæ* comitiis interfuerat: deinde in controversia, quæ a. 1455. inter *Minores Conventuales*, & *Minores Obſervantes* agebatur, unus e ſeptem *Johannes* fuit, quos *Obſervantes* elegerant, ut *totius Sodalitatis nomine*, inquit *Vvadingus ad eum ann. num. LIV. tanquam compromiſſarii negotium proſequerentur*.

Defen-

Digitized by Google

Defenſio Fratris Johannis Pratenſis ac libellus ejuſdem contra Guarinum de non legendis impudicis auctoribus feliciter incipit.

Præfatio Libelli.

QUum te, *Guarine* cariſſime, Chriſtianum hominem credam, atque in Chriſto baptizatum putem, non ea te judico malivolentia commoveri ad ſcribendum contra me, & invehendum adverſus publica prædicata mea, vera utique, ut tamquam Rhetor tamquam rhetoricæ artis eruditiſſimus, qui vera ſuadere velis & falſa. Sic Rhetorica perſæpe facere conatur, ut ait *Auguſtinus* in libro IV. *de Doctrina Chriſtiana*; nec minori ad ſanctitatem pectore hanc tuam ornate dicendi artem exerces, ac colis, quam *Lactantius Firmanus*: nec ab illius puto ſententia diſcrepabis, qua in libro V. *divinarum inſtitutionum ad Conſtantinum* Imperatorem maximum ait; *Eloquentia ſæculo ſervit, populo ſe jactare, & in rebus malis placere geſtit: ſiquidem veritatem ſæpius expugnare conatur, ut vim ſuam monſtret; Opes expetit; Honores concupiſcit; ſummum denique gradum dignitatis expoſcit. Publico igitur gaudet, multitudinem, celebritatemque deſiderat.* Hæc *Lactantius*, qui paulum ante de eadem Rhetorica in eodem V. libro dixit; *adeo nihil verum putat, niſi quod auditu ſuave eſt, niſi quod poteſt incutere voluptatem.* Sane apud eos, qui postpoſito nucleo veritatis amaverunt cortices, divinorum Theologorum ſententiæ verbis quidem ſimplicibus terminatæ, & nulla excellentis eloquentiæ lance libratæ riſu dignæ forent, quæ tamen digniſſimæ ſunt bonitate, majeſtate, ac Trinitate Dei, & Incarnato Verbo ejus Domino Noſtro Jeſu Chriſto, quem *Paulus* Apoſtolus prædicat crucifixum, Judæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. In hac ſiquidem ſimplicitate verborum bella militum, victoriæ Imperatorum, Scipionumque triumphi, quamvis non tradantur; non minus ſtudioſiſſime tibi, o doctiſſime vir *Guarine*, amplectenda erunt. Cum tibi præcepta ponantur de Chriſtianis moribus, atque de virtutibus animarum. Ibi enim de vita, de ſalute, de immortalitate, de Deo ſcribitur, de bonorum finibus, & malorum, quibus utique rebus viro ſapienti & Religioſo nihil habet videri ſuavius. Utinam ad hanc piam veritatem, divinamque dicendi puritatem me veluti ad arma tutiſſima, & invictiſſima referam, ut ſalvis amicitiis, omnique chriſtiana pace atque caritate in ſua integritate manente inepte læſam veritatem monſtrem, atque defendam, illatam mihi falſo calumniam reſpuam, adoleſcentulorum animas opulentiſſimo Chriſti cruore redemptas, ejus cruce morteque ſalvatas a peccatorum periculis abſolvam, & eruam.

Regulæ Hieronymi, & Auguſtini ſervandæ a Chriſtianis, inter quos contra errores invehitur.

Interea dum hoc agitur, beatorum *Hieronymi* & *Auguſtini* conabor adſervare regulas de veritate, & caritate ſervanda ab his hominibus, inter quos contra errores invehitur. De his *Hieronymus* ad *Helenum* presbyterum contra *Rufinum* ſcribens ait. *Nonne & Apoſtoli ſalvis amicitiis diſſenſerunt? cognomento Marcum ſtomachati ſunt? & ſeparavit eos navigatio, quos Chriſti evangelium copulabat? Nonne idem Paulus Petro in faciem reſtitit? quod non recto pede incederet in evangelium; & tamen apud prædeceſſorem ſuum calumniam eccleſiæ vocat, & exponit prædicationem, ne in vacuum curreret aut cucurriſſet? Nonne in religione etiam liberi a parentibus, & conjuges a maritis ſalva pietate diſſentiunt?* Hæc *Hieronymus*. Sequitur regula *Auguſtini*. Ad hoc item *Auguſtinus* ad *Hieronymum* in Epiſtola *de exemplaribus*. *Ego*, inquit, *me longe eſſe ſentio ab illa perfectione, de qua ſcriptum eſt.* Siquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. *Sed plane in Dei miſericordia puto, me poſſe abs te facile petere veniam, ſi quid offendi prorſus, quod ad ipſas res, quas noſſe volumus, attinet; ſiquid veri me tenere vel ſcio, vel credo, vel puto,*

to, in quo tu aliter ſentis, quantum dat Deus, ſine tua injuria conabor aſſerere; quod autem ad offenſionem tuam pertinet, cum te indignatum ſenſero, nihil aliud, quam veniam deprecabor. Abſit ut non cum gratiarum actione lucris meis deputem, ſive fuero te docente inſtructus, aut emendante correptus. Hæc Auguſtinus.

Quod libellus Guarini imponit falſum crimen Fratri Johanni.

Igitur legenti mihi libellum ſuum quoniam viſum eſt, te potius contra fictiones libellum edidiſſe, quam prædicationes meas expugnaſſe ac pro tuo voto liberaliter ſicut libuit, ſententias, & verba formaſti atque finxiſti; nonnulla quippe mihi falſo impoſuiſti, & ad quæ ſua ſunt, veluti ſi eſſent mea, diriguntur abs te, & plurima tela linguæ tuæ; idcirco ſtatuo retexendum omnia, quæ ad cauſam facientia prædicavi. Omne vero mihi falſo objectum crimen auctore Deo etſi confidam tota mentis libertate reſpuere, attamen ſcire te velim plus eſſe, ac fore machinatum in diſcrimen ac periculum animæ tuæ, quam in damnum aut dedecus honoris, & famæ meæ, quæ nulla mihi quidem tanto ſtudio expetenda, aut repetenda foret præter cauſam, quam religioni Beati Franciſci, & officio prædicatoris, cui voluntate majorum patrum adſtrictus ſum, & huc accitus ſi non optarem, tu mihi nefas putares.

Partitio totius operis in tres libellos.

Igitur contra poetas quoſdam impudicos prædicavi, quos ut tu ſalvares & me damnares, falſum, ut oſtendam, contra me libellum condidiſti, quem ut pro mea veritate & religione repellam, tria mihi facienda eſſe videntur; primum affirmare mea, ac quæcumque dixi, ita Sanctorum auctoritatibus roborare, ut liqueat me approbatiſſimorum virorum ſententias magis recitaſſe, quam meas prædicaſſe. Secundum oſtendam, quod Libellus tuus omnino occidat & ante hos viros ſapientiſſimos & doctiſſimos evaneſcat. Tertium quod debeat pro ſumma cauſæ tum pro nobis, tum pro Scholarium commodo definiri.

Incipit libellus primus, & capitulum primum de partitione naturalis ac moralis philoſophiæ.

Pro primo cum omnes *homines natura ſcire deſiderent*, ut *Ariſtoteles* inquit *in libro primo metaphyſicæ;* inſani prorſus eſſent, & excordes, qui rerum ſcibilium ſcientias condemnaſſent, ſicut aliqui nihilominus fecerunt, quorum beatus *Hieronymus* meminit *in Commentariis ſuper epiſtolam ad Titum*. Hos ego mi dilectiſſime, non modo execror & prophanos puto, ſed potius pene aſellos bipedes, quam homines judico; profitendæ, laudandæ ſint omnes diſciplinæ ad effugandam ignorantiam neceſſariæ, & illæ maxime, quibus addiſcimus rerum, & naturarum eſſentias, quantumque nos homines cæteris animantibus antecellimus. Hanc ſiquidem agnitionem ſapientes mundi philoſophiam naturalem appellarunt. Et hæc, cum agit de natura ut eſt *principium motus*, *& quietis*, in generali non deſcendens ad particularia, docetur in libro *phyſicorum Ariſtotelis;* cum agit de natura ut eſt *principium motus*, quo partes mundi ordinantur in mundo, habetur in libro *de cælo, & mundo*, & in libris ſubalternatis ei; cum agit de natura ut eſt *principium motus*, quo perficiuntur aliquæ nobiliores partes mundi ſcilicet animalia, qui motus eſt operatio vitalis, puta ſentire, intelligere, & appetere, quod magis eſt animalium ſalus & perfectio, quam mutatio, ſic verſatur in libro *de anima* & in ſubalternatis ei.

Moralis Philoſophiæ partitio.

Laudavi ſimiliter, & nec efferre ceſſabo, moralem ſcientiam philoſophorum, quæ urbes, Regna, Provincias temperat, & vitam ac mores hominum format, quæ agit de homine, voluntario, atque libero motu ejus, hæcque cum format hominem, magis abſolute ab *Ariſtotele* docetur in libro *Ethicorum*, ubi agitur de moribus in communi; cum format modum vivendi civilem, traditur in *politicis*; cum domeſticum, in *œconomica*; cum ſolitarium, in *monaſtica*, a quocumque illa inventa primum, & compoſita fuerit aut a Chriſtianis, aut a non

colen-

Digitized by Google

colentibus Chriſtum. Has humanas ſcientias eſſe dicimus vere nobis accommodas, & omnino idoneas, ac neceſſarias, quibus tamquam ſcalarum gradibus ad Theologiam aſcenditur.

Finis Rhetoricæ artis quis ſit, quo Rhetorica trahenda eſt.

At præcepta Rhetoricæ artis traduntur idcirco, atque a ſtudioſis accipienda ſunt, ut contra falſitatem armata ſit veritas, ut potentius in animos influat, & vi ſua inſtructa, & luce orationis ornata, ſicut *Auguſtinus*, *Lactantiuſque* dixerunt.

Quod Philoſophia eſt præſtantior arte Rhetorica.

Poſt vero Theologiam omnium primam Philoſophia ſcientia præſtantior eſt, quia ut *Lactantius* ait, nec *tam rebus humanis benemeretur, qui ſcientiam bene dicendi affert, quam qui pie atque innocenter docet vivere*. Idcirco apud Græcos majore in gloria Philoſophi, quam Oratores fuerunt. Illi enim recte vivendi doctores æſtimati ſunt, quod eſt longe præſtabilius, quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem vivere ad omnes. Eloquentia hominum vitæ tam utilis & accommoda videri decet, quantum dominam ſuam Theologiam ornat, & magiſtram ac ducem philoſophiam imitatur. A quibus quoquomodo ſeparatur & disjungitur, omnino cavenda eſt, quia *inſipienti eloquentia ſi quis affluat, tanto magis eſt cavendus*, inquit *Auguſtinus*, *quanto magis ab eo in his, quæ audire inutile eſt, delectatur auditor, et cum quem diſerte dicere audit, etiam vere dicere æſtimat*. Hæc *Auguſtinus* in 4. *de Doctrina Chriſtiana*, & parum poſt infert: *Qui enim eloquenter dicunt, ſuaviter; qui ſapienter, ſalubriter audiuntur: ſicut autem ſæpe ſumenda ſunt amara ſalubriaque, ita ſemper vitanda ſunt pernitioſa*, dulcedo ſcilicet impudicorum poetarum.

De poetis, de quibus eſt quæſtio.

Poetas autem, de quibus eſt quæſtio contra nos mota, tantum affero debere legi, acceptari, vel reſpui, quantum de ipſis Sanctorum virorum ac ſapientum auctoritas definivit. Hi Sanctarum litterarum profeſſores fundamentis veræ Philoſophiæ ſuffulti, & communiti liquido verum a falſo illuminati diſtinguunt, ac juſtum ab injuſto. Nam & cum ſapientes Philoſophi Imperatorum & gentium jura ſanxiſſent, ad Theologiæ cathedram & Dei ſedem, ubi Chriſtus judicat, videnda illa obtulerunt, ut ſibi parerent, & omnium veritatum dominam Theologiam ſequerentur: huic cathedræ, & Seſſori ejus, vel ejus profeſſoribus refragari, vel reſiſtere nulli fas eſt.

De Virgilio Poeta.

Virgilium inter omnes poetas clariſſimum recitat *Auguſtinus* in primo *de civitate Dei* dicens: *Virgilium propterea parvuli legunt, ut videlicet poeta magnus omniumque præclariſſimus, atque optimus teneris adhibitus annis non facile oblivione poſſit aboleri*. Hoc ipſe prædicavi, & tunc excepta vere fabula falſa Didonis, de qua infra dicetur, ut ſibi legi curent hunc poetam, parvulos *Ferrarienſes* hortatus ſum, propter quod hunc laudatum, *Terentium* ab Auguſtino accuſatum pro impudicitia deponere non curarent. Tu hoc intelligens & eo ſancto tempore quadrageſimæ cum hunc *Terentium* adoleſcentulis lectitares, prædicationem ferre non potuiſti, & pro zelo excandeſcens e contra libellum lucubraſti, atque illum, ut retractare compelleres, adverſum me confeſtim produxiſti.

Quod venialia vitia bonorum virorum non debent notari a viris excellentibus.

In libello videtur impingi præconibus Dei, quod pro dedecore grammaticalia dictionum, & ſcriptionum vitia notanda ſint, & illis opponenda ut qui non debeant contra peccata clamare, ſi videantur ignari vocabulorum & ſyllabarum numeros, & tempora menſurare, aut incorrupte figurare ſcriptiones.

Ibique in libello jactando dicis, alium aliquando fuiſſe prædicatorem, qui ſimilium cum eſſet indoctus, in quadam prædicatione cum *Thebarum* conditorem *Cadmum* pronuntiare debuiſſet, *Cadinum* dixit, & auditores forſitan imbecilles in riſum commovit. O quam inexpiabile ſcelus iſtud, & nefas intolerabile!

Sed

Digitized by Google

Sed neque præcones Chriſti talibus calumniis ſe læſos putent, quibus illa, quam exquirunt, veritas inoffenſa eſt; magis autem ſummis & clariſſimis oratoribus eloquentia illa levis & inanis eſſe videtur, quæ omnibus tam græcis quam latinis litteris eſt inſignis, & exerto mucrone ſuo fugientes dictionum ac ſyllabarum muſcas inſectetur. Non eſt igitur cauſſæ noſtræ diſputare de ſyllaba nominis conditoris *Thebarum*; ſed declarare, mortale peccatum eſſe & barbariſſimum Chriſtianum omnino fugiendum auctoritate Sanctorum atque philoſophorum, legere adoleſcentibus poetas impudicos.

Capitulum ſecundum. Quod auctoritates Sanctorum ac ſapientum philoſophorum damnant impudicos auctores. Auctoritas prima eſt Auguſtini.

Auguſtinus in libro ſecundo *confeſſionum* de *Terentio* ita eum accuſando dicit. *Ita vero non cognoſceremus verba hæc* imbrem aureum & gremium & fucum & templum cœli, *niſi Terentius induceret nequam adoleſcentem proponentem ſibi Jovem ad exemplum ſtupri, dum ſpectat tabulam quandam pictam in pariete, ubi inerat pictura hæc Jovem quo pacto miſiſſe ajunt Daphnes in gremium quemdam imbrem aureum factum fucum mulieri, & inde quemadmodum ſe concitat ad libidinem quaſi cœleſti magiſterio: at quem Deum, inquit, qui templa cœli ſummo ſonitu concutit? Ego homuntio id non facerem? Ego vero illud feci ac libens. Non omnino per hanc turpitudinem verba iſta commodius diſcuntur, ſed per hæc verba iſta turpitudo confidentius perpetratur.* Hæc *Auguſtinus*, quibus liquet ſub tanta dignitate verborum & ingenti elegantia hanc lectam turpitudinem adoleſcentium animas allicere ad voluptatem, idcirco mortaliter peccavit *Terentius*, qui fuit auctor ejus & ſpectaculi fœdi malus inventor, atque deſcriptor, aut ſi non peccavit, cur igitur *Auguſtinus* perſequitur hunc poetam? an forſitan damnatus erit *Auguſtinus*, qui illuſtrem virum facit infamem, & dixit falſo lucem tenebras, & oculus ejus nequam tibi videri poterit, qui ſanus eſt? aut igitur peccat *Auguſtinus*, aut talis extitit turpitudo illa *Terentii*, quæ pro antidoto, & medicina morum increpationem talem requiſivit. Quis modo me reprehendet, ſi tanto *Auguſtini* judicio ſententiaque permotus *Terentium* condemnatum exclamavi? Doctor maximus ac præclariſſimus abhorret magnum ſcelus, videlicet improbis lectionibus quorumdam poetarum fucari juvenum mentes atque corrumpi; & ego homuntio id non abhorrebo? imo ſemper deteſtabor ac libens.

Ad idem auctoritas ejuſdem Auguſtini, & Platonis.

Idem *Auguſtinus* in libro ſecundo *de civitate Dei* eumdem poetam paganum propter impudicitiam execratur, ubi idem ſpectaculum recitat *Jovis* & *Daphnes*, & adoleſcentis ſe concitantis ad libidinem. Atque ut nemo paganorum, contra quos opus edidit, huic ſententiæ condemnati *Terentii* obſiſtere auderet, cum auctoritate & armis pagani philoſophorum principis communivit dicens: *An forte græco Platoni potius palma danda eſt, qui cum ratione formaret, qualis eſſe civitas debeat, tanquam adverſarios civitatis poetas cenſuit urbe pellendos? Iſte vero & deorum injurias indigne tulit, & fucari corrumpique figmentis animos juvenum noluit.* Hucuſque *Auguſtinus de Platone*. *Plato* hujuſmodi ſententiam de poetis abſolutam poſuit, quaſi civitate pellendi ſint omnes: quod intelligendum puto de fingentibus impudica, ſive Satyri, ſive Tragœdi, ſive Comici ſunt; & idcirco ego mitior amiciorque tibi videri deberem, qui non omnes, imo neminem condemnavi, niſi *Terentium*, ſtrictus ab *Auguſtino*, & cæteros æque vel magis impudicos. Vos autem o poetæ cur non invehimini in *Platonem* & *Auguſtinum* approbatorem ejus utique vobis magis infeſtos, aut in cæteros quos adducam?

Idem probatur auctoritate Lactantii.

In ſexto libro *divinarum inſtitutionum* Lactantius invehitur contra comicos in hunc modum. *Nam & comicæ fabulæ de ſtupris virginum loquuntur & amoribus meretriciis, & quo magis ſunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis ſententiarum elegantia perſuadent & facilius inhærent audientium memoriæ verſus numeroſi*

Digitized by Google

roſi & ornati: tragicæ hiſtoriæ ſubjiciunt oculis parricidia & inceſta regum, & continuata ſcelera demonſtrant; hiſtrionum quoque impudiciſſimi motus quid aliud niſi libidines & docent & inſtigant? Quid juvenes aut virgines faciunt, cum hæc & fieri ſine pudore & ſpectari ab hominibus libenter cernunt? admonentur utique quid facere poſſint, & inflammantur libidine, & aſpectu maxime concitantur, ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfigurat. Hæc *Lactantius*, qui parum poſt ſequitur: *aurium voluptas ex vocum, cantuumque ſuavitate percipitur, quæ ſcilicet tam vitioſa eſt, quam oblectatio illa, de qua diximus, oculorum: Carmen autem compoſitum & oratio cum ſuavitate decipiens capit mentes, & quo voluerit, impellit.* Hæc *Lactantius*, qui voluptatem aurium atque vocum tam malam eſſe dicit, quam illa oculorum ſcenica figmenta cernentium, & licet in aſſirmando noſtra erraverit Lactantius, non tamen erravit contra aliena; ideſt pagana peccata deſtruxit, ut ait *Hieronymus* in libro *de Viris illuſtribus*, ubi vero allegatur a me, ibi contra comicos, & impudicos agit. Item *Iſidorus* in libro *ſententiarum* ſuarum & ponitur in libro *decretorum Diſt.* 37: c. *Ideo probibetur*; ad hoc inquit. *Ideo probibetur Chriſtianis legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium mentem incitant ad incentiva libidinum, non enim thura ſolum offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.* Hæc *Iſidorus*. Dixerunt aliqui, hoc Decretum de his loqui, qui figmenta poetica ad oblectationem inanem legunt. Quibus licet dici poſſet, quod non modo fabularum impudicarum, ſed rerum omnium oblectatio inanis eſt interdicta, tamen ad cognitionem decreti oportet ſcire, quod actus voluntatis non eſt a ſola potentia, quia illa per ſe, ut eſt tantum potentia, non facit actum, nec actus voluntatis eſt ab objecto ſolo, eo quod objectum ſolum volibile vel appetibile per ſe ſolum non cauſat quidem actum, ſed actus voluntatis eſt cauſatus a potentia & objecto ſuo tamquam a duabus cauſſis partialibus. Et idcirco quale eſt objectum in ſe, talem actum, quantum eſt ex ſe, aptum eſt & natum cauſſare, & ſi fuerit de ſe oblectabile, oblectationem, quantum eſt ex ſe, cauſſabit ſemper; & ſi eſt oblectabile turpe, turpem quidem faciet oblectationem. Et cum figmenta impudica poetarum objecta delectabilia turpia ſint, turpia ſemper ex ſe oblectamenta producunt. Et idcirco *Iſidorus* dixit: *probibetur Chriſtiano legere figmenta poetarum, quia propter oblectamenta fabularum nimium pariunt libidinis incentivum*. Ubi conjunxit *oblectamenta fabulis*, quia illæ fabulæ ſunt, quæ de ſe execranda in juvenibus oblectamenta parturiunt, imo & ſenibus hæc objecta abominanda ſunt, & idcirco *Chriſtiano*, inquit Iſidorus, *talia legere probibetur*, quæ indefinita æquipollet univerſali poſitæ in decreto. Tantum vero magis juvenibus interdicta ſunt, quantum voluntas in eis pro ætate magis inclinatur; juvenes enim per ſe ad venerea rapiuntur, ut inquit *Paullus Vergerius* & infra dictum ejus adducetur. Quod cum ſit ita verum, ut quidam putaverint, licet contra evangelium Chriſti, quod juvenes excuſandi eſſent cum fornicantur, quando ex fervore naturali juventutis ardentius fortiterque tentantur, & ita excitati fornicantur. Contra quos dicit *Hieronymus* ſcribens ad *Amandum* presbyterum & *Apoſtolus* inquit, *Omnis fornicator & immundus non babet partem in regno Chriſti & Dei*; quid ergo fiet? ſi juvenes per ſe rapiuntur ad venerem, & oblectamenta fabularum pariunt incentiva libidinum, ſi eis apponantur, velint nolint poetæ? dicturus es cariſſime: cum ita ſit, eſt, ac ſi carbones accenſi vi ventorum in flammas erigantur ad conſumptionem. Huic radio divinæ veritatis & tantæ rationis luci quid adverſarius dicere poterit? niſi quod non poteſt demonſtrari ex prioribus & notioribus & immediatis & primis cauſſis ſecundum illum modum ſciendi veritatem, qui docetur in libro *poſteriorum* ab *Ariſtotele*. Sed quæſo mihi dicas, quot & quam paucas aut nullas veritates illo modo demonſtrandi docuit Ariſtoteles in VIII. libris *phyſicorum*, & in omni naturali ſcientia, ubi quaſi ſemper a poſterioribus priora demonſtrat, quia in procemio ejuſdem libri ait. *Innata eſt nobis via ab im-*

per-

perfectioribus ad perfecta. Licet igitur a poſteriori oſtenderit veritatem, dicimus tamen naturaliter veritatem ad modum noſtrum ſufficientiſſime lucidaverit, & ideo modum probandi meum utique ſuo ſimilem approbaret & acceptaret ipſe, cujus ſententiam de poetis impudicis nunc adjungamus.

Sequitur ad idem auctoritas Ariſtotelis.

Ariſtoteles in libro VII. *politicorum* cum doceret formare adoleſcentes ad moralia civitatis contra poetas inquit, *omnino igitur obſcænitas verborum per legislatorem exterminanda eſt de civitate: ex turpiter loquendi licentia ſequitur & turpe facere, potiſſimum igitur ſtatim a pueris neque dicant, neque audiant quidquam turpe. Cum vero dicere quicquam turpe interdixerimus, clarum eſt, quia & aſpicere aut picturas aut actus deformes prohibebimus*. Hæc ſunt verba *Ariſtotelis* ſecundum translationem Aretini (1). Si ergo a civitatibus omnino obſcænitas verborum exterminanda eſt pro agnoſcendis, aut defendendis moribus civitatis, profecto qui in hoc huic tanto vitio contrarium ſentit, rem pernicioſam in civitatem inducit.

Idem probatur auctoritate Tullii.

Tullius quoque in libro tertio *Tuſculanarum quæſtionum*, *Platonis & Ariſtotelis* aſſertor in cauſſa iſta poetarum, quam juſtiſſimus condemnator ait. *Sunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem ſimulatque editi in lucem ſumus, in omni continua pravitate & ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut pene cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur*. Hæc Cicero & de modis, quibus perverſitas animis infunditur, addit. *Cum vero parentibus redditi ſumus* (ſcilicet a nutricibus) *deinde magiſtris traditi ſumus. Tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, opinioni confirmata natura ipſa cedat. Accedunt etiam poetæ, qui cum magnam ſpem doctrinæ, ſapientiæque præſetulerunt audiuntur, leguntur, addiſcuntur, inhæreſcunt penitus in mentibus: cum vero accedit eodem quaſi quidam maximus magiſter populus atque omnis undique ad vitia conſentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate & a natura deſciſcimus*, ideſt recedimus. Hæc Cicero, qui ſi poetas numerat inter illas perverſitates, quæ ſancta virtutum ſemina ſuffocant, quæ nos ad rectitudinem ducerent, quod crimen erit impudicos poetas infundere juvenibus, niſi grande atque mortale? Loquitur autem abſolute *Cicero* de poetis, ut in hoc *Platonis* aſſertor exiſteret, quia ſenſum illorum in ſuis libris ipſe intellexit.

Idem patet auctoritate Paulli Vergerii viri doctiſſimi.

Paullus Vergerius in hac ætate noſtra vir doctiſſimus & eloquentiſſimus in ſuo de *moribus ingenuis* videtur eandem contra impudicos ſententiam confirmaſſe dicens: *providendum & ne fœdis ſermonibus atque inhoneſtis aſſueſcant adoleſcentes; nam ut eſt a græco poeta dictum & apoſtolo Paullo repetitum;* corrumpunt bonos mores colloquia mala. *Curandum igitur eſt ut juvenes quam maxime diu integrique ſerventur, immatura namque venus & animi & corporis vires enervat: Quod erit, ſi a choreis, ceteriſque ejuſmodi ludis, & item ab omni muliebri frequentia arceantur, aut ſi de his rebus nihil loquantur aut audiant. Nam cum ipſi per ſe ad venerea rapiantur, nulla erit ſpes reliqua ſi malignus quoque comes conſilio acceſſerit*. Hæc *Vergerius*. Dic tu mihi modo, num impudici poetæ, qui ſupra jam damnati abjecti ſunt, comites maligni putandi ſunt? Reſpondebis ſicuti vir ſapiens: utique maligni ſunt, ſicut codices divinorum doctorum aut moralium philoſophorum ſodales honeſti in animarum vita judicantur, & jucundam familiam eos plurimi appellant, utique frugi, & bene morigeram: Non obſtrepunt, non ſunt rapaces, non procaces, non contumaces, juſſi loquuntur, & item juſſi tacent.

(1) Leonardi Bruni.

Laus Bibliothecæ hic ſupra infraque ponitur.

Hæc profecto familia divinorum librorum, & magnorum ſapientium eſt, quæ adoleſcentiam alit, ſenectutem oblectat, ſecundas res ornat, adverſis perfugium ac ſolatium præbet, delectat domi, foris expedit, pernoctat, ac vigilat, nobiſcum peregrinatur, ubique conſolatur, ut ipſe *Cicero* ſentit in oratione *pro Archia*. Hæc jucundiſſima familia, ut a noſtra humanitate conduci, & coli omnino poſſit, quia vera divina, & immortalis eſt; illa poetarum impudica, & adultera aut fugienda, aut pellenda eſt, finibus noſtris emigrare quam cito cogenda, præcipue cum adoleſcentes corrumpat, ſenes obſcuret, hominum mores, & urbes oppidaque contaminet.

Caput III. Quomodo idem rationibus probatur, ſcilicet poetas impudicos non eſſe legendos.

Ex auctoritatibus iſtis rationes oriuntur, quod impudici poetæ civitatibus pelli debeant, quæ ſunt. Hi auctores tamquam mali odio haberi & pelli debent, qui adverſantur omni morali Philoſophiæ, quam in principio libelli partiti ſumus; ſed impudici poetæ omni philoſophiæ adverſantur; ergo ipſi odio haberi ac pelli debeat. Major eſt nota, per ſe minor propoſitio probatur.

Quod impudici poetæ repugnent politicæ philoſophiæ.

Primo quod repugnent politicæ, patet auctoritate *Ariſtotelis* VII. *politicorum* & *Platonis* ſupra inducti; tum etiam quia non poteſt eſſe civitas bene morata, niſi præſint & bene morati cives, ut inquit *Cicero* in quinto libro *de republica*, & beatus *Auguſtinus* ejus dictum recitat in libro ſecundo de *civitate Dei* & ibidem, *moribus antiquis res ſtat Romana viriſque*.

Quod repugnent ethicæ.

Secundo quod adverſentur ethicæ philoſophiæ, inde patet quia corruptio animorum ethica eſt, corruptio ethica enim eſt ab homine libero libertate virtutis, quæ eſt contra ſervitutem, & captivitatem vitiorum, & ſubjectum ejus eſt homo liber; ut diſputat *Geraldus Odonus* ſuper libro primo ethicorum; ſed impudici poetæ corrumpunt animos, ut ſupra dixit *Plato*; item tollunt virtutis libertatem quia obſcænitas comicorum capit mentes, dixit ſupra *Lactantius*; ergo ethicæ philoſophiæ repugnant.

Quod repugnent domeſticæ (philoſophiæ).

Tertio quod repugnent domeſticæ philoſophiæ probatur. Nulla nempe morata domus eſſe poteſt, quæ ſit contraria in moribus Civitatis; *Auguſtinus* enim in libro XVIIII. *de civitate Dei* ad hoc inquit: *Quia igitur domus hominis initium ſive particula debet eſſe civitatis, & omnis pars ad univerſi, cujus eſt pars, integritatem refertur, ita fit, ut ex lege civitatis ſumere præcepta patrem familias oporteat, quibus domum ſuam ſic regat, ut paci ſit accommoda civitatis*. Hæc *Auguſtinus*.

Quod repugnent monaſticæ.

Quod poſtremo repugnent monaſticæ probatur. Solitarius enim poeticorum figmentorum contemplationi inhærere non debet, ſed vacare contemplationi veritatum rerum divinarum, quæ ſolidæ ſunt, & incorruptæ, disjunctæ ab omni omnino vanitate, ut videtur ipſe *Ariſtoteles* ſentire in libro decimo *ethicorum*.

Concluſio generalis præcedentium rationum.

Igitur cognoſcentes, vel coacti conſiteri rationibus poetas impudicos repugnantes eſſe omni philoſophiæ, morali ſcilicet, politicæ, ethicæ, œconomicæ, monaſticæ, magna ergo philoſophorum omnium auctoritate admoniti inferre ſententiam non differamus. Si repugnant politicæ, civitate pellantur; ſi domeſticæ, de domibus emittantur; ſi ethicæ, vel ſolitariæ, odio habeantur, & impugnentur, & ſic everſi atque exterminati eo portentur, ubi non ſit civitas, ubi non ſit domus, ubi non ſit locus humanus.

Capi-

Digitized by Google

Capitulum quartum de quibuſdam dubiis.

De genere peccati quod vel quale ſit, quod continent hi auctores immundi, in hac extrema & ultima libelli parte quærendum eſt, ut per proprium evangelium Chriſti & ore ſacroſancto Dei in eos divina ſententia dirigatur. Dicimus, peccatum horum poetarum, & legentium eos in evangelio a Chriſto ſcandalum appellatum eſſe; activum quidem ex parte poetarum, & magiſtrorum eos adoleſcentibus explanantium, de quo Matth. XVIII. *Væ autem homini illi, per quem ſcandalum venit. Qui enim ſcandalizaverit unum de puſillis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Et ex parte ſcholarium hæc audientium ſcandalum paſſivum appellatur. Matth. V. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & projice abs te, bonum eſt tibi cum uno oculo intrare regnum cælorum, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Quod audientem legere poetas ſcandalizet auris, teſtatus eſt *Lactantius*, ubi ſupra inductus. Nam ait: *quia aurium voluptas tam vitioſa eſt quam illa oculorum ſcenica fœda cernentium, & laſcivorum poetarum carmen compoſitum capit mentes*; immo ex omnibus auctoritatibus ſupra inductis hoc probatum & oſtenſum eſt.

An pueri excuſentur audire impudicos auctores?

An autem minores pueri & mali incapaces, qui incentiva non ſentiunt, ſint excuſati a peccato? Utique videntur excuſati. Neceſſitas enim ætatis excuſat eos, ut qui pro ætate non commoventur. Et de hoc *Hieronymus* ad *Damaſum* de *filio prodigo* inquit: *Sacerdotes Dei omiſſis evangeliis & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum verſuum verba cantare, & quod in pueris eſt neceſſitatis crimen, in ſe facere voluntatis.* Hæc *Hieronymus*. Neceſſitas autem, de qua in pueris *Hieronymus* loquitur, non poteſt referri ad doctrinam, tum quia bucolicorum ſtudium non eſt neceſſarium pro doctrina, aliter omnes Theologi, qui fuerunt ante Poetas illos, aut philoſophi, vel qui poſt nati ſunt & bucolica neſcierunt, ut indocti habendi ſunt; tum etiam quia beatus *Hieronymus* in eadem epiſtola ad *Damaſum* parum ante illam auctoritatem ita contra impudicos ait: *dæmonum cibus eſt carmina poetarum, ſæcularis ſapientia, Rhetoricorum pompa verborum: ex ſua omnes ſuavitate delectant, & dum aures verſibus dulci modulamine capiunt, animam quoque penetrant & pectoris interioris devincunt.* Hæc *Hieronymus*, & ideo quicumque vult exponere ut referat neceſſitatem illam ad doctrinam, non tam falſo quam contra beatum *Hieronymum* dicit.

Qualiter beatus Hieronymus allegat tam ſæpe poetas.

Si quæratur cur beatus *Hieronymus* allegat plurimos verſus poetarum in libris ſuis, dicitur primum ex epiſtola ſua ad *Nepotianum* de *moribus clericorum*, quia beatus *Hieronymus* parvulus & pene puer aut miraculo Dei vel admirabili & ingenti perfectione naturalis ingenii poetarum & artis rhetoricæ doctiſſimus & eloquentiſſimus fuit. In principio illius epiſtolæ ita de ſe inquit: *Dum eſſem adoleſcens & pene puer, & primos impetus laſcivientis ætatis heremi duritia refrænarem, ſcripſi ad avunculum tuum Heliodorum exhortatoriam epiſtolam plenam lacrymis quærimoniiſque, & quæ deſerti ſodalis monſtraret affectum.* Hæc *Hieronymus*. Epiſtola autem *ad Heliodorum*, cujus hic meminit, illa eſt, quæ incipit: *quanto amore & ſtudio contenderim ut pariter in heremo moraremur*; quæ epiſtola digniſſima & elegantiſſima laudatur, quam ſi beatus *Hieronymus* adoleſcens & pene puer de heremo ſua ſancta tranſmiſit, patens eſt, quia minoris ætatis puer cæleſtis ingenii artem rhetoricam tam plene atque perfecte didicit, ut etiam puer epiſtolas excellentes tam doctrina, quam ornatu bene dicendi componere valeret. Puer ergo beatus *Hieronymus* abſque peccato didicit poetas neceſſitate ætatis modicæ, quæ malum libidinis ſentire non poterat; ſanctitas enim viri hujus maxima profecto tanta eſt, quæ non eſt trahenda in communium virorum comparationem, de quibus nos contendimus. Cur vero tam crebro alleget eos, facile dici-

dicitur. Quocumque modo qui eos didicerint, poſtquam didicerint recta, impudicitia nequaquam peccant, ſi dignitates vocabulorum, quibus impudica poetarum pulcra, appretiabiliaque alliciunt, ipſi ſermonibus honeſtis adhibeant & libris utilibus ad bene vivendum; immo *Terentius* legendus eſt, & omni laude dignus haberetur, ſi tanta dignitate verborum res morales ornaſſet & civibus legendas adhibuiſſet. Cum ergo venerem, & libidinem, ut ſupra per *Auguſtinum* omnibus bene dicendi ornamentis fucaverit, atque depinxerit, & *Terentius*, & poetæ venenum voluptatis, etiam cum eſt nudum nimis dulce ac appetibile tantis illecebris ornate dicendi circumlinierint, ut animis magnis, & etiam mentibus vix caveri poſſit, in nullo damnamus elegantiam ſententiarum, aut verborum dignitatem vel ingenium excellens componendi, ſed damnamus maximas illecebras figmentorum, ignes juvenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia.

Quomodo beatus Hieronymus meruit ponere in rebus Chriſtianis pudicis elegantiam, qua pagani & impudici in rebus malis uſi ſunt.

Non modo non peccaſſe putandus eſt beatus *Hieronymus*, ſed eum meruiſſe putemus, quando Chriſtianos libros plurimos ad legendum edidit omni doctrina ſapientiaque ſalubres, & non minus eloquentia, ac lepore ſuaves; contra vero ſtomachantes pudicam eloquentiam ſæcularem ac honeſta humanitatis ſtudia applicata Chriſtianis moribus extat *Hieronymi* defenſio in epiſtola ad Magnum oratorem, ubi dicit: *Legerat Apoſtolus in Deuteronomio Domini voce præceptum, mulieris captivæ eradendum caput, ſupercilia, omnes pilos, & ungues corporis amputandos & ſic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum ſi & ſapientiam ſæcularem propter eloquii venuſtatem, & membrorum pulcritudinem de ancilla atque captiva Iſraelitem facere cupio? Et ſi quid in ea mortuum eſt Idololatriæ, voluptatis, erroris, vel libidinum, vel præcido, vel rado?* Hæc *Hieronymus*, qui de Chriſtianis libris ſi abraſit libidinum pilos, & ungues, quis affirmet Chriſtianis juvenum animis quotidianis lectionibus hauriendos? ita dicendum eſt de aliis, qui ſi qua male legerint impudica, & eloquii venuſtatem ad deſcribendam pudicitiam verterunt, in lectione peccaverunt contra præceptum Apoſtoli: *non ſunt facienda mala, ut veniant bona;* quod malum, poſtquam factum eſt, ex quo bonum ſequi poteſt, mali pœnitere debemus, & debemus, quod poteſt ſequi bonum, operari.

Quomodo pudicæ partes impudicorum auctorum legi poſſunt.

Item quæri poteſt, an impudici poetæ, qui alicubi ſui operis videntur honeſti, cum in eas partes explanator incideret, an poſſent audituri juvenes convenire? Pro ſimili quæſtione *Alexander de Ales in IV. parte in tractatu de Euchariſtia, de quibuſdam qui communicari non debent*, in Summa dicit, *quod qui ſincera intentione ad aliqua facienda conveniunt, ubi conſueverunt mortalia peccata committi, ſi conventu ſuo videntur malam conſuetudinem approbare, non ſunt immunes a peccato, & ita ille, qui legeret pudicas partes* Terentii *vel ſolus in cubiculo, vel cum aliis ubicumque, dummodo non videantur approbare legentes, ut diximus, impudicas partes ejus, quas condemnat* Auguſtinus *& legi prohibet* Plato *&* Ariſtoteles, *&* Paulus Apoſtolus, *qui ad* Galatas V. *dicit, Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis; utique non peccabitur, nec erit peccatum illum in domo in cubiculo retineri ad legendas pudicas partes ejus, dummodo caveatur, ne perveniat ad incautas Juvenum lectiones*. Hoc puto niſi aliis aliter dicendum eſſe videatur dicentibus. Nam extant tot opera pudica *Livii*, *Saluſtii*, *Commentaria Cæſaris*, & ultra tot chriſtianos doctores habemus *Cyprianum*, *Auguſtinum*, *Hieronymum* omni tam humana & divina Sapientia admirabiles & ingenii luce orationis inſignes, qui tanti ſunt qui tam pro arte, quam pro imitatione bene dicendi non tantum ſufficiunt, ſed neque legi poſſunt, ut dicere cogamur, *Vita brevis ars longa*. Igitur abjectis auctoribus impudicis reliquos habeamus aut paganos caſtos aut

tam

Digitized by Google

tam noſtros pudicos, & ornatos. Quod ſi nobis ineſſet omnis ariditas loquendi & perorandi rulticitas, de illorum poſſet fontibus irrigari.

Peccatum dicentium Chriſtianos doctores non eſſe eloquentes.

Profecto Chriſtianos doctores nolle legere vel audire, & tamquam minus eloquentibus eis detrahere, aut derogare, quid aliud eſt, niſi immaculatam Eccleſiæ Chriſti faciem deturpare, aut veluti vilem indignamque abjicere? Contra quam intolerabilem calumniam beatus *Hieronymus* ſcripſit opus de Chriſtianis *viris illuſtribus*, in cujus principio inquit: *diſcant Celſus, Porphyrius, & Julianus rabidi adverſum Chriſtum canes, qui putant Eccleſiam nullos philoſophos, & eloquentes habuiſſe Doctores, quot & quales viri eam fundaverunt, inſtruxerunt, adornaverunt, ut deſinant fidem noſtram ruſticæ tam ſimplicitatis arguere.* Hæc *Hieronymus*.

Quid Baſilius ſentiat de poetis.

Item quæritur, quid de beato *Baſilio*, quem *Guarinus* oppoſuit mihi in libello? videtur enim admittere poetas, dum dicit in epiſtola *ad nepotes, quod poetæ cum varii, multiformeſque ſint, non omnibus quæ ab illis dicuntur, adhibenda eſt mens, ſed cum virorum excellentium facta aut dicta commemorant, tum tota mente moveri atque inflammari debemus, maximeque conari, ut tales ipſi ſimus, quales illi fuerunt; cum vero in improborum mentionem incidunt, fugienda eſt illorum imitatio aureſque claudendæ, non ſecus Deorum vero adulteria atque amores, & ſceleſtos concubitus, & eos maxime ſummi ac principis omnium, ut illi aſſerunt, Jovis, quos ne de pecudibus quidem ſine rubore quis diceret, bis relinquamus, qui in ſcæna verſantur.* Hæc *Baſilius*. Hæc quam inepte contra me adducta ſint, modo patebit. *Baſilius* his verbis cautos facit nepotes ſuos circa poetas dicentes improba hominum, & eorum impudica, & quamvis utraque, tam improba quam impudica, ſint omnino fugienda, tamen hic *Baſilius* impudica magis execratur, quoniam inquit *ad improba claudendæ ſunt aures non ſecus*, hoc eſt non ſunt audienda ſecundum ſententiam viri ſancti; impudica vero non modo non ſunt audienda, ſed relinquenda ſunt; & quibus ſunt relinquenda? non liberis quidem, non amicis quidem, non civibus noſtris quidem, nullis poſtremo bonis viris, ſed his qui in ſcæna verſantur. Hi verſantes in ſcæna ſunt illi prophanati, de quibus *Auguſtinus* in libro ſecundo de *civitate Dei* dicit, quod eos *laudanda romanæ virtutis indoles honore privavit, Tribu amovit, agnovit turpes, fecit infames*. Igitur tales apud paganos erant, quales apud nos lenones & peccatores infames. His verbis ait S. *Baſilius*: *O mei nepotes adoleſcentes relinquite partes impudicas poetarum*. Ecce, chariſſime atque doctiſſime mi, quod *Baſilius* in ſententia de poetis ab *Auguſtino* non diſcrepat, neque a cæteris, quos pro noſtra veritate ſupra induximus.

De Fabula Didonis.

Poſtremo dicamus de fabula *Didonis* nobis objecta. Sane an iſta ſit vera, an falſa? non diſputamus; nam *pictoribus atque poetis quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*; an vero ſit pudica, & legi poſſit? dicamus cum *Guarino*, quod non poſſit legi. Nam ipſe dicit, quod eſt impudica his verbis in libello ſuo, ubi contra me inquit: *plerique mirantur, quamobrem inter poetas comburendos* Virgilium *quoque non annumeres, quia de Didone ſcilicet non parvæ laſciviæ libidiniſque volumen interſerit, quod Juventutem illiciat ad voluptatis illecebras*: hæc *Guarinus*, cumque id verum putet, videat ipſe nunquam ſibi licuiſſe juvenibus explanare fabulam illam. Secundum cum dico *impudicam*, non iraſcatur mihi, ſed ſibi ſcribenti eam impudicam, nec mihi refragetur, ſed *Baſilio* ſuo illam legentem increpanti, immo & *Auguſtino*, & cæteris, quos contra eum allegavimus. Cur autem laudet *Virgilium Auguſtinus*? Reſpondebo per verba ejus, quibus in primo libro *de civitate Dei* dicit: *Virgilium propterea parvuli legunt*, non ipſe parvulis legit. Sequitur, *ut videlicet poeta magnus*, magnitudine ſcilicet excellentis ingenii, aliter autem ſi hæc magnitudo debeat ad fabulam referri *Didonis*,

erit

Digitized by Google

erit *Virgilius* poeta magnus paganis & illis viris, qui fœda figmenta & imagines impudicas *Daphnes* atque *Didonis* mentibus adoleſcentulorum ſuis lectionibus imprimunt. Contra quos in ſecundo libro *de civitate Dei*, ut ſupra poſui, ſententiam ſuam expreſſerat, & *Platonis* auctoritate munivit. Aliqui etiam dixerunt *Virgilium* in illa fabula conſcribenda poetam fuiſſe pudicum, quia nec turpitudinem operis obſcæni poſuit, nec continuatum ſcelus demonſtravit. Utra opinionum harum verior ſit, relinquo melius ſentientibus, quamvis tutior iſta *Guarini* videatur.

Hucuſque auctore Deo de confragoſis locis enavigavimus, omneſque a nobis hamos abjecimus, & omnes uncos . . . ., quibus *Guarino* videbatur, quod retardari poſſet expeditus ad veritatem & felix incurſus meus. Ergo libelli tui ornatiſſimi eloquentia nos viciſti, o maxime *Guarine*; ſed ita veritate in cauſa iſta a nobis ſuperatus es, ut quanto magis intenderes ex arte ornate dicere contra nos & veritatem noſtram, tanto magis ea, quæ videnda & deſcribenda erant, ſtudio tuo & animo excidere viſa ſint. Nunc in opuſculo ſequenti precibus advocemus omnis veritatis Chriſtum genitorem, omniumque præconum Ducem. Is nobis ad populum bene prædicandi præcepta conſtituat, quem nemo audire dedignabitur, quibus adverſarius libellus nobis occidat, & humanitatis ſtudia bene inſtituta videantur, & componantur mores hominum juvenum, ſenumque.

Explicit defenſio fratris Johannis Pratenſis contra Guarinum, atque impudicos auctores.

OPU-

Digitized by Google

OPUSCULUM X.

Lini Colucii Pierii Salutati Cancellarii Florentini Carmina

Eruta nunc primum ex Codice Bibliothecæ Abbatiæ Florentinæ Monachorum S. Benedicti

Ad Nobiliſſimum Virum Andream Palmerium Palm. F. Pandulphinium Patricium Florentinum.

MONITUM EDITORIS.

CL. P. D. Petrus Aloyſius Galletius, antequam Florentia Romam proficiſceretur, Opuſculum hoc ſuum, quod Andreæ Palmerio Pandulphinio Viro nobiliſſimo inſcripſerat, humaniſſime mihi donavit. In eo codex Sæculo XIV. exaratus, qui ad locupletiſſimam Cœnobii ſui Florentini Bibliothecam pertinet, diligenter deſcribitur, multaque Lini Colucii Pierii Salutati Cancellarii Florentini latina Carmina nulli hactenus aut viſa aut certe laudata profert, quæ quidem etſi nullo poeticæ facultatis detrimento deliteſcere etiamnum poterant in Bibliothecarum pluteis, hiſtoriæ tamen litterariæ non inutilia erunt cultoribus. Gratias porro hi omnes habebunt Galletio, non mihi; viroque doctiſſimo animos addent, ut ne ingentem illum Inſcriptionum, diplomatum, & ceterorum id genus monumentorum Theſaurum, quem ſtudioſe congeſſit, incredibili litteratorum hominum commodo divulgandum, latere diutius ſinat.

Nobiliſſimo Viro Andreæ Palmerio Pandulphinio Patricio Florentino

Petrus Aloyſius Galletius Caſinas S. P. D.

INter vetuſtos permultoſque Codices MSS. qui in hac noſtra Florentinæ Abbatiæ Bibliotheca diligenter adſervantur, extat volumen chartaceum ſeculo decimo quarto conſcriptum nonnullas continens M. T. Ciceronis Orationes, quod Linus Colucius Pierius Salutatus Cancellarius Florentinus vir ſua etate doctiſſimus aliquando poſſedit. Et cum in poſtremis ejuſdem Codicis paginis peculiaria quædam ipſius Colucii manuque ſua exarata & notatu quidem digniſſima deprehendiſſem, vel primo adſpectu conſilium illico mihi fuit ea ſubſecivis horis excerpere, & ad te Andream ornatiſſimum mittere, utpote quæ tuum, æque meum antiquitatum ſtudium reſpiciunt, argumentoque eſſe poterunt licet exiguo mei erga te grati animi tum ob ſingularem benevolentiam, qua me ſemper es proſequutus, tum ob honorem, quo proximis hiſce diebus te auctore ſum auctus, ut ſcilicet inter doctiſſimos Columbariæ Societatis viros quam benigniſſime reciperer. Verum enim vero antequam ea proferam, quæ in memorato deliteſcunt Codice, haud puto injucundum & ingratum tibi fore, ſi Colucii vitam breviter ſummatimque perſtrinxero; majora ſiquidem cupientes facili negotio elogium illud adire poterunt, quod ſynchronus auctor de eo texuit Philippus nempe Villanius nepos Johannis Villanii, & Matthæi filius, & cum nonnullis animadverſionibus Laurentius Mehus edidit initio primæ partis Epiſtolarum ejuſdem Colucii. Na-

tus eſt igitur Colucius in Stignano ignobili atque obſcuro Vallis Nebulæ oppido anno circiter MCCCXXX. Patrem habuit Petrum, ex quo Pierium ſe dixit, ſcilicet Petri filium; Lini vero prænomen ipſemet accepit, quod Leonardus Brunus Arretinus ſatis extulit cachinnis epiſtola V. lib. X. *Nec linum* inquiens, *nec ſtupam adjungere neceſſe fuit ad tuum nomen illuſtrandum*. Plura ex ipſis Colucii epiſtolis eruuntur, quæ ſtudia ejus atque magiſtros nos edocent, nempe ſe grandem natu humaniora ſtudia ſine magiſtro & ferme ſine principio intraſſe; Bononiæ vero litteris operam dediſſe ſub Johanne de Muglo, quem virum appellat *ſcientia & bonitate conſpicuum*, & tandem jam ſenem ſacris Doctrinis ſe tradidiſſe. Poeſi & ſoluta oratione plurimum valuiſſe teſtatur laudatus Villanius in ejus vita, etſi non deſint qui utrumque apertiſſime negent. Polycarpus Leyſerus in *Hiſtoria Poetarum*, & *Poematum medii ævi* inter inferioris ævi poetas illum recenſere dubitavit, Paulusque Corteſius orationem ejus veluti mœſtam atque aſperam reprehendit. Anno MCCCLXXV. Florentinæ Reipublicæ Cancellarius creatus fuit. Munus hujuſmodi fatetur ipſemet ſe adeptum fuiſſe poſt obitum Franciſci Petrarchæ, & ante mortem Johannis Boccatii, ex quo recte colligitur nonniſi eo anno ad officium illud elatum fuiſſe. Uxorem habuit Piſcienſem fœminam nomine Pieriam, ex qua decem liberos ſuſcepit. Obiit die IV. Maii anno MCCCCVI. & ex decreto Magiſtratus ut honorificentius ſepeliretur, laurea eſt coronatus.

Hiſce de Colucii Vita præmiſſis accipe nunc Carmen illud, quod ipſe magiſtro Bartholomæo de Regno Juriſconſulto miſit ea cum epiſtola, quæ inter editas ſecunda eſt, & ita ſe habet. *Doctor egregie frater & amice Kariſſime. Revocaſti me ad ſtudia Juventutis, & quantocius potui inter publicas privataſque curas furatis temporibus Carmen edidi, quod impreſentiarum mitto, gratias referens, quod me viſitare tuo divino Carmine ſis dignatus. Agerem uberius, ſi tam effuſus in meis laudibus non fuiſſes. Volo quidem quod amodo faceſſes a commendationibus, quæ ſi veræ ſunt, inflant, ſi falſæ, ruborem incutiunt. Vale & doceas me velim, quid ſit modus ſpecificus & formalis verbi taliter exponens, quod intelligam plane quid dicas, & a quo modo eſſendi ſumptus ſit, mihi tuis rationibus innoteſcat. Nunquam enim ut vera loquar, taliter intellexi, quin ingens mihi dubitationis ſcrupulus remaneret. Iterum vale. Florentiæ decimo ſeptimo Kal. Sextilis.* Huic igitur epiſtolæ ſi quis mancam illam atque imperfectam Colucii Epiſtolarum editionem, quam Mehus curavit, denuo inſtituere, adornare, atque illuſtrare aggredietur, Carmen, quod ſequitur, ſubjungi omnino debebit.

Magiſtro Bartholomeo de Regno.

Apule, Doctorum trivii lingueque latine
Bartholomee decus noſtras cur afficis aures
Laudibus? & docto celebras mea nomina verſu?
Non pudet aut phebum, clauſoque helicone ſorores
Excire aonias? aut numina ſacra bicornis
Parnaſi & liquidas Aganippes fontibus undas,
Dum me indigna canis, turbare? aut ſomnia mira
Fingere que melius poſſint inſomnia dici?
Quid mihi cum phebo? quod cum cicerone? quid inquam
In me laudandum vir facundiſſime cernis?
An que jocundo ſtrepitu fors publica currant,
Si qua dedi, tantas in me componere laudes
Eſſe putas dignum? Sed rerum pondera tolle
Quas fecunda trahit ſecum natura capacis
Materie noſtrum tibi quis reſtabit? & illa

Que

Digitized by Google

Que res ipſa dabat, que noſtra inſcitia liquit
Vel que forte minus docte tractavimus, oro,
Tecum pauliſper meditere! & rite videbis
Nil me vel laudis minimum de jure mereri.
Attollit ſpecioſa quidem ſeſeque ſtilumque.
Materies ac magna placent, & pulcra niteſcunt
Si qua canas, quamvis rebus facundia deſit.
Adde quod inventis debetur gloria, que nos
Ante fugit. Veniunt & ejus conjuncta paratu
Divite ſponte ſua quecumque jubemus ut omnem
Conſtet abeſſe meum (ſi qua eſt fama) laborem.
Sentio (nec fallor) quam ſit mihi craſſa minerva
Quamque hebes ingenium! quamque hec ſermone pedeſtri
Nunc mihi metra fluant. Cur muſas, curque fatigas
Ex helicone trahens mihi claro carmine phebum?
Somnia finge tibi, divumque oracula rebus
Finge tuis vigilans! divumque fruare quieſcens
Alloquio! & pulcer dicenti aſpiret apollo.
Ipſe tibi det docte liram; tibi docte novena
Theſpiades (divina cohors) dent munera muſe?
Eloquium det niſa tibi! det carmina bacchus,
Det clarius mentem cirre de vertice phebus,
Effluat unde tibi vatum ſapientia dives.
Det tibi ſublimis de Celi culmine vocum
Caliopea decus. gravibuſque retardet acuta.
Diſſonaque armonico, nec non & conſona nexu
Conjungat placide verborum pondera librans.
Altera ſaturno conjuncta polimia regi
Te doceat numeros varia ratione fluentes.
Dividat hos, jungatque alios aliiſque recidens
Detrahat, inque vices geminos multiplicet unum
In ſemet! Cubicas aliaſque indagine longa
Radices querat. hos comparet atque duorum
Inveniat medium! rerumque exordia tradat
Ex numeris adhibens qui miſtica queque figuret.
Martia de ſolidis clara ratione requirens
Corporibus quantum cui punctus, linea, cuique
Lata ſuperficies famulantur dogmate certo
De ſimili ſimiles eratho metita receſſus
Aſtrolabi doceat, ſtelle quo diſtent, quoque viciſſim
Sidera ſideribus ſpatio dirimente recedant,
Quique ſitus ſuperos gradus, atque minutia ſiſtat
Ut putat, inveniens euterpe ſerviat. hecque
Ultima quadrivii tete ad celeſtia vertens
Cum jove juncta ſuo totum conſideret orbem.
Deſcribenſque vagos ignes ſtellaſque manentes
Ac motus varios, natoſque ad dira cometes
Te doceat! gemina quecumque reductus ab artho
Equator paribus diſtinguens partibus arcem
Ethercam per ſigna meet! punctoſque polorum
Ut penetrent gemini gemina regione colubri
Utque ſecet primus joviali a piſcibus aſtro
Frixei pecoris ducta vertigine ſidus

Digitized by Google

Atque libre chelis aſtree virginis ignes
Utque hic, et equator ſpargant parinoctia mundo,
Alter ut herculei ſignans primordia cancri
Hinc geminos linquens illinc chirona bimembrem
Alternis vicibus noctesque dieſque remictat.
Quod ſignum & qualis jungat fortuna planetas
Quis celi medium teneat, quis ſurgat ab ortu,
Quis cadat occiduas preceps mergendus in undas,
Quemve premat moles imæ ſub tartara terræ,
Quo ſigno exultent & quo dominentur & in quo
Pluſve minuſve queant & quo ceu capta ligentur
Mancipia & nunquid hoſtili an fronte benigna
Se ſimul aſpiciant, & quo dominante novetur
Annus & obſeſſum nigra ſtatione planetam
Quis gradus excipiat! vel ſi puteale baratrum
Implicet ac multa que non eſt cura referre.
Et tamen hec inter nullus tibi ſuadet autor,
Ut ventura putes celi ratione notari.
Nam Deus omnipotens a ſummo culmine rerum
Principia & cauſas decretis finibus urget!
Dirigit & medio ſi vult ſuſpendit in actu
Ut nil cuncta queant, niſi quod permiſerit ipſe.
Infima que terras & ſtagna liquentia gaudet
Incolere & circum florentia prata vagari
Alite vecta ſuo cignoque canente talya
Inferat ingenii radices, ſemina, plantas.
Altera jam phebes celique volumina clio
Celſior attingens fame melioris amore
Pectora ſuccedat ſermonis congrua tractans.
Hæc doceat plene quo fonte & origine nobis
Rerum ſigna fluant & que totiformia vocum
Corpora conjungat, varientque elementa, noteque
Quaque ſimul coeant ratione & federe verba.
Tertia melpomene ſtilbonti juncta per omnes
Diſcurrens artes ſubtili indagine verum
Querat & obductas fallaci tegmine nubes
Lumine doctrine & certa ratione reſolvens
Edoceat te te in vocalia verba coire.
Poſt has uranie cipridis vernacula dive
Cum cicerone ſuo noſtris affectibus ignes
Aggenerando novos, cui parent roſtra forumque
Curia, plebs, populus, nec non ſacer ordo, ſenatus,
Te doceat mire diſponere juribus artis
Humanas mentes & quo traducier horrent
Flectere mutatas & jam retinere volentes,
Vilibus attentos inter primordia rebus
Obſcuris dociles animos & turpibus ira
Ferventes placidos dicendo reddere, nec non
Si fuerint aliis ad ſe transferre faventes.
Arbitra judicii radians apollinis orbe
Maxima therſicore divina humanaque pleno
Pectore diſcutiens, medianſque hinc inde ſorores
Et volitans ſupra ſenſus ac corpora ſimplex

Que-

Digitized by Google

Querere ſubtili doceat te dogmate verſum.
Atque & ad ipſius rationes entis & eſſe
Eſſendique modos manifeſta luce venire.
Hæc tibi demonſtret quo queque ſcientia nixa eſt
Principio & que vis ſine corpore corpora vectet
Quidque movet tantos tam puri corporis orbes.
Hec eadem fieri miranda indagine querens
Principia & cauſas rerum, loca, tempora, motus,
Mobilia & quidnam ſi detur inane, reſultet
Ac infinitum ſi ſit, que indigna ſequantur,
Explicet, & prime te ducat ad ardua cauſe.
Hec doceat ſupere quot ſint vertiginis orbes,
Quid celum, & qualem celis natura figuram
Indidit! unde trahunt, ut ſint ſine fine manentes
Seu pure forme, ſeu ſint conjuncta fluenti
Corpora materie & moveat quid ſpiritus ipſos.
Hec anime vires, hæc diffinire quid inter
Entia cenſeri queat optima forma caduci
Corporis & nunquid eterno tempore duret
Arguat & monſtret, ſi demonſtrabile fors eſt,
Ut mutata ſuis cedant elementa vieiſſim
Formis ſi que inmixtis proprio ſerventur in eſſe
Qua vi miſcentur, & cum generatio fiat,
Quid ſit corrumpens experſque an temporis inſtans,
Temporis an aliquid capiat perfectio forme &
Inque compoſitum ſe ſe poſtrema reſolvat!
Que vis ex imo terreque mariſque profundo
Eliciat faciles liquidum turbare vapores
Aera! quid pluvias ſpargat! quid grandine ventos
Miſceat. atque nives canas canaſque pruinas
Stringat & obductos candore ſuperlinat agros.
Quid tonitrus denſis excuſſos nubibus urget
Aſſeclaſque ignes & fulmina ſeva ſuperbis
Turribus ac ſextum ſub terris impete ſummo
Non tactura pedem! quid celo crebra ſereno
Sidera condenſent, flammas igneſque caducos
Quid jubeat ruere, indoctum quo ſydera vulgus
Autumat ex orbe aſtrifero convulſa moveri.
Qualiter & radiis phebus cum nubis aquoſe
Tam rareſcentis corpus penetratque feritque
Adverſa veniens regione per iridis arcum
Deſcribit varios pluvia cedente colores.
Aut cum denſatur nec adhuc impervia nubes
Venturos imbres ut picto nuntiet arcu.
Qualiter & phebe nimboſe tempore noctis
Nubila diſcutiens (raram licet) efficit irim.
Qualiter & miros circum tua ſidera ciclos
Colligat in liquido media de luce ſereno
Phebus & aſtrifere noctis per tempora phebe.
Milleque preterea miracula pulcra latentis
Nature, que nunc ſtudio brevitatis omitto.
Hec que hominum doceat habitus, hec jura fidemque,
Quid decus officiis, atque in quem vertere finem

Que

Que facimus, deceat. tum formula que ſit honeſti
Explicet affectus! quid tempore congruat, atque
Quid ſibi, quidque domi patrieque quid optima virtus
Exolvi jubeat, quo ſplendida vita niteſcat
Lumine virtutum, nec deſerat utile rebus.
Quid moror? hec mundi doceat quis conditor & quid
Credere de rerum ſupremo principe fas ſit.
Quidque nefas recta ſit religione cavendum.
Quiſque hominis lapſus, que ſit reparatio, queve
Pena manet reprobos, & gloria quanta beatos.
Hec igitur muſe & muſis conjunctus apollo
Te doceant! hec dona ferant! his ſerta mitramque
Plectentes circum crines & tempora ponant.
Hec tu perdoctus ſi ſcis vel forte docendus
Si neſcis poſtquam fueris per cuncta peritus
Tum vatum aſcribi ſacris tum rite poeta
Incolaque aonii nemoris patiare vocari.
Que cum cuncta ſcias me non noviſſe quid inſtas
Laudibus? & vane muſas phebeaque fingis
Numina vel latii ſolum decus atque parentem
Eloquii cicerona lares inquirere noſtros?
Donaque mira, togam, ſumptaſque helicone coronas
Tradere que noſti me nullo jure mereri?
Deſine plura precor nec noſtrum attollere nomen
Ulterius ſit cura tibi! tibi (*ſic*) crimina mordax
Plus mihi crede notans quam ficta laude placebis.

Finis.

De hoc Bartholomæo de Regno, ut verum fatear, nihil penitus comperire hactenus potui. Si fides Colucio eſt, Appulus fuit, ac vir eruditiſſimus extitit, *decuſque doctorum Trivii linguæque latinæ*; *Trivii* enim doctores hiſce temporibus dicebantur non ut Laurentius Valla exiſtimavit, qui ſolam Grammaticam callebant, ita nuncupatam, quod triviis & compitis docebatur; ſed qui Grammaticæ, Rhetoricæ, & dialecticæ erant periti per ſimilitudinem quamdam, quaſi triplex via eſſent ad eloquentiam eo eodemque pacto, quo *quadrivii* nomine Aſtrologiam, Geometriam, Arithmeticam, & Muſicam intelligebant quaſi quatuor viæ ad idem, ideſt ad ſapientiam tendentes, unde *Triviales* teſtibus Balbo in *Catholico*, & Johanne de Janua appellabantur qui docebant vel qui ſtudebant in trivio, & *Quatriviales* qui in quadrivio. Notari tamen debet quod non ſemper Trivii vocabulo idem intellexere medii ævi ſcriptores; legitur enim in Prologo, qui vitam præcedit S. Maximini Martyris MS. quem Ducange citat, *Sed inter omnes illi judicati ſunt ſummam ſapientiæ attigiſſe, qui trivium illud terere conati ſunt, in quo requiritur divinarum humanarumque peritia rerum, quod conſtat in Phyſica Ethica & Logica?* De trivio, quadrivioque videndus eſt idem Ducange in *Gloſſario mediæ & infimæ latinitatis*. Ad alia Colucii quæ extant pergamus.

Introitus Predicationis.

Quo michi, quo vobis divino munere detur
Dicere me verbo, docili vos noſcere mente
Que ſint & fructus & conſolatio veſtris
Cordibus, angelica venerabimur ante ſalute
Reginam celi, ſalve dicendo Maria

Gratia

Gratia plena, tibi dominuſque in corpore tecum
Et benedicta ſuper cunctas orbis mulieres
Et benedicta tui ſit fructificatio ventris
Sancta Maria preces pro nobis infunde benignas
Que nunc & trepida ſalvent nos mortis in hora.

Epigrammata virorum illuſtrium poſita in aula minori palatii Florentini ut ſunt per ordinem. Tetraſticon monocolos.

L. Brutus.

Lucretie vindex ſapiens non brutus ut ante
Regibus expulſis in libertate quirites
Aſſerui! pro qua virgis juſtaque ſecuri
Percuſſi natos, hoſtemque cadendo perenni.

M. Furius Camillus.

Ingenio veios domui, pietate faliſcos,
Gallos virtute quos & dictator ad urbem
Tractus ab exilio fregi, captivaque ſigna
Eripui victis, tenuique camillus in armis.

P. Scipio Africanus.

Laude pudicitie tibi conciliavit hiberos
Scipio, marte duces libicos perfregit in armis,
Scilicet hanibalem, haſdrubales, variumque ſyphacem,
Ultor & exilii cineres tibi roma negavit.

M. Curius Dentatus.

Dona referte viri curius ſamnitibus inqnit
Malo preeſſe quidem genti que poſſidet aurum
Ac anni curſu geminos celebrare triumphos,
Epyrique ducem latio detrudere pyrrhum.

Dantes Aligherius.

Stirpis alegherie ſublimis gloria dantes
Hic te permixtum ducibus florentia tantis
Exhibet, autorem quo noſcat quilibet illum,
Qui cecinit lapſos, ſurgentes, atque beatos.

Pyrrhus Epyrotarum Rex.

Herculis & magni genus altum pyrrhus achillis
Cingendis caſtris autor vindexque tarenti
Auro marte dolis romanos vincere tentans
Effugi victos, cecidique heu! flebilis argis.

Hannibal Hamilcaris.

Federibus rnptis delevi marte ſaguntum
Hannibal ac alpes patefeci vafer aceto.
Me cannis, trebia, traſimeno, meqne ticino
Victorem celebrant fugiſſeque vincla veneno.

Franciſcus Petrarca.

Effigies inter procerum franciſce petrarca,
Quos celebras florente ſtilo, te patria miſcet
Hannibal hic moriens, illic eſt ſcipio quorum
Linquis inexpleto prereptus carmine geſta.

Q. Fabius Maximus Verrucoſus.

Pugnando fabius ligura de gente triumphum
Duxit. at hannibalem bis bini ſorte trophei
Sublatum vicit cunctando! teque minuci

Con-

Concluſaſque acies ſuperato liberat hoſte.

M. Marcellus.

Tertius a ſacro ſuſpendit opima quirino
Atque ſiracuſium duxit ſine more triumphum
Albano de monte ferox marcellus! & armis
Hannibalis victor fuit inclita victima peno.

Ninus Aſſyriorum Rex.

Aſſirium beli proles clariſſima-ninus
Imperium genui mundi turbando quietem.
India reſtabat magico zoroaſtre perempto
Quam ſolam ex aſia vincendam morte reliqui.

Magnus Alexander Rex Macedonum.

Clarus alexander patris ultus fata rebelles
Evertit thebis doctiſque pepercit athenis.
Perſas, & ſcithios, bactraſque ſubegit & indos
Qui ſacra depoſcens periit babilone veneno.

Claudianus Poeta Florentinus.

Egipto genitum nova me florentia civem
Legibus agnovit, magnis jam digna poetis.
Infernos raptus cecini pugnaſque deorum
Ceſareas laudes nec non ſtiliconis honores

D. Zenobius de Strata.

Pyeridum ſtudiis meruit zenobius altis
Vatibus aſcriptus circumdare tempora lauro;
Ingenium cujus doceant cum plurima, frugem
Heu dolor eripuit properate injuria mortis.

Dns Johannes Boccaccius.

Progenies celebris boccaccia clara Johannes
Qui genus omne Deum, qui paſcua, quique virorum
Illuſtres caſus celebrans, mulieribus omne
Das decus, ex meritis, hic te florentia pinxit.

C. Julius Cæſar.

Marte ferox ceſar poſitis placidiſſimus armis
Quinque micat victor ſumptis ex hoſte triumphis.
Gallica bella, phaſi, ponti, libies, & hyberi,
Gloria victoris! morienti curia teſtis.

Octavianus Auguſtus.

Accia me genuit. Ceſar dictator adoptat.
Inferias patri, brutos ſocioſque peremi:
Terque triumphavi, janique ſacraria clauſi,
Imperii ſceptrum, ac orbis moderamina ſumpſi.

Conſtantinus Imperator.

Me conſtantinum mergens celeſtibus undis
Claviger ethereus lepra ſimul atque reatu
Liberat. inde ſacre merui crucis eſſe repertor
Imperiique throno ſtatui decorare bizantum.

Karolus Magnus.

Rex ego gallorum karolus cognomine magnus
Perdomui gentes Longobardoſque tirannos
Nactus & imperium mea te florentia muris
Fortibus armavi romanis civibus auctam.

M. Tullius Cicero.

Inclitus eloquii latialis tullius autor

In-

Ingenium cujus habuit par Roma triumphis,
Imperioque ſuo catilinam fregit! at ipſum
Antonii gladius, libertatemque peremit.

G. Fabritius Lucinius.

In partem regni pyrrho donante vocatus
Pauper Fabricius contempſit munera regis
Donaque ſamnitum, quo dictus cultor honeſti
Firmior eſſe ſuumque ſol intendere curſum.

M. Portius Cato Uticenſis.

Gloria virtutum gremio conceptus honeſti
Sum cato qui ſemper vitiis acerrimus hoſtis
In conjuratos ſtatui cum ſanguine penas
Ejicienſque aram mea liber ad aſtra redivi.

Finis.

An Epigrammatum iſtorum auctor ſit habendus Colucius, videant alii. Certe ſtylus, quo ſunt hæc exarata, perbelle cum Carmine ad Bartholomæum de Regno miſſo convenit. Plurima vero ſunt in iis, quæ ab optimis noſtri ævi Criticis veluti puræ putæque fabellæ rejiciuntur. Hujuſmodi eſt illud nedum a Colucio traditum, ſed a Petrarca quoque, Politiano, & Landino venditatum, Claudianum, qui revera Alexandrinus fuit, Florentinum extitiſſe. Audi quid de hujus Poetæ patria atque religione Nic. Antonius *lib.* 3. *Bibliot. vet. Hiſp. Cap.* 5. bene diſſerat. *Claudianus Poeta celeberrimus Theodoſii filiorum æqualis inprimis remittendus eſt, Aegyptie, tuæ genti & Alexandriæ urbi, quam ejus patriam cum Apollinaris Sidonius, qui Carmine ad Felicem eum Peluſiaco ſatum dixit Canopo, tum Suidas in* Κλαυδιανός *cæterique ab iis noviores laudant. Florentini quidem cives arrogant urbi ſuæ parentem ejus, ſive originem, nullo autem vetuſtatis documento. Aliis Aegyptium eum natalibus, Florentiæ habitaſſe excidit. Genere tandem Hiſpanus audit apud Blondum, cui ſtatim credidit noſter Taraſa, dum Theodoſii res perſequitur in tractatu ſuo de Hiſpaniæ regibus, eaque res jam aliquibus videtur maxime certa, ex quo Pſeudo-Chronico Dextri Toletani fuit inſertum. Claudianus Poeta ex Hiſpania oriundus Romæ floret. Poetæ originem civi ejus & æquali Dextro crederemus utique: Novitio & abortivo Toletanæ urbis partui cras credemus. Sed neque hic ſubſtitit thraſonica mentiendi audacia. Nam quod ante aliquot annos erumpere fecit e lethæa abyſſo Gregorius Argaizius Lucronienſis Benedictinus Hauberti Hiſpalenſis Chronicon, patriam quoque Claudiani apud nos conſtituit ad A. 391. n. 1. Claudianus Poeta Juliobrigæ natus Romæ floret; quod interpretatur Argaizius Lucronienſis Juliobrigæ ideſt Lucronii, ut hinc verti in dubium poſſit inventoriſne Antonii Lupiani, an Scholiaſtis an Argaizii Haubertus ita primum conceptus fuit. At egregiam ſe navaſſe operam in re comprobanda tam Bivarius quam idem Argaizius putant, quod Hiſpaniæ laudes apud Claudianum ſæpius recurrentes collegerint. Cum vere id Hiſpanis Imperatoribus Arcadio & Honorio Auguſtæque familiæ urbane & obnoxie ut dixerim adulatorie datum fateri ſatius ſit. Adeo ut ex his, qui ethnicum & Idolorum cultorem cum Auguſtino & Oroſio Claudianum jure credunt, non nemo exiſtimet carminis illius in Chriſti laudem, quod incipit Chriſte potens rerum, auctorem quoque eum fuiſſe in Chriſtiani Imperatoris gratiam compoſiti, quemadmodum de Triboniano dicitur tam recta & plura de religione Chriſtianorum in Pandectis Juſtiniani Imperatoris Chriſtiani quantumvis paganum inſeruiſſe.* Ita laudatus Nic. Antonius. Sunt nonnulli, inter quos Fabricius, Franciſcus Bivarius in notis ad Pſeudo-dextri Chronicon *Pag.* 415. qui putant opinionem hanc de Claudiano Florentino æquivoco tantum laborare. Arctiſſima enim amicitia conjunctus fuit Claudianus cum *Florentino* viro clariſſimo, cujus apud Græcos de re ruſtica libri leguntur, & ad quem libros tres *de raptu Proſerpinæ* ipſe dedit. Extat etia elegia ſub utriuſ-

Digitized by Google

que nomine, quæ incipit *Otia ſopitis ageret cum cantibus Orpheus*. Inde factum arbitrantur, ut unus idemque crederetur Claudianus & Florentinus, & hoc quaſi prioris a patria cognomen.

In epigrammate de Magno Conſtantino innuitur a Pontifice Romano, nempe Silveſtro, baptizatum fuiſſe, diſertiſque verbis aſſeritur lepra ea occaſione mundatum fuiſſe, atque Crucem reperiſſe. Hæc omnia, quæ nunc ſatis ſunt confutata, ignoſci omnino debent ſæculo, quo iſta Epigrammata conſcripta fuere; nondum enim barbaries penitus exulaverat, Criticeſque regulæ, quibus falſa a ſuppoſititiis ſecernerentur, ita in rebus hiſtoricis dijudicandis advocabantur, ut pleræque a vulgo advectæ opiniones doctos quoque homines non invaderent. Ex veterum probatiſſimorum auctorum teſtimonio luculenter demonſtratum jam eſt, nonniſi anno CCCXXXVII. quum morti proximus eſſet Conſtantinus, baptizatum fuiſſe in oppido Aquirione dicto, quod haud longe ab Helenopoli diſtabat, cujus baptiſmatis miniſtrum nominatim non exprimit Euſebius Cæſarienſis, Photiuſque in Bibliotheca *Codice* 88. velut ex Gelaſii Cyziceni Hiſtoria refert Conſtantinum moriturum *Baptiſmate tinctum* fuiſſe *ab Orthodoxo Sacerdote*. Quod vero de lepra dictitarunt nonnulli, vel ex eo ſatis refellitur quod antiquioribus ſcriptoribus ignota penitus fuerit, eoque magis incredibilis ſit, quo Julianus Apoſtata audaciſſime Chriſtianis objecit eorum Baptiſma lepram a leproſis nequaquam auferre. Et ſane ſi adeo recenti memoria leproſus Conſtantinus per Baptiſmum lepra ſanatus evaſiſſet, nihil ſpecioſius Cyrillo Alexandrino occurrere poterat, cum Julianum ipſum Conſtantini generum refutabat, ut eum penitus revinceret atque manifeſtæ ſtoliditatis redargueret. Attamen nihil omnino hac de re in Cyrillo deprehenditur. Tandem Crucem Domini Noſtri Jeſu Chriſti non Conſtantinum ſed Helenam matrem ejus anno CCCXXVI. adinveniſse exploratiſſimum eſt Rufino, Theodoreto, aliiſque quamplurimis id teſtantibus, nemine prorſus ex veteribus ſcriptoribus contradicente.

De eo vero quod in Caroli Magni Epigrammate legitur, nihil te moror, cum Vincentius Borghinius patriæ decus & ornamentum olim in hac Florentina Abbatia monachus peculiari tractatu veterum ſententiam jam exploſiſſet de Florentiæ deſtructione atque reædificatione, multiſque oſtendiſſet neque ab Attila ſolo comminutam fuiſſe, neque a Carolo Magno denuo excitatam.

Poſt Epigrammata ſuccedit ipſius Colucii manu ſcripta *Flavii Planciadis Fulgentii V. C. expoſitio antiquorum ſermonum ad Grammaticum Calciadium*. Hanc prætermitto ut pote quam una cum Nonio emendatam jam edidere Adrianus Junius, & Joſias Mercerus. Philippus Labbeus, qui eum cum cæteris non Flavium ſed Fabium appellat T. I. *Bibl. novæ* MSS. *pag.* 668. huic libello præfixam Epiſtolam vulgavit, quam omiſere Dionyſius Godofredus & Adrianus Junius; ſed quum ea a laudato Labbeo evulgata aliquantulum diverſa ſit ab hac, quæ præmittitur in noſtro Codice, quum brevis ſit, hic apponam. *Ne tuorum præceptorum Domine ſerie noſtra quicquam curaſſe inobedientia putaretur, libellum etiam, quem de abſtruſis ſermonibus imperari juſſiſti in quantum memoria enteca ſubrogare potuit, abſolutum retribui non faleratis ſermonum ſtudentes ſpumis quam rerum manifeſtationibus dantes operam lucidandis*. Quæ Labbeus edidit, ita ſe habet. *Ne de tuarum præceptionum ſerie Domine quicquam curtaſſe inobedientia putaretur, libellum, quem de abſtruſis Sermonibus parare juſſiſti in quantum memoriæ entheca ſubrogare potuit, abſolutum tribuimus non tam phaleratis Sermonum ſtudentes ſpumis quam rerum manifeſtationibus dantes operam dilucidandis*. Fuit Planciades ſcriptor chriſtianus Marciano Capella *junior*, qui etiam Allegoriam librorum Virgilii eidem Chalcidio inſcripſit eumque non dubitavit *levitarum* ſanctiſſimum appellare. Non deſunt qui Chalcidium iſtum Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconum fuiſſe putarunt. At Guillelmus Caveus ita de eo diſſeruit. *Me certe ἐπέχειν fateor, neque enim ſatis conſtat Philoſophus ſolum Platonicus fueritne an Chriſtianus. Viri clariſſimi titulus*,

tulus, qui in fronte reperitur, Diacono haud ſatis convenit. In epiſtola ad Oſium ipſum nunquam Epiſcopum vocat, quin nec virum fuiſſe Eccleſiaſticum ne dum Chriſtianum vel verbulo innuit. Moſaicam de Creatione Theologiam non una vice cita- pag. 373. *Salomonem, interpretes Græcos τὰς ἱ, Aquilam & Symmachum, quin & Origenem* pag. 372. *Philonem* pag. 374. *Semel meminit ſtellæ Chriſtum recens natum præmonſtrantis* pag. 219. *cujus in hiſtoria Evangelica fit mentio; de quibus nihilominus haud ſatis pro chriſtiani ſcriptoris more loquitur. De Moyſe* pag. 312. *hæc habet. Hebræi ſylvam* (ὕλην) *generatum eſſe confitentur quorum ſapientiſſimus Moyſes non humana facundia ſed divina ut ferunt inſpiratione vegetatus in eo libro qui de Genitura mundi cenſetur. De Moyſe an ita ſcriberet homo Chriſtianus? An diaconus Carthaginenſis? Verum nihil ſtatuo, doctiorum hac de re judicia audire mallem. Interim Chalcidius eſt auctor gravis, prudens, multa profundaque ſcientia imbutus omnium fere Philoſophorum dogmata accurate tenuit, omnia pro argumenti dignitate verumque pondere egregie tractat.* At viri docti hiſce omnibus perpenſis, quæ a Caveo proponuntur, potius in eam inclinarunt ſententiam, Chalcidium Virum Chriſtianum fuiſſe animadvertentes præter cætera verba illa *ut ferunt* non dubitantis eſſe, ſed opiniones Hebræorum exponentis. Ita ſentit Huetius, Voſſius, Fabricius, aliique plures.

Tandem in fine noſtri chartacei Codicis duæ adnexæ ſunt membranaceæ paginæ, quæ carmen continent ad Colucium miſſum cum hoc titulo *Ad Colucium Pierium de Stignano Cancellarium Florentinorum, quod Africa non erat edenda vivente Franciſco Petrarca Laureato Poeta ejuſdem Africæ auctore. Refragatoria incipit epiſtola.* Notum eſt de Poemate illo hic agi, quo Franciſcus Petrarca nondum annos XXXVI. natus verſibus heroicis latinis *de Punico Bello* egit, cum in amæna quadam Galliæ valle moraretur, quam incolæ *Clauſam* vocant, decimo quinto lapide ab Avenione remota. Quod ſane opus in iis ignorantiæ ſæculis adeo omnes ubique ſunt demirati, ut uno eodemque die Romam & Lutetiam ſe ad lauream accipiendam evocatum cognoverit, cumque Urbem Romam Lutetiæ antepoſuiſſet, in Capitolio adſtante Senatu ingentique procerum Romanorum & advenarum frequentia anno MCCCXLI. die Reſurrectionis Dominicæ Idus Aprilis ab Urſo Senatore laurea redimitus eſt. *Africa* ſive *de Bello Punico* libri IV. edita eſt anno MDLXX. in 4. En Carmen Colucio inſcriptum atque tranſmiſſum.

Auribus adſonuit vox perceleberrima tandem
Huc ubi ſiderei vigor eſt moderaminis orbis
Et cunctos penetrare polos conata petebat
Scipiadam conqueſta moras ytalumque periclum.
Scilicet hinc paucæ luſtratæ ad tota fonoro
Lumine deſcendunt. huc & per mutua paucæ
Conſcendunt animæ quibus & natura benigna
Jugeque certamen dedit ex elycone ſacrata
Fronde premi crines quæ mutos reddere piſces
Vocibus alma poteſt! & amenas ducere ad artes;
Atque ita pierius dulcis dum membra regebam
Nunc mihi tuandus ſummi jovis ante tribunal
Flagitat & poſcit, quid feros traxit in annos
Scipiadam egregium, vigilataque prælia cannæ,
Et promi licuiſſe probat dum corpus agebam.
Cauſa feret. famæ mortalis nulla libido.
Hic ego jam didici nullo velamine fari.
Namque ego mutatus vitæ viventis honorem
Sortior. hoc quoniam vatum mens torſit amorem
In ſolidum ſtabilemque Dei! quem contremit orbis

 Omnis,

Omnis; & angelica laudant ſuper æthera cantus;
Credite majores quamquam divina poeſis
Dicatur, decoretque animos & vivere longum
Ingenio faciat quæ præteriere peracta,
Peccatur, quoniam non eſt ſua gloria præter
Detrimentum animæ, morti nam turgida ducit
Gloria. non fallor. humana inflata ſuperbit.
Ah quantum tenui perimit vos gloria rima!
Quod niſi vitaſſem, modo non mirata viderem
Sidera ſub pedibus! nec quicquid circumit almus
Sol, neque virgilium, nec cætera nomina vatum.
Quæ pridem cecinit tenuis mea fiſtula quam ſcis.
Aſt cum propoſitum foret oſtentare modeſtum
Scipiadam, & promptos romæ byrſæque labores;
Id metui. vidique volens. ideoque vocavi
Hunc auctorem operæ celebris quem quina videtis
Larga per innocuum retegentem vulnera corpus
Carmina pollicitus multa & pia cum modo poſſem
Utice parnaſi rediens. ſi forſitan illum
Carmina mulcerent vel ſi minus *illa* placerent
Forte etiam lacrimas. quas ne per tempora ſero
Protraherem ſimulata dedi. lacrimiſque vacavi
Plurimus. Exhauſto quieverunt pectore curæ
Scipiados. demens ſervaram tempore lapſo.
Quo non pypleæ poterant me ducere muſæ
Duxerunt lacrimæ. jejunia carmina david.
Paſtoris que rauca prius cauſabar amatam
Scipiada exardens media poſt nocte canebam
Monicus (*ſic*) admonuit. juvat & monimenta tuliſse.
Me nunc armonici circunſtat concio celi
At ſi ſcipiados limanti pectore cunctis
Poſthabitis puncto tendiſſem ſergius idem
Tunc mea pervolucrum compleſſent alta polorum
Spiramenta. Deos quieſcentes carmine feſto
Mulſiſſent, jubiloque novo conſpergere cunctas
Tentaſſent terras. maris importuna vagatis
Flamina ſedaſſent. Brenteque ſalubria tempe
Euganeoſque oleæ colles vitiſque feraces
Lætus olorino tetigiſſem ſidera cantu.
Laudibus ah quantis ceſſiſſet mincius arno.
Sit ſatis æneæ forti par ſcipio. major
Cæſare præcipiti tanto robuſtior omni
Eacida vel ulyxe ſimul quos mirus homerus
Clarificat quanto fictis divinior illis
Quæ ſonat ambiguo verſu rodopejus exul,
Nec me peniteat veſtros liquiſſe decores.
Nubila dum videam poſt terga rigantia mundum
Æthera nec paveam. micat hic cum fulgure ſubro
Et raucus tonitrus verſorum tremefecit olympum.
Hactenus æthereo dixi ſermone coluci;
Nunc humana tene. Loquar. en quæsita reſolvam.
Multa querelarum prodit tua pagina. multa
Quætis & indignum tanta ratione reperta

Cenſeo

Cenſeo ſurda quidem fieri tot ſpicula dulci
Illita rancore. Invideas. niſi fortia forti
Illa retundantur clipeo. Viget alitus hauſtus
Aonii fontis. vel in his ars noſtra relucet
In tortum ſpeculi. dum tu varianda requiris
Principia. & longæ percurris corde ſagaci
Hiſtoriæ cumulum. fingendaque flumina nobis
Auxiliata ſuis contraria viribus hoſti
Nomine nota facis. Sed & hæc modo deſine velle
Veſtigare. Cito ceram ſpeculabere forſan.
Qualiter in ſomno genitor firmaverit altum
Nato propoſitum nitido converſus olympo
Unde tibi hoc etiam patefacto cardine cancri
Labitur utque ducem venturum ad terra ſyphacis
Lælius avellanis dimittat honeſtius arte
Ac hemiſtichio; quo potu pulchra virago
Sophoniſba novum maſniſſæ rumpat amorem
Nigra triumphales fugiens ad tartara currus
Atque ſyphax dominam captus portetur ad urbem
Inſidus. Latio cincta jam milite byrſa
Utque mago janue ſolvens a littore funem
Naviget. & vitam mediis exhalet in undis.
Qualiter hannibalis ſermonem in vana refellit
Scipio. poſt tremula bellum conſignet in haſta.
Quoque modo matrona jovem mulierque precentus
Et tandem generi fertur ſententia juſto.
Hannibalis quo more fugam per gaudia mente
Lælius educat. ductores conferat omnes
Armorum. poſt ſit kartago perfida ſupplex.
Navibus ambuſtis lybiæ ſecat æquora victor
Lucida tranquillus. vatemque requirit amicum.
Ennius omnigenas narrat per ſomnia vates.
Nos quoque. vulgantur graii præſagia vatis.
Eſt operæ precium decernere cuncta quid! ergo
Haud eſt tam properus velut ad vulgaria præceps
Scipio conſpicuns penorum terror & aſtus
Doctior. ut ſentis moderantem nulla voluptas
Ingerit. Hic ſecum venientia tempora penſat
Expectatque libens lauro redimita ſecundo
Tempora laturus nullo renuendus in ævo
Nec patitur magnos molliri certa paratus
Prærapide natura homines. Scit & ipſe magiſter
Militiæ. Serum nego quod mox perpetuum do.
Abjicias animo nos detuliſſe timore
Dentis degeneris. Vatum veſtigia quantus
Evitare labor? ſcis o doctiſſime quæque
A priſcis calcata via eſt. & pæne recenſes.
In veterum reciduntque ſonos & dicta poetæ
Et cum crediderint ex ſe excudiſſe poema
Immemores furti primo recitante notantur.
Nunc ſi pauca tuo tranſmiſſa exordia nobis
Carmine penſares librato examine lancis,
Te tua te decies circumſpexiſſe deceret.

Ergo

Digitized by Google

Ergo non tutum eſt juvenem procudere verſum
Ingeniumque primi decet ut ſine labe feratur.
Quod recte placuit tenero rigidoque placebit
Quod non ſedato ducetur corde ſenili.
Difficile eſt mihi crede loqui ſua criminis ut non
Suſpicio ſit certa fides docearis in iſto.
Parthenias nunquid cunctis fuit hoſtis amicus
Dum cunctos ſpoliat, ſeque & componit in illis.
Culpatus furti cauſam defendit. & eſſe
Se pugilem forte non furem dixit habendum.
Nos individuas athomos reſecare volentes
Scriptorum genus omne ſacrum humanumque & habyſſum
Vidimus & levi vix ſic evaſimus arte.
Cur non ediderim jam ſcis. Quid plura requiris
Si fuit ardendæ mens! hoc tibi carpſerit unum.
Diſcite mortales perituram temnere famam.
Magnus enim labor eſt magnæ cuſtodia famæ;
Quæſito reſponſa ſatis reor affore. porro
Ultima viſceribus condas hæc. credito. condas.
Africa frenata eſt docto moderanda magiſtro.
Explicit feliciter.

Hæc habebam, Pandulphine ornatiſſime, ad Colucium pertinentia; quæ ſi tua eruditione parum digna videntur, ſique diutius quam per tuas licebat occupationes abuſus tua patientia ero, id ut lubenti animo excuſes etiam atque etiam rogo, ſtudiumque ſaltem adprobes, quo morem tibi in cunctis gerendi vehementer teneor. Vale interim meque tui amantiſſimum amare perge. Iterum vale.

Scribebam in ſuburbio Camporearum Idibus Aprilis anno MDCCL.

F I N I S.

I N-

Digitized by Google

INDICES.

CAPUT I.

Index Geographicus urbium, de quibus in hoc volumine agitur.

Bononia pag. 145.
Brixia 118.
Cæſena 90.
Ferraria 156.
Florentia 46. ſeqq. & 95.
Luca 1.
Mantua 122.
Mutina 115.
Piſtorium 45.
Regium Lepidi 75.
Roma 112.
Taurinum 137.
Vercellæ 141.
Verona 122. & 136.

CAPUT II.

Index Auctorum, quorum MSS. Codices recenſentur.

A

ABano (de) Petrus 94.
Abbas 17. & 18.
Abbatibus (de) Fr. Franciſcus 97.
Acciajolus Donatus 69. 70. 160.
Accoltis (de) Franciſcus 50. 51. & 99.
Acron 158.
Acta Martyrum 3. 16. 32. 46. 52. 64. 120. 161.
Ado Viennenſis 99.
Ægidius Bituricenſis 60.
Ægidius alter 159.
Æneas Gazæus 26.
Æſchines 24 & 25.
Æſopus 161.
Agelius Nicolaus 72.
Alanus 158.
Albergottis (de) de Arretio 16.
Albertanus Brixienſis 56.
Albertis (de) P. Albertus 24. & 114.
Albertus Magnus 33. & 159.
Albinius Presbyter 46.
Alburnotius Ægidius 26.
Alciati Andreas 113.
Ales (de) Fr. Alexander 108.
Alexander Magnus 160.
Alexander Secundus 14.
—— Tertius 47.
Alfaranus Tiberius 114.
Aligerius Franciſcus 72.
Ambroſius Autpertus 5.
Ambroſius Camaldulenſis 26. 51. 71. 99. 159.
Ambroſius (S.) Mediolanenſis 3. 31. 50. 52. 63. 93. 100.
Anaſtaſius Bibliothecarius 59. 95.
Andrea Johannes 18.
Angelus Jacobus 69.
Anglicus Thomas 60.
Anianus 93. & 99.
Anſelmus 98.
Anſelmus (S.) Cantuarienſis 97. 100. 158.
Antella (de) Alexander 17.
Antoniis (de) Fr. Lionardus 69.
Apocrypha quædam 51.

Apol-

Apollinaris 47.
Appianus 70.
Aquila (de) Petrus 160.
Aquino (de) S. Thomas 58. 68. 94. 139. 160.
Arioſtis (de) Fr. Alexander 18.
Ariſteus 52.
Ariſtophanes 161.
Ariſtoteles 25. 94. 95. 139. 160.
Arretio (de) Angelus 68.
Arretio (de) Dominicus 70.
Aſculo (de) Gratia Dei 68.
Argerius O. M. 69.
Athanaſius (S.) 31. 32. 51. 55.
Athenagoras 82.
Auguſtinus (S.) 3. 19. 26. 35. 45. 46. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 56. 60. 63. 93. 99. 100. 107. 108. 116. 120. 159.
Aureliano (de) Matthæus 95.
Auximo (de) Nicolaus 27. 116.
Azarius Petrus 141.

B

Baitelli Ludovicus 121.
Bandella Vincentius 59.
Baptiſta Epiſcopus Vintimilienſis 33.
Barbarus Franciſcus 26. 160.
Baronius Juſtus 113.
Barzizius Gaſparinus Bergomenſis 25. 157.
Baſilius (S.) 51. 55. 56. 71. 159.
Bayſio (de) Guido 18.
Bechetus Jacobus 54.
Beda 3. 6. 51. 65. 93. 99. 113. 114.
Beddimondo (de) Proſdocimus 69. 70.
Belet Johannes 47. 53.
Bellincinus Bartholomæus 19.
Benedictus (S.) 6. 35. 56.
Benedictus Canonicus 113.
Benivieni Hieronymus 66.
Benivolus Johannes 136.
Bergomo (de) Albericus 138.
Bernardus (S.) 23. 29. 65. 93. 98. 158. 159.
Berti Simon 57.
Beſſarion Cardinalis 95.
Biblia integra 32. 93. 94. 112. 115. 161.
Bibliorum libri. 2. 19. 26. 27. 31. 46. 47. 97. 115. 161.
V. *Evangeliarium*.
Blanchus Sebaſtianus 34.
Biondus Forolivienſis 33. 160.
Boccaccius Johannes 28. 160.
Boetius 54. 93. 94. 108. 135.
Bonanno (de) Jacobus 17.
Bonati Guido 69.
Bonaventura (S.) 93. 159.
Bonizzo Epiſcopus 107.
Borzani Julius 83.
Boſo Eugubinus 45.
Boſſus Matthæus 66.
Boltrenſis Titus 51.
Bracelleus Jacobus 66.
Braceſchi Fr. Johannes Baptiſta 72.
Brixia (de) Guillelmus 94.
Brojanichus Antonius 26. 27.
Bruno Longoburgenſis 70.
Brunus Leonardus Aretinus 24. 25. 26. 29. 34. 66. 71. 88. 94. 96. 116. 135. 161.
Brunus P. Vincentius 113.
Burchardus 14.
Burgo (de) Dionyſius 60.
Burgundio Piſanus 98.
Buti (a) Franciſcus 67.

C

Cæſarius (S.) Arelatenſis 47. 48. 49.
Cæſena (de) Michael 93. 94.
Calderinus Johannes 16.
Cambi Johannes 31.
Campanus Johannes Antonius 159.
Candidus Petrus 70.
Canenſis Michael 31. 34.
Capella Marcianus 54.
Capponius Petrus Antonius. 82.
Caprara P. Alexander 124.
Caracciolus P. Antonius 113.
Carnotenſis Ivo 60.
Caro (de S.) Ugo 96.
Carolus Magnus 55.
Caſa (della) Thedaldus 96.
Caſalibus (de) Ubertinus 93.
Caſſarinus Antonius 160.
Caſſianus Johannes 5. 56. 107.
Caſſiodorus 5. 63.
Caſtaldus Antoninus 114.
Caſtiglionchio (de) Lapus 16. 135.
Caſtro Florentino (de) Paulus 19.
Cato 95.
Catullus 158.
Ceretus Daniel 119.
Ceſis P. Bernardus 117.
Chanchus Chriſtophorus 25.

Chri-

Chryſoloras Manuel 157. 158.
Cicero 24. 25. 26. 29. 30. 66. 95. 157.
Cingulo (de) Gentilis 68.
Clemens I. (S.) 3.
Climachus Johannes 30. 159.
Colle (de) Fr. Bartholomæus O. M. 58.
Colonno Chryſoſtomus 138.
Columna Fr. Ægidius 69.
Comeſtor Petrus 57. 96. 97.
Commendonus Cardinalis 114.
Conradus Halberſtadenſis 94.
Conſtantinus Africanus 70.
Cornelius Nepos 24.
Cornutus V. Juvenalis.
Cortona (de) Fr. Vitus 108.
Corvelieda (de) Petrus 69.
Cremoninus Cæſar 119.
Cruce (a) P. Jacobus 112.
Cuſa (de) Nicolaus 160.
Cyprianus (S.) 19. 47. 55. 159.
Cyrillus (S.) Alexandrinus 47. 51. 55.
99.

D

Dactius Andreas 72.
Damaſcenus (S.) Johannes 97. 98. 99.
Damianus (S.) Petrus 57.
Dandulus Andreas 139.
Dantes 18. 46. 67. 109.
Demoſthenes 25. 66.
Diaceti Franciſcus 71.
Diogenes 67.
Dionyſius Alexandrinus 55.
Dionyſius Areopagita 93. 115. 159.
Dominici Dominicus 34. 135. 136. 160.
Donatus Grammaticus 158.
Durandus 94.

E

Eccleſia (de) Johannes Baptiſta 124.
Egeſippus 95.
Ephrem (S.) 49. 50. 51.
Epictetus 135.
Eſchines 66.
Eſchylus 161.
Ettorri P. Cammillus 124.
Evangeliarium 2. 19. 32. 93. 115. 121.
161.
Eucherius Lugdunenſis 56. 66. 107.
Euclides 69.
Everardus Cardinalis Spoletanus 58.
Euſebius Cæſarienſis 54. 63.
Euſebius Cremonenſis 120.
Euſtratius Nycænus 69.

F

Fabbroni Nicolaus 30.
Faber P. Petrus 124.
Falcuccius Nicolaus 70.
Faltonia Proba 47.
Ferdinandus Siciliæ Rex 30.
Ferrarinis (de) Michael Carmelita 85.
Ficinus Marſilius 28.
Filelfus Franciſcus 156. 159. 160.
Firmicus, Julius Firmicus Maternus 69.
Florentia (de) Dinus 70.
Florentia (de) Thaddæus 94.
Florentini 25.
Florianus 18.
Formularium Curiæ Romanæ 171.
Forteguerris (de) Henricus. 17.
Franc (le) Martinus 137.
Fulgineo (de) Gentilis 94.
Fuligatti P. Jacobus 113.

G

Galfredus Monemuthenſis 99.
Garbelli P. Antonius 124.
Gaufredus Abbas 65.
A. Gellius 26. 71.
Geminiano (de S.) Johannes Ord. Præd. 57.
Gennadius 63.
Genua (de) Johannes 68.
Georgio (de S.) Benvenutus 141.
Gerardus Bittacenſis 70.
Gerbi Evangeliſta 45. 46.
Gilbertus Antiſſiodorenſis 96.
Gisbertus Dominicus 119.
Goffredus 24.
Goffridus Vindocinenſis 108.
Gordonius P. Jacobus 124.
Gratianus 24.
Gratius Gratiamaria 31. 32.
Gregorius (S.) Magnus 4. 30. 35. 55.
93. 106. 107.
Gregorius VII. (S.) Vide Hildebrandus.
Gregorius X. 160.
Gregorius XIV. 93.
Gregorius (S.) Nazianzenus 50. 55.
Gregorius (S.) Nyſſenus 55.
Gregorius (S.) Turonenſis. 5. 65.

Griſonio (de) Fr. Leonardus 96.
Groſſateſta Robertus 68.
Groſſolanus Mediolanenſis Archiepiſcopus 64.
Gualfridus Anglus 82.
Guarinus Baptiſta 135.
Guarinus Guarinus 25. 26. 94. 135. 157. 160.
Guerricus Fr. 96.
Guillelmus Abbas 65.

H

Hegeſippus 63.
Henricus Septimellenſis 160.
Hernaldus Abbas 65.
Herveus Generalis Ord. Præd. 59.
Heſiodus 161.
Hieremias Petrus Ord. Præd. 58.
Hieronymus (S.) 4. 14. 19. 30. 45. 52. 55. 60. 63. 64. 65. 93. 94. 97. 99. 106. 159.
Hieronymus Mantuanus 138.
Hilarius (S.) Pictavienſis 47.
Hildebrandus Cardinalis 3. 4.
Hildegardes (S.) 23.
Honorius Auguſtodunenſis 23. 112. 113.
Honorius III. 113.
Horatius 95. 158.

I

Jacobus Abbas 27.
Jacobus Forolivienſis 68.
Jacobus (B.) Tudertinus 45.
Janua (de) Simon 94.
Incertus Auctor 3. 23. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 34. 35. 45. 46. 47. 50. 55. 57. 70. 93. 96. 117. 138. 157. 158.
Inchofer P. Melchior 113.
Innocentius (P. D.) Brixianus 120.
Innocentius III. 108. 113. 159.
Innocentius IV. 93.
Joachim Abbas 96.
Johannes Abricenſis V. Belet.
Johannes Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano 138.
Johannes (S.) Chryſoſtomus 50. 51. 55. 159. 161.
Johannes (S.) Damaſcenus 159.
Johannes Diaconus 27. 65. 107.
Johannes Scotus 94.
Johannes Viterbienſis 45.
Jordanus F. 58. 69.
Jornandes 95.
Joſeph Judæus 71. 137.
Iſidorus Hiſpalenſis 66. 93.
Iſidorus Mercator 11. 60.
Iſocrates 26.
Iſolello (de) Petrus 119.
Itinerarium Hieroſolymitanum 171.
Julianus Apoſtata 5.
Junilius 66.
Jus Civile 94.
Juſtinianus Bernardus 26.
Juſtinianus Leonardus 25.
Juſtinus 26. 71. 82.
Juvenalis 25. 26. 158.
Juvencus 47.

L

Lactantius 94. 115. 116. 159.
Lampugnano (de) Ubertinus 18.
Lapaccinus Alexius 66. 72.
Latinus Brunettus 59.
Laubeſpin (de) Johannes 138.
Lentiis (de) Mundinus 70. 94.
Leo (S.) Magnus 108.
Leo IX. 14.
Leoncinus Fr. Carmelita 136.
Lilius Tifernas 99.
Lippi Laurentius 67.
T. Livius 117.
Lombardus Sericus 159.
Luca (de) Tholomæus 65.
Lucanus 158.
Lucenſes 26. 32.
Lucius III. 108.
Luſchius Antonius 25. 26.
Lyra (de) Nicolaus 19. 96.
Lyſias 25.

M

Macrobius 27. 32. 71. 95.
Maffejus Paulus 138.
Maffejus Scipio 121.
Maironibus (de) Franciſcus 160.
Maldonatus Johannes 23.
Malvezzi Jacobus 120.
Mandagocto (de) Guillelmus 16. 24.
Manetti Jannotius 29.
Manuel Moſcopolus 66.
Marliani Johannes 68.
Martialis 26. 94.
Martinengo Julius 120.

Marſuppinus Carolus 158.
Martinus Braccarenſis 65. 70.
Martinus Polonus 64.
Mateſellanus Matthæus 18.
Maximus (S.) 161.
Mazuchelli Eques Fridericus 121.
Medici (de) Johannes Baptiſta 120.
Mela Pomponius 119.
Meletius Monachus 161.
Mellitus 32.
Merula 158.
Methodius (S.) 53.
Modeſtus M. 26.
Modomas (de) 30.
Monte Lauduno (de) Guillelmus 24.
Monte Magno (a) Bonaccurſius 29.
Monte (de) Petrus 18.
Monte Rocherii (de) Guido 137.
Moſcheni Antonius Carolus 82.
Mucantius P. Blaſius 124.
Mundinus V. de Lentiis

N

Nardi Jacobus 66. 67.
Neapoli (de) Antonius 69.
Neapoli (de) Johannes 59.
Nicephorus 55. 95.
Nicolaus Fr. Botrontinenſis Epiſcopus 138.
Nicomachus Geraſenus 117.
Nilus Monachus 56. 107.
Nores Petrus 113.
Notkerus Balbulus 113.
Novellaria (de) Fr. Petrus 136.

O

Ochamus 94.
Odonis Giraudus 69.
Oliva Fabius 114.
Oppianus 67.
Orgtiano (de) Avogarius 95.
Origenes 52. 55.
Oroſius Paulus 19. 138.
Ovidius 31. 67. 94. 158.

P

Palmerius Matthæus 160.
Palmerius Matthias Piſanus 52.
Pancirolius Guidus 82.
Panecius Baptiſta 159. 161.
Papias 65. 95.
Parma (de) Blaſius 69.
Parma (de) Taddæus 68.
Paſchaſius 14. 107.
Paterius (S.) 3.
Patritius Auguſtinus 23.
Paulinus Puteolanus 95.
Paulus Diaconus 95.
Paulus Venetus 160.
Pelagius Alvarus 32.
Penia Franciſcus 113.
Pererius P. Benedictus 126.
Pergulenſis Paulus 68.
Perottus Nicolaus 135.
Perpignano (de) Guido Carmelita 58.
Perſius 25. 158.
Peruſio (de) Angelus 16.
Peruſio (de) Petrus 17.
Peſenti Horatius 121.
Petrarca Franciſcus 28. 66. 95. 120. 126. 158. 159. 161.
Petro (de S.) Florianus 17.
Petrus (Magiſter) 89.
Petrus Hiſpanus 70.
Petrus Johannes (Fr.) 97.
Petrus Lombardus 96.
Philelphus Franciſcus 25. 135. 160.
Phileticus Martinus 160.
Philippus Presbyter 47.
Philo Carpaſius 116.
Pindarus 161.
Piſis (de) Fr. Bartholomæus 35. 70.
Piſis (de) Laurentius 60.
Piſis (de) Nicolaus 58.
Pius II. 71. 114. 135.
Planudes Maximus 54.
Platearius Matthæus 70.
Platina Baptiſta 70.
Plato 26. 160. 161.
Plato Tiburtinus 69.
Plinius Senior 32.
Plutarchus 25. 26. 29. 71. 135. 160.
Poggius Bracciolinius 24. 25. 29. 30. 66. 71. 160.
Polentonius Xiccus 95.
Politianus Angelus 67.
Pontanus Ludovicus 17.
Porcari Stephanus 28.
Porcellius 31. 34.
Porphyrius 161.
Poſſevinus P. Antonius 124.
Prædeſtinatus Sirmondianus 54.
Prato (de) Fr. Johannes 116.

Prato (de) Ugo 57.
Priſcianus 26. 53. 66. 95. 119. 157.
Proclus (S.) Conſtant. 51. 55.
Propertius 158.
Proſper (S.) 53. 54. 63.
Provinciale Eccleſiarum 171.
Ptolemæus Claudius 69.

Q

Quintilianus 66.
Quirinus Laurus 33.

R

Rabanus 47. 93. 96. 113.
Raimundus 94.
Rambaldis (de) Benvenutus 25. 26. 45. 67. 89. 109. 158.
Reguardatus Benedictus 33.
Remigius 5.
Remigius Antiſſiodorenſis 52. 93.
Riccobaldus Ferrarienſis 89.
Riccobonus Barnabas 113.
Richardus Radulfus 94.
Riga (de) Petrus 97.
Ritius Jacobus 24.
Romano (de) Antonius Feltrenſis 26.
Romanus Aquila 119.
Rondinellius Michael 28.
Ruffinus 50. 52. 55. 56. 63. 71.
Rufus (Sextus) 26. 88.
Rutilius (Pub.) Lupus 119.

S

Saliceto (de) Bathołomæus 18.
Salmeron P. Alphonſus 126.
Salvianus 159.
Saluſtius 29.
Salutatis (de) Collutius 26. 57. 67. 95. 160.
R. Samuel 93.
Sanderus 82.
Sandeus Felinus 19.
Savonarola Hieronymus 67.
Saxo Ferrato (de) Bartholomæus 94.
Saxo Ferrato (de) Bartolus 17.
Seneca 27. 66. 116. 135.
Senis (de) Fr. Andreas Chriſtophorus 96.
Senis (de) Fridericus 16. 17.
Serarrigus Chriſtophorus 51.
Silingardius Gaſpar 116.
Silius Italicus 95.
Simon Januenſis 70.
Smaragdus Abbas 52.
Solinus 70. 119.
Spinelli Matthæus 113.
Sprethus Deſiderius 89.
Strode Rodulphus 68.
Strozza Titus Veſpaſianus 34.
Succhiellis (de) Marcus 57.
Sulpicius Severus 65.

T

Tartagnis (de) Alexander 18.
Tatianus 82.
Terentius 26. 30. 158.
Tertullianus 82.
Thebaldeus Antonius 34.
Tholoſanis (de) F. Johannes Maria 58.
Thomas Anglicus 113.
Thomaſiis (de) Petrus 109.
Thomaſini Jacobus Philippus 121.
Thucidides 71. 161.
Tibullus 138. 158.
Titus Boſtrenſis. V. Boſtrenſis Titus.
Tortellius Johannes 65. 95.
Toſchi Dominicus Card. 82.
Trapezuntius Andreas 126.
Trapezuntius Georgius 47. 51. 54. 93. 99.
Traverſariis (de) Ambroſius. V. Ambroſius Camaldulenſis.
Trecani Laurentius Dominicus 121.
Tudertinus Antonius 24. 67. 135.
Turpinus 26.

V

Valerius Flaccus 95.
Valerius Maximus 95.
Valerius Probus 86.
Valla Laurentius 71.
Valturius Robertus 95.
Varro 95.
Ubertus Franciſcus 93.
Veggi Matthæus 34. 160.
Venetiis (de) Paulus 68.
Verduno (de) Narciſſus 136.
Vergerius Paulus 117.
Vergeriis (de) Petrus Paulus 126.
Ugo Etherianus 108.
Uguccio Piſanus 95.

Ugur-

Ugurgieri P. Iſidorus 119.
Viana P. Petrus 124.
Victore (de S.) Ugo 136.
Villa (de) Antonius 34.
Villani Johannes 35.
Virgilius 25. 137.
Voragine (de) Fr. Jacobus 30. 46. 65. 137.
Uſuardus 160.
Vulpes Nicolaus 158.
Waldenſis Thomas 160.

X

Xenophon 44. 135.

Z

Zanottus Franciſcus 113.
Zeffi Franciſcus 72.
Zeno Apoſtolus 126.
Ziliolus Alexander 119.

CAPUT III.

Index Antiquariorum, & Correctorum Manuſcriptorum Codicum.

A

Almania (de) Henricus Martinus 57.
Antoniolus Antonius 119.
Antonius Marii filius 63. 160.

B

Boi Antonius Matthæus 137.

C

Carbo Ludovicus 158.
Caſa (della) Fr. Thedaldus 96.
Ceninna Petrus 94.
Chiannigianis Nicolaus 66.
Cinus Presbyter 65.
Claris (de) Antonius Junius 256. 259.
Coglio Fulchonettus 82.
Conſtantia (de) Johannes 68.

F

Fivizano (de) Petrus 69.

G

Groſſus Johannes 158. 159.

H

Hamer Nicolaus 70.
Hefronita Jacobus 47.
Hippolytus P. Lunenſis 135.

I

Jacobus Peruſanus 97.
Johannes Magiſtri Lamberti de Rhoda 5.

L

Lippi Laurentius 67.
Livizzani Antonius 116.
Ludovici Antonius 63.

M

Medicis (de) Coſma 82.
Mortarius Papienſis 157.

O

Oliverius 70.

P

Petrus 65.
Philippus Lunenſis 26.
Porciis (de) Simon 33.

Q

Quartarius Marcus 51.

R

Ruſtichellus Guillelmus 25.

Tridentus Antonius Parmenſis 116.

S

Sacci Philippus 71.
Salomone (de) Antonius 58.
Stia (de) Johannes 71.

T

Tegrimus Nicolaus 5.
Tortelius Johannes 47. 51.

V

Vannuchoris Ludovicus 27.
Villanus Philippus 109.
Vulterranus Arcolanus 67.

Z

Zenonius Hieronymus 45.

CAPUT IV.

Index Monumentorum.

§. I.

Diplomata, aliæque veteres Chartæ.

Pontificum Romanorum Bullæ.

Alexandri III. Bulla 43.
Clementis III. Bulla 43.
Eugenii III. Bulla 43.
Gregorii IX. Bulla 44.

Imperatorum, Regumque Diplomata.

Arduini Regis Italiæ Diploma 42.
Caroli II. Imperatoris Diploma 142.
Caroli IV. Imp. Diploma 74.
Caroli II. Siciliæ Regis Diploma 72.
Catharinæ Imperatricis Conſtantinopol. Diploma 73.
Friderici Imperatoris Diploma 142.
Henrici I. Confirmatio jurium facta Albergæ 41.
Henrici III. Diploma 142.
Henrici VI. Diploma 142.
Lotharii Regis Diploma 114.
Ottonis II. Diplomata 40. & 141.

Variorum Donationes.

Adelmanni Scavini Mantuanenſis Donatio 82.
Alberici Regienſis Epiſcopi Donatio 78.
Albriconi Regienſis Epiſcopi Donatio 80.
Johannis Cæſenatis Epiſcopi Donatio Canonicis facta ut vitam communem agerent 90.

Pontificum, Aliorumque Epiſtolæ.

Bonifacii IX. Literæ 75.
Caroli III. Siciliæ Regis Literæ 174.
Clementis VI. Literæ 73.
Innocentii VI. Literæ 73. 74.
Joannis XXIII. Literæ 72.
Nicolai Cardinalis S. Cyriaci Epiſtola 74. 75.
Pii II. Literæ 72. 75.
Urbani VI. Literæ 75.

Varia.

Breve Recordationis 4.
Charta concordiæ inter D. Abbatem S. Petri Coeli Aurei & DD. de Caſtello 37.
Charta manumiſſionis Iſæ ancillæ 76.
Charta Studii, & Scholarium commorantium in ſtudio Vercellano 142.
Conradi II. Præceptum 42.
Duratiæ Margaritæ Inſtrumentum fœderis 72.
Judicium in cauſſa quæ inter Præpoſitum & Canonicos Majoris Eccleſiæ Regienſis, & Præpoſitum S. Proſperi vertebatur 81.
Judicium Synodale Lucæ habitum anno 1062. 44.
Philippi Principis Taranti Teſtamentum 72.
Rainerii Fæſulani Epiſcopi Conceſſio facta Abbati S. Trinitatis 110.
Sententia a Sarperto Judice lata anno 1098. 39.
Sigefredi Regienſis Epiſcopi Conſtitutiones 77.

§. II.

§. II.

Inſcriptiones.

Inſcriptiones Ethnicæ allatæ.

A

L. Æmilius Marcellinus 165.
Antiſtia Myrinene 164. 165.
Ateſtia Tertia 165. 166.
A. Atinius Fauſtus 168.
Aurelius Diodotus 36.
M. Aurelius Marin. 167.

B

T. Blandus T. L. Privatus 165.

C

Cæcilia M. F. 122.
L. Cælius L. L. Eperaſtus 185.
L. Cæſius L. F. Celer 166.
Calventia Q. L. Primigenia 163.
Q. Calventius Q. Lib. Trophimus 163.
Claudius Aug. Lib. Primus 169.
Curtia L. F. Secunda 167.
P. Curtius P. F. Tutus 36.

D

C. Decimus C. L. Philargyrus 84.
Domitia 161.
Domitius T. F. Rom. 162.

E

Epidia Ɔ. L. Daphine 88.

F

Feſtius 164.
Flavius Gratianus 162.
Fortunatus 168.

I

C. Ingenuvius Helius 169.

L

Licinia Ɔ. L. Clara 163.

M

Magnia Athenais 35.
C. Meſanas Gracilis 123.
P. Memmius Theoponpus 168.
C. Metellus C. F. Conſtans 84.
L. Minicius Alexander 123.

N

Neon 167.
Nevia Ɔ. L. Philumina 86.
C. Nevius Ɔ. L. Dromo 86.
Nonia Q. F. Quintula 84.
Q. Nonia Rufa 84.

O

L. Octavius T. F. 163.
P. Olius Tertullianus 164.

P

P. Papinius Secundus 163.
Pettia Ɔ. L. 83.
Prima Turi L. 162.
P. Pupius P. L. 162.

S

L. Sentius C. F. 123.
Septimia Sp. F. Quint. 83.
Septimius Ɔ. L. Nicepor 83.
C. Sulpicius Agatangelus 86.

V

Vibia Vibiana 86.
Urſio Secundi Fil. 123.

Fragmenta.

Ep. L. Pron. 36.
In Fronte 36.
Vis 166.

Inſcriptiones Ethnicæ emendatæ.

In Gruteri Theſaurorum emendationes 37. 83. 84. 85. 86. 122.
In Muratorii Novum Theſaurum 35. 36. 83. 85. 86. 123. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 169.

Inſcriptiones Chriſtianæ veteres.

Aurelius Ikarus 172.
Gaudentia 165.

Num-

Nummia Corneliana 170.
Pecoria 171.
Procula Anicia 170.
Valerius 85.
Inſcriptiones recentiorum ſæculorum.
Blanchi Sebaſtiani, ejuſque uxoris 34. 35.
Engleſiæ de vicecomitibus 88.
Rogerii Normanni 52. 53.
Rugerii Johannis Baptiſtæ 88.

§. III.

Liturgica.

Breviarium 116. 138. 161.
Capitula Eccleſiaſticorum officiorum 138.
Chorales libri 157.
Hymnus 2.
Litaniæ 27.
Officia varia 27.
Oratio ad Virginem 2. 3.
Oratio contra febrem quartanam 6.
Orationes Liturgicæ per annum 23.
Ordo ad faciendum Catechumenum 23.
Ordo Romanus 23.
Promiſſio Monialis ſub ipſum in Monaſterium ingreſſum 6.
Ritus Eccleſiæ majoris Lucenſis 10. 11.
Ritus in celebrandis Sabbathi S. Officiis 81.

§. IV.

Opuſcula.

Bandelli Fr. Vincentii Ord. Prædic. Epiſtola 59. 60.
Becheti Jacobi Epiſtola 54.
Bedæ Martyrologium 6.
Berengarii Profeſſio Fidei 53.
Calendarii veteris fragmentum 27.
Canaj a Fraxinis Philippi ad Iſaacum Caſaubonum Epiſtola 270.
Cantari Caſtaldii Epiſtola 15.
Caroli Cardinalis Borbonii Epiſtola 290.
Catalogus Romanorum Pontificum 11. ſeq. & 100. ſeq.
Chronicon ab anno DCCIX. ad annum IOCCCCCXII. 220.
Chronicon Sueſſanum ab anno 1188. ad 1348. 227.
Diaceti Franciſci Epiſtola 71.
Erltembergeri Andreæ Epiſtola 300.
Expoſitio Fidei Athanaſianæ incerti Auctoris 214.
Fabri P. Petri de curandis hæreticis Epiſtola 124. ſeqq.
Figuera (de la) Petri, Elenchus Archivii Albornotiani 146.
Fragmentum Chronologicum Imperatorum quorumdam poſt Julianum 22.
Friderici Imperatoris Epiſtolæ duæ 56.
Gabrielis Bononienſis Poetæ Epiſtola Italica 156.
Galli Cardinalis Ptolomæi Epiſtola 296.
Gambacurtæ Matthæi Epigramma 58.
Garzonis Johannis, de Johannis Bentivoli Senioris geſtis libellus 241.
Gregorii XIII. Epiſtola 294. alia 296.
Innocentii IV. Epiſtola 17.
Fr. Johannis Pratenſis defenſio, & libellus ejuſdem contra Guarinum de non legendis impudicis Authoribus 325.
Manſi Johannis Dominici in Hiſtoriam miſcellam, & Romanam Paulli Diaconi animadverſiones 19. ſeqq.
Necrologium 106.
Paſchalis II. Papæ Epiſtola 16.
Perpiniani Petri Epiſtolæ duæ 152. 154.
S. Pii V. Breve 289.
Poſſevini Antonii, Animadverſiones in hiſtoriam Thuani 264.
Ejuſdem, Belli Belgici Commentarius 260.
Ejuſdem, Epiſtola 298.
Salutati Lini Colucii Pierii Cancellarii Florentini Carmina 337.
Silingardi Gaſparis Epiſtola 116.
Spinulæ Abbatis Epiſtola 300.
Teſtimoniorum libri duo incerti ſed antiqui Auctoris 187.
Trapezuntii Andreæ contra Platonem Opuſculum 127. ſeqq.
Variæ Lectiones ex vetuſto Codice Lucenſi ad Evangelia Hieronymiana Vallarſianæ editionis 173.
Variæ Lectiones in Hieronymianum Martyrologium 60. ſeqq.
Urbani II. Epiſtola 53.

§ V.

S. V.

Alia.

Altare Portatile antiquum 89.
Anaglyphum 37.
Juramenti formula 3.
Nummi aliquot 114. ſeq.
Pictura antiqua 121.
Sarcophagum Chriſtianum 37.

CAPUT V.

Index aliarum rerum notabilium.

A

Acciajolis (de) Angelus 75.
Donatus 73.
Jacobus 73.
Nicolaus 73. 74.
Fr. Zenobius 71.
S. Ægidius, ejus vita 64. 65.
Ægidius Auguſtinienſis 68.
Alexandrinæ urbis in Italia ædificatio 33.
Ammannatis (de) Jacobus 72.
S. Antoninus laudatus 54.
S. Apollinaris Corpus inventum 3. 4.
Archivium Albornotianum Bononiæ 145.
PP. Benedictinorum Regii 82.
Capituli Regienſis 75.
Civitatis Vercellenſis 141.
Monaſterii Brixienſis S. Juliæ 121.
Auctores impudici minime legendi 326.
B. Aurea, ejus vita 64.
Autonomia 317. ſeqq.

B

Balduinus Franciſcus 309. ſeq.
Baronius Bernardinus laudatus 2.
Barottius Johannes Andreas laudatus 171.
Benedictus IX. quo anno Pontifex fuerit renunciatus 93.
Bentivoli Johannis res geſtæ 242. ſeqq.
Berengarii Profeſſio Fidei 79.
S. Bernardus Abbas ejuſque vita 65.
Bibliothecæ: Baronii Bernardini Lucæ 27. ſeqq.
Capituli Lucenſis 2. ſeqq.
PP. Carmelitanorum Ferrariæ 157.
Mantuæ 135.
Collegii Brixienſis PP. Soc. Jeſu 318.
Collegii Mantuani &c. 124.
Collegii Mutinenſis &c. 115.
Collegii Taurinenſis &c. 137.
Criſpii Comitis Achillis Regii 88.
S. Crucis Florentiæ 95.
PP. Curtis Orlandigorum Lucæ 19. ſeqq.
Domus Profeſſæ Romanæ 112.
Florentinia Lucæ 32. ſeqq.
Jaccherinenſis PP. Minorum Obſervant. Piſtorii 45.
Malateſtia Cæſenæ 93.
S. Marci Florentiæ 46. ſeqq.
Mazzuchellii Comitis Johannis Mariæ 119.
PP. Minorum Obſervantium Regii 82.
Bonifacius VIII. 18.
Bonifacius Marchio 15.
B. Brandani Oratio 100.
S. Britius Epiſcopus, ejus vita 65.

C

Camaldulenſes 72.
Camellinis (de) D. Bartholomæus Proſper, ejus cimelia 89.
Canajus a Fraxinis Philippus, ejus epiſtolæ 270. ejus converſio 274.
Carthuſienſe Florentinum Cœnobium 72. 73.
Caſaubonus Iſaacus, de eo judicium 268. ſeq.
Caſtella ab Hiſpanis capitur. 263.
Cervinus Marcellus Cardinalis 51.
Ciampini Johannes, litterarius in ejus ædibus conventus 83.
Clemens VIII. P. M. res ab eo geſtæ 302. 303.
Concilium Aquiſgranenſe 107.

Car-

Carthaginenſe IV. 14.
Conſtantienſe 72.
Mutinenſe 116.
Nicænum I. 14.
Ravennatia aliquot 116.
Regienſe Sæculi XI. 77.
Seleguſtadenſe 14.
Varia, eorumque Canones 14. ſeqq.
Converſæ Canonicorum 4.
Coſſolini Petri res geſtæ 257. ſeqq.

D

In librorum fures Diræ 2.

E

Echardus notatus 57.
Eccleſia S. Donati Lucæ 3.
S. Mariæ Magdalenæ prope Regium 89.
Eccleſiarum conſuetudines 3.
Eclipſis anni 1239. 97.
Aliæ 95.
S. Eligius Epiſcopus Noviomenſis, ejus vita 64.
Emmanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, reſque ab eo in Belgio geſtæ 260. ſeqq. ejus vindiciæ contra Thuanum 275. ſeq.
Epiſcopi
Albanenſes 74.
Aquenſes 33.
Aquilejenſes 34.
Atrebatenſes 50.
Beneventani 33.
Braccarenſes 73.
Brixienſes 18.
Brunduſini 73.
Cæſenatenſes 73. 90.
Cortonenſes 66.
Cretenſes 75.
Fæſulani 16. 110.
Florentini 75.
Forolivienſes 72.
Lucenſes 3. 5. 6. 14. 15.
Montis Albani 74.
Neapolitani 19. 74.
Parmenſes 82.
Placentini 33.
Præneſtini 33.
Raguſini 32. 33.
Rappolani 74.
Ravennates 4. 91. 92.
Regienſes 75. 76. 77. ſeq. 82.
Remenſes 51.
Roſellani 16.
Rothomagenſes 53.
Salernitani 74.
S. Severinæ 72.
Theatini 74.
Tuſculani 74.
Vercellenſes 142.
Vintimilienſes 33.
Vulterrani 72.
Erſtembergerus Andreas 317.

F

Ferdinandus Imperator 283. ſeqq.
Ferrarienſe Gymnaſium 161.
Ficinus Marſilius 59. 60.
Franciſcus I. Galliarum Rex vindicatus 282.
In librorum Fures diræ 2.

G

Gallorum cædes 262.
de Gentilibus Lucas Cardinalis 171.
Giminiano (de S.) Lucas 67.
S. Gregorii Magni Vita 65.
Gregorius XIII. res ab eo geſtæ, & vindicatæ 291. ſeq.
Gualterius (Comes) de Francia 108.
Guarini Veronenſis cum Fratre Johanne Pratenſi controverſia 325. ſeqq.

H

Hanum Veromanduorum Philippo Hiſpaniæ Regi ſe dedit 263.
Henrici III. ejuſque Imperii epocha 93.
Henricus IV. Galliarum Rex; res ab eo geſtæ 304. ſeqq.
Humiliati 17.

I

Iaccherinenſis Conventus 46.
Innocentius IX. P. M. res ab eo geſtæ 300. ſeq.
Joanna (de) Guillelmus 72.
Johannes Epiſcopus Averienſis confutatus 129. ſeq.
Johannis Pratenſis cum Guarino Veronenſi

nenſi Controverſia 325.
S. Iſidorus Hiſpalenſis Toletano Concilio ſubſcribit 15.
Julius III. P. M. vindicatus 285.

L

Lambinus Dionyſius 155.
Latini Cardinalis conſtitutiones 116.
Libri legati 15.
Librorum aliquot prætium 94.
Ligorius Pyrrhus 161.
Lipſius Juſtus 319. ſeqq.
Lucii II. Pontificis mater 10.

M

Maffei March. Scipionis funus 122.
Malateſtis (de) Galeottus Ubertus, ejus vita 94.
Manſius Johannes Dominicus, ejus morbus 1. humanitas 1. laudatus 11.
Manutius Paulus 152. ſeqq.
Marcellus P. M. vindicatus 287.
S. Martinus Turonenſis, ejus vita 65.
Melanchton Philippus, de eo judicium 266. ſeq.
Memorantius Gallorum Dux captus 262.
Merlinius Franciſcus Ignatius laudatus 45.
Mingonius Johannes Baptiſta 156.
Molinæus Carolus, de eo judicium 265.
Monaſterium
S. Anthimi 56.
S. Juliæ, Brixiæ 82. 121.
S. Mariæ de Ponte Tecto 6.
Putheolanum Lucenſis Diœceſis 2.5.
Ripolenſe Vallumbroſanorum 109.
S. Salvi Vallumbroſanorum 109.
S. Trinitatis in agro Aretino 110.
Muſeum
Domini Aubergè Mantuæ 136.
Domini Bellinii Vincentii Ferrariæ 156.
Domini Comitis Cabriani Mantuæ 136.
Florentinium Lucæ 35.
Comitis Roncalli Parolini. 122.
Scalabrinium Ferrariæ 168.

N

Nicænum Concilium. V. Concilium

O

Odalricus Remenſis Eccleſiæ Præpoſitus 65.
Officium Sacræ Eucharıſtiæ 138.
Orlandius Peregrinus Antonius notatus 86.

P

Patavinum ſtudium Vercellas translatum 142.
Penna (de) Johannes 72.
Peruſium peſte vexatum 94.
Philippi Hiſpaniæ Regis de Gallis victoria 262.
Philippus Taranti Princeps 72.
Phrudis Fluvius, ejuſque deſcriptio 261.
S. Pius V. P. M. vindicatus 288. ſeqq.
Placentia, aliqua ad eam urbem pertinentia 33.
Platonis impugnatio 128. ſeq.
Poetæ qui legendi 318.
Poggius Bracciolinius laudatus 54.
Pontifices Romani; aliquot ex his res geſtæ 33. eorum catalogi. V. *Opuſcula*
Poſſevinus Antonius 154. Caroli Cardinalis Borbonii de eo judicium 289. 290. item Andreæ Erſtembergeri 300. item Gallii Cardinalis Ptolomæi 296. item Gregorii XIII. 294. 296. item S. Pii V. 289. item Abbatis Spinulæ 300.

R

Raffaelli Franciſcus Maria laudatus 45.
Reliquiæ Sanctorum in principe Lucenſi templo 15.

S

ob Sanctorum Corpora controverſiæ 3. 4.
Sanquintinum ab Hiſpanis oppugnatur, & capitur 262. 263.
Sepulcrum menſæ cujuſdam ſacræ, & Reliquiæ in eo contentæ 89.
Sixtus V. ejus res geſtæ. 297. ſeq.
Sleidanus Johannes, de eo judicium 266.

T

Templarii 18.

Teren-

Terentius repreheaſus 329.
Terræmotus varii 33.
Novi Teſtamenti Stichometria 46.
Thaddæus Florentinus Medicus 109.
Tholoſanus Nicolaus Romæ Senator 59.
Thomaſiis (de) Johannes 72.
Thuanus confutatus 264. ad 324.
Trapezuntii Georgii cum Cardinali Beſſarione controverſia 126.
Turre (de) Franciſcus Hæreticus 74.
Typographi Sæculi XV. 4. 5.

V

Vallifumbroſæ Monachorum Conſtitutiones 64.
Viretus Petrus 308.
Vitæ communis apud Canonicos Cæſenates primordia 90. ſeqq.
Waldenſes hæretici 280. ſeqq. V. Emanuel Philibertus, & ejus vindiciæ.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google